





M.S. en 4.º pergamino con 250 hojas

Tractatus de gratia. authore P. Iacobo Lopez 1642.

Rotulata

De auxiliis. P.e D. Lopes.

TRACTATUS

De Gratia auxiliatrice; seu de auxilio efficaci.

Authore. R. P. Iacobo Lopez societatis Jesu, Theologo, nunc Primario Scholasticę Theologię, professore, et apud Sanctę Inquisitionis Tribunal, censore.

In collegio Hispalensi. S. Hermenegildi. Anno Domini

1642.

1642.

Divisio operis.

Si aliquando in rebus tractandis prudentiam, si in vitijs profliendis modestiam, si in quæstionibus decidendis acumine opus ē, et ingenio, certè nunc auditores, vbi prudentissimi videntur oblibisci prudentiæ, modestissimi, modestiæ, et acutissimi, dum â veritate deviant, ingenij. Non tam audax, aut vanus sum, vt inter tam egregios, ac religiossos viros, aut prudentiorem me esse, aut modestiorem, l ingeniossiorem putem, et ibi pedem figere stare que præsumam, vbi illi prolapsi sunt. Policeor tamen, quantum in me fuerit curaturum ne aliquid labatur quod in aliorum contemptum cedat, et doleat imprudentiam, quod alios pungat, et immodestiam sapiat. Vnum hoc in votis ē sententias sincerè referrere, amore inveniendæ veritatis singula placita ponderare quæ occulta sunt detegere, quæ confussa ordinare, quæ vera amplecti, et quæ falsa eficacissimè refutare.

Sed cum multa sint ea quæ gravissima, quæ tractare, evolvere, et illustrare suscipimus operæ pretium erit prius quasi brevi^ma^ apellat in capita dystribuere, ac veluti, quoad præcipias partes delineare, vt vnico quasi ictu, et oculorum intuitu simul videas, quæ toto hoc tractatu successivè, et latè tradenda sunt.

Igitur noster hic labor decem, et septem quæstiones complectitur in quarum 1ª tradimus quæ fides docet, et perfidia negat. in 2ª originem, et progressum celebris, et decantatæ de auxilijs controversiæ, in 3ª naturam, et quidditatem auxilij in genere, in 4ª plures divisiones, et species prædicti auxilij in 5ª distinctione singularum specierum respectivè ad singulas. in 6ª eorum sententiam, qui eficaciam auxilij constituunt in phisica prædetermina

minatione, et nostram refutationem. in 7ª eorum sententiam, qui in morali prædeterminatione, et nostram refutationem. in 8ª eorum sententiam, qui in nostra cooperatione, seu libero consensu, et nostram partim refutationem, partim aprobationem. in 9ª eorum sententiam, qui in entitate auxilij prout consideratur sub infalibilitate suæ conditionatæ, et nostram refutationem. in 10ª eorum sententiam, qui in entitate auxilij prout subest decreto absoluto, et resolutorio, ex vi cuius consistit in 11ª nostram sententiam, et eiusdem propugnationem. in 12ª discrimen, et differentiam auxilij efficacis à sufficienti; in 13ª necessitatem, et indigentiam auxilij efficacis ad actualem operationem. in 14ª genera, et modum huius indigentiæ. in 15ª concordiam, et compositionem auxilij efficacis cum humana libertate, in 16ª vim, et potestatem arbritrij ad obtinendum seu hendum auxilium efficax in 17ª denique gravissima illa difficulta expendenda erit quomodo stare possit quod ex duobus hominibus equali auxilio præventis unus convertatur, et pœnitentiæ agat, altero non converso, sed in luto ac fece suæ iniquitatis iacente.

Ast quoniam in his tractandis, et verbis modestioribus eligendis non satis est nostrum animum esse rectissimum (plerique enim, ut Atanacius ait, epistola ad Serapionem propè finem, non fidem, aut intentionem scribentis, sed aut per invidiam, aut per intensionem suæ iam antea conceptæ in animo opinionis, prout volunt, verba accipiunt, et detorquent omnibus, et præcipue auditoribus, ut teneant veritatem.

Quæstio 1ª

De iis, quæ fides docet, et perfidia negat in hac materia.

Articulus 1ª

Sectio 1a

Quod fides doceat in hac materia.

1° docet ad opera supernalia necessarium esse simpliciter auxilium supernale gratiæ, nec vires naturales sufficere. Constat hoc 1° ex Joanne 6° nemo potest venire ad me (vti-que per conversionem, dilectionem, aut piam operationem) nisi pater qui missit me, traxerit eum. et Paulo inferius, nemo potest ad me venire, nisi datum ei fuerit a patre meo. deinde ex 1a ad corintios capite 12° nemo potest dicere dominus Jesus nisi in spiritu sancto; id est, nisi per auxilium, et gratiam spiritus sancti. 3° ex 2a corintiorum capite 3° non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. 4° ex concilio Tridentino sessione 6a canone 2°. si quis dixerit ad hoc solum divinam gratiam per christum iesum dari, vt facilius homo iuste vivere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed ægre tamen et difficulter possit anathema sit. 5° ex concilio Arausicano 2° canone 5°, et 7°, et ex concilio africano ducentorum, et quatuordecim episcoporum a sede apostolica aprobato.

2° docet auxilium gratiæ ad iustificationem necessarium non dari propter bonum vsum liberi arbitrij, nec per vires illius obtineri posse; sed esse omnino independens a nostris meritis. constat hoc 1° ex epistola ad ephesios capite 2°, gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis: dei enim donum est, non ex operibus. 2° ex epistola ad filipenses capite 1°, quia qui cepit in vobis opus bonum etcetera 3° ex Joanne capite 15° sine me nihil potestis

tis facere (atque ideo non potest nostrum bonum opus prae
dere auxilium dei, aliàs sine deo possemus aliquid face
re) 4° ex proverbiorum 8° praeparatur voluntas a domino
5° ex Isaiae 65° invenierunt, qui non quaesierunt me. dixi:
ecce ego ad gentem, quae non invocabat nomen meum: ex-
pandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui
graditur in via non bona. 6° ex Tridentino sessione 6ª de
reformatione cap.° 5° declarat praeterea, ipsius iustificationis
exordium, in adultis a dei per christum iesum prae venien-
te gratia sumendum esse: hoc est ab eius vocatione, qua nullis
eorum praecedentibus meritis vocantur. 7° ex concilio Arauci
cano canone 25° hoc etiam salubriter profitemur, et credi-
mus, quod in omni opere bono nos non incipimus, et postea per dei
misericordiam adiuvamur; sed ipse nobis nullis praecedenti
bus meritis, et fidem, et amorem sui prius inspirat, denique
ex sinodo Palestina cuius meminit Augustinus epistola
106ª. ~~

3° docet hoc auxilium gratiae ad bene operan
dum, ut oportet requisitum, quod gratis, et non ex meritis no
bis confertur, esse praeveniens, et nario praecedere opera supernalia
et bonum usum liberi arbitrii. colligitur ex Isaia numero
praecedenti citato. traditque Tridenti sessione 6ª cap.° 5°
declarat, et iustificationis exordium in adultis a dei per
iesum christum praeveniente gratia sumendum esse. ac de
finit canone 3° si quis dixerit sine praeveniente spiri
tus santi inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere,
sperare, diligere, aut poenitere posset sicut oportet ana
tema sit. idem constat ex concilio arauciarano canone
3°, et 4°. ~~

4° docet auxilium gratiae praeveniens

non

non requiri; ut operetur bona opera supernalia in nobis sine nobis Deo absque nostri arbitrij cooperatione, et voluntate mere passive se habente, petitur 1º ex 1ª ad corinthios 3º; unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, Dei enim sumus coadiutores, secundo ex eadem epistola cap. 15º. plus omnibus laboravi non autem ego (solus) sed gratia Dei mecum. 3º ex epistola ad filipenses 2ª cum metu, et tremore salutem vestram operamini; Deus enim est, qui operatur in nobis id est vobiscum. 4º ex Ezequielis 8º, et Isaie 1º. denique ex Tridentino sessione 6ª capite 5º, ut qui per pecata a Deo avertierant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae libere assentiendo, et cooperando disponantur. et canone 4º. si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti etc. sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere anathema sit.

5º docet auxilium gratiae ita concurrere cum arbitrio, et voluntate nostra, ut eis non auferat libertatem, sed in potestate arbitrij sit, sicut consentire, ita et dissentire. petitur expresse in tridentina sessione 6ª capite 5º. eidem gratiae libere assentiendo etc. et canone 4º, si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari etc., neque posse dissentire si vellet anathema sit. vide canonem 6º. idemque constat ex concilio Arausicano canone ultimo, ex valentino tempore Locanij capite 6º, et ex Toletano 4º.

§ 6º docet aliud esse suficiens auxilium aliud eficax, seu alijs dari auxilium quod mere sufficit ad conversionem

nem, vel bonam operationem, aliis eficax, quod de facto=
consultantur, et bene operentur, prior pars ex
Isaia quinto - ~~prior pars ex Isaia~~ 5°. quid est quod debu
it ultra facere vineae meae, et non feci? an quod expectavi
ut faceret uvas, et fecit labruscas? ex 1a corinthiorum 12°. su
ficit tibi gratia mea. ex Mathei 23° quoties volui congre
gare filios tuos etta, et noluisti, ex apocalipsis 3°. ecce ego
sto ad ostium, et pulso. posterior pars colligitur ex Ioannis 6°.
omnis qui audit patrem, et didicit venit ad me. ex epistola ad ro
manos 8°. quos vocavit hos, et iustificavit. ex Ezequielis 36°.
spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in praeceptis
meis ambuletis. et utraque ex Tridentino sessione 6a. ex Mathei
capite 11° versu 21° versusque capite 15° per varios versus.

Sectio. 2a

Errores adversi his dogmatibus.

Primus error 1° dogmati contrarius docet naturam hominis sibi solam suficere, ad obtinendam salutem, atque adeo gratiam, aut superfluere, aut non esse necessariam. hunc errorem seminare cepit in oriente Pelagius (qui fuit circa annum domini 400) natione britanicus, et professione monachus) ut colligitur ex divo Chrisostomo epistola 4a ad Olimpium; deinde Romae heris socium Celestium, et fautores Iulianum, ut ex Augustino fusse tradit Baronius anno 411°, numero 52°, et quamvis verum sit quod ante pelagium 1a huius heresis semina iacta fuerint a Iobiniano, ut constat ex S.to Hieronimo in proemio dialogi contra Pelagium, tamen quia Pelagius fuit acerrimus defensor, et promulgator, et ut autori tribuitur. damnatus autem fuit predictus error in cinodo Pales-

tina

tina in Cartaginensi Milebitana, Arausicana, et Triden
tina in cessanter impugnatur ab Augustino, et alijs patribus.
Secundus error 2º dogmati contrarius
ex parte convenit cum Pelagio, et ex parte differt, unde di
cuntur illius ceptatores Semipelagiani, quasi dimidium er
roris Pelagij suscipientes, et defendentes, aut reliquiæ pela
gianorum, quia particulam pelagianæ hæresis conservarunt;
tametsi S. Thomas 3º contra gentes, et alibi Semipela
gianos comprehendat sub generali nomine pelagianorum) differt
quidem, quia dicit gratiæ auxilium esse necessarium ad opera
supernalia; (quod Pelagius negabat) convenit vero quia hoc
auxilium dicit habere initium in libero arbitrio, et ex merito il
lius conferri a Deo. ~

Cuius erroris cognitionem nobis de
dere Sanctus Hilarius Arelatensis, et prosper Aquitanus, in
epistolis ad sanctum augustinum, autorem autem. l. defensorem
fuisse Cassianum (quamquam multi collatione de cima 3ª
a cap. 8, et etiam alibi eum excusant) constat ex Pros
pero lib.º adversus Colatorem, Euchenio, victore, Casiodoro,
Varonio, et Adone in Cronico anno 425.º post septuaginta
vero annos illius vestigia secutus est faustus Regiensis E
piscopus in libris de gratia et libero arbitrio, ut testatur Ado
in Cronico anni 492 in fine. et quamvis laudetur opus fau
sti a Genadio, et alijs impugnatur a Petro diacono de in
carnatione et gratia cap. ultimo, Ioanne maxentio, Bea
to Abito Episcopo vienensi, et multis alijs. quidquid tamem
sit de huius hæresis ceptatoribus, qui plures sane fuerunt
in galia, et nomine Maciliensis livium sementur (inter quos
aliqui etiam numerant Severum Sulpicium, Genadium, et
Rufinum) ipsa damnata fuit in concilio Tridentino sessione
6ª.

6a cap. 5o et in Arausicano canone 6o videnique possunt canon 3us 4us, et 14us.

3us error 3o dogmati adversus docet gratiam auxiliantem non ee prevenientem bona opera nostra, sed propter illa dari, et propter bonum usum liberi arbitrij petentis, desiderantis, pulsantis etta atque ideo potius nostra bona opera precedere ipsam gratiam, ut initium et inchoationem iustificationis. Sic Semipelagiani, de quibus diximus errore precedente.

4us error 4o dogmati adversus docet gratiam prestare in nobis, quidquid boni facimus, et liberum arbitrium mere passive se heré, nihil cooperando, velut inanime quoddam, atque ideo ee titulum sine re, l. rem de solo titulo, et merum figmentum in rebus. ita Lutherus libo inscripto operationes in salmos, et universi lutherani, quamvis illorum aliquibus temporibus aliqualem explationem adhibeant, sed temperationem moliores lutherani sunt apelati, ut refert Stapletonius. damnatur hic error in tridentino sessione 6a canone 4o, et 5o in alijsque antiquioribus.

5us error 5o dogmati adversus docet auxilium gratie nostrum arbitrium rapere, et ad operationem sic adigere, ut libertatem, seu indifferentiam evertat. Sic Calvinus Nobiodunensis in picardia natus anno millesimo 1509. (Atestatur primarius illius discipulus Theodorus besa) libo 2o institutionum cap. 3o parrafo 7o, quem postea alij equalis impietatis sequti sunt. damnavit vero eorum errorem Tridentina sessione 6a canone 4o et 6.

6us error 6o dogmati adversus docet nullum dari gratiam pure sufficientem sed oem ee eficacem, quia quod deus eficaciter vocat. ita Calvinus libo 2o institutionis

tionis cap. 9o parrafo 10 his verbis, voluntatis motus gratiæ, non qualiter multis seculis traditur, et creditum, ut nostræ postea sit electionis motioni, aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficiter efficiendo ait dagnatur in Tridentino ig relato.

Quæstio 2a

Quando cepta, et in quo sita celebris controversia de efficacia auxiliatricis gratiæ.

Sectio. 1a

Initia, et progressus huius discordiæ.

Anno domini millesimo octogesimo sexto (attestatur Lesius opusculo de gratia efficaci cap. 1o) quo regebat ecclesiam Clemens octavus orta fuit Lovaniis gravissima controversia de divina providentia, de divinis decretis, de auxiliis gratiæ, eorumque efficacitate; quæ auctoritate sedis apostolicæ ad quam mox delatæ, feliciter fuit composita, per illustrissimum dominum nuntium Octavium Frangipanium, nostra sententia in sua possetione permanente.

Post duos circiter annos ea ipsa controversia l. revixit, l. pululavit, et quidem magna contentione in Hyspania, ocasione doctissimi ac preclarissimi libri P. Ludovici Molinæ de concordia liberi arbitrii, et prædestinationis, paulo ante in lucem editi. collatis enim ex eo quibusdam propositionibus per magistrum Banes, quibus absolute rerum omnium præfinitiones, et causarum liberarum physicæ prædeterminationes

prædicationes rescindebantur, ad Sanctæ inquisitionis tribunal Molina tanquam doctrinæ pelagianæ seminator defertur; summo ardore connantibus patribus dominicanæ familiæ, ut hi-bi totus inter diceretur.

Interim Pater Molina pari diligentia scripta magistri Vañes volvebat, ex quibus alias propositiones extraxit, quas doctrinam lutheranam, et calvinianam arbitrabatur continere, easque Sanctæ inquisitioni commisit censurandas. procedebatque doctissimus vir accusando, et impugnando magistrum Vañes, seque ipsum defendendo, donec semel ac sæpius liber concordiæ ad lydium lapidem revocatus purior ac lucidior evasit.

At cum Patres Prædicatores ægre ferrent suas accusationes nihil extitisse, omnesque conatus in cassum abiisse, ac proinde librum Molinæ in nihilo vulneratum triumphare, rursus anno millessimo quingentessimo nonagesimo septimo ad sedem apostolicam librum deferunt, et Molinam denuo accusant, qui cum videret se provocari, et litem adversus magistrum Vañes non esse finitam hunc autorem apud eandem sedem accusavit oblatis propositionibus, quas ex illius scriptis habebat notatas.

Sane res erat magni momenti, quam volens summus Pontifex non exigua felicitate componere anno 1598. quandam congregationem gravissimorum theologorum huic negotio discutiendo assignavit, quæ aliquoties in domo ~~[illegible]~~ eminentissimi cardinalis madruchi coacta est, quamvis totius contensionis incendii initio versabatur inter Molinam, et Vañes, inde excussa est scintilla de efficacia gratiæ, quæ utrinque religiones incendit, ita ut plane viderentur ardere. etenim cum plures ex illustrissima prædicatorum

dicatorum

dicatorij familia publice docerent e traciam gratissime consi
tere in vi quadam physicè præmovente, et ad omnes prædetermi
te; e contra verò plures è nostris affirarent id non posse
consistere salva humani arbitrij libertate, quotidie cres-
cebat discordia magis que ac magis in dies augebatur, adhæren
tibus interim in hispania nostræ factioni pluribus doctoribus,
familiæ que dominicanæ non paucis.

Atres tali contentionis modo agebatur, sicque utrimque pugnatur, ut summus Pontifex prude
narium iudicaverit utrique parti silentium imponere, ut de
facto posuit anno 1594 cerio præcipiens medio sanctæ inqui
sitionis tribunali, ne etiam in scholis de hac materia ageretur donec
sua sanctitas decerneret quid esset tenendum.

Cæterum cum postea ambæ religiones non nulla inconvenientia, quæ ex diuturna prohibitione,
et longo silentio oriebantur, repræsentarent (siquidem tractari
non poterant in scholis plures materiæ consequentes) sua sanctitas
anno 1598.° tollens prohibitionem, ordinavit, ut unaquæque
partium posset sicut prius suam opinionem tractare, et doce
re, dummodo contrariæ nullam censuram impingeret, donec
per suam sanctitatem pars tenenda esset decreta. tametsi
(forte per oblivionem prohibitionis) magister Albarez, Petrus
de Ledesma, Magister Navarrete, Magister Verdu,
Petrus de Cabrera, et alij, qui postea scripserunt nostræ
sententiæ semel, ac iterum censuram impingant, in quo
differunt a nostris Molina, Velarmino, et valencia,
qui prohibitione præcesserunt.

Hac permissione præcedebant
tam nostri, quam Pes prædicatores ca moderatione, qua
parebat, summus que Pontifex optabat, donec ipse anno 1599.
rediens

rediens ex Ferrara habito concilio cum Supremæ inquisitionis congregatione iussit, ut in domo Cardinalis Madrucchi convenirent, ipso eminentissimo presente, ambo generales predicatorum videlicet, et societatis, unoquoque secum deferente tres alios theologos, ut per ipsos discussa, et per omnes collata, materia liquido constaret, in quo utraque religio conveniret, et in quo discordaret.

Sic actum, et executioni per plures sessiones, quarum 1a fuit habita die 22a februarii predicti anni 1599. nihil tamen per eadem apostolicam decissum est. tamen si viri doctissimi, et utriusque religionis primarii, variis vicibus convenerint, et de eius litis, tam coram eminentissimo cardinali Madrucho, quam coram Summo Pontifice disputaverint, quales fuere ex dominica na familia Frater Tomas de Lemos, fratri francus de Avila, fratri Joannes Gonsales, et alii æqualis eruditionis, et ex societate Pater Valencia, Pater Cobos, Pater Bastida, Pater Salas, Pater Arrubal, Pater Michael Vazquez, Pater Ignatius Sanes.

Sectio 2a.

In quibus Patres dominicani, nostrique conveniunt circa auxilium efficacis gratiæ.

1o. Sessione 4a ex habitis coram eminentissimo Madrucho statutæ sunt die 16a maii octo propositiones de consensu utriusque partis, tanquam indubitatæ, et minimè controversæ, seu controvertendæ, quas hic fideliter referemus

referemus. 1a convenimus dari auxilium preveniens gratiae efficacis, per quod Deus facit, ut homo consentiat, et pie operetur. 2a hoc auxilium esse donum peculiare Dei, distinctum a sufficiente. 3a extrinsecus tam intellectui, quam voluntati, consistens in utriusque excitatione, atque inspiratione, in illuminatione intellectus, atque motu voluntatis. 4a esse supernale, et interius immissum a Deo. 5a non solum se tenet ex parte obiecti, sed etiam ex parte potentiae. 6a convenimus praeterea hanc motionem esse realem, et antecedentem applicationem voluntatis, moventem, et inclinantem voluntatem ad aliquem actum determinatum. 7a posito auxilio efficaci praeveniente infallibiliter homo consentitur. 8a motio gratiae efficacis est electrix bonae voluntatis, ac proinde ab eadem voluntate realiter distincta.

Posquam de his propositionibus constitit apud nostros, et PP. Dominicanos, iussit eminentissimus Madrucius unamquanque partium eas deferre scriptas, ut se sio ne sequenti observet omnes alias, quae in opposita sententia displicebant.

Sectio 3a

Ea in quibus nostri dissident a Patribus Dominicanis.

Ut iussionem Eminentissimi Madruchi nostri perfectissime adimplerent, die 20a Maii exhibuere scriptas quinque propositiones quae in libris, et doctrina ADD. Patrum Praedicatorum displicebant, et non esse asserendas indicabant. 1a erat efficacia auxilii praevenientis consistit in qualitate, seu motione, quae physice praedeterminat voluntatem ad consensum. 2a quae motio, seu qualitas talis est, quae ut cum eius entitate libere, voluntatis

tij dissensus coniungi non potest. — 3a. propter vitales excitationes, et inspirationes, quibus Deus intellectum illuminat, ac voluntatem inclinando, et persuadendo movet, quæ advocationes vocantur, necessaria est alia motio phisica, et non vitalis, quæ a solo Deo fit, et distincta est a gratia concomitante, in qua posita per se est eficacia divini auxilij, non vero per se in Dei vocatione, et vitalibus illis excitationibus, quæ ad eas vocantur. 1a. hæc phisica motio, ac prædeterminatio necessaria est, tum propter indiferentiam liberi arbitrij; tum propter subordinationes causæ secundæ, quæ operari non potest, nisi sit eficaciter a prima determinata. 2a eadem motio phisice prædeterminans est ultimus actus primi complementum ad usum gratiæ sufficientis prorsus necessarium, quod tamen Deus ante omnem operum præ[vi]sionem omnibus illis voluit denegare, quibus illud re ipsa non confert. —

Has propositiones quas nobis diximus displicere, et in quibus ab opposita sententia nostram dividere afirmabamus esse fideliter extractas ex doctrina PP trum prædicatorum satis liquido constat ex Summa suæ doctrinæ, quam eminentissimo Madrucho tradidere die 23a eiusdem mensis Maij — quinque sillabis propriis contentam. —

Sectio 4a.

Summa doctrinæ societatis circa eficaciam auxiliatricis gratiæ —

Quamvis ex memoriali prædictarum propositionis constiterit in quo a Patribus prædicatoribus dissentiremus, sufficienter constare non potest, quod positive sentiremus, seu quæ esset adequate nostra sententia, quare placuit eminentissimo Madrucho, ut illam exponeremus, quod die 28. Maij

Maij scimus quinque sequentibus propositionibus, quamvis teste Sessio aliis nostris auctoribus imponantur, quas memorat in opusculo de auxilijs cap. 1.o

Prima ad pietatis opera, quibus hõ disponitur ad iustificationem nãrium ẽ auxilium prævenientis gratiæ eficacis, ple quod deus facit, ut hõ convertatur, et piẽ operetur, quodquidem auxilij internum ẽ â deo missum, voluntatique, et intellectui intrinsecum, et donum peculiare distinctum ab auxilio sufficienti, nec se tenet solum ex parte obti, sed etiam ex parte pol. 2.a propositio, eficacia huius auxilij non consistit in qualitate, aut motione, quæ physice prædeterminet hõis voluntatem ad concensum, aut quæ talis naturæ sit, ut cum eius entitate voluntatis dissensus coniungi non possit, sed consistit in supernalibus, ac congruis dei excitationibus, et inspirationibus, quæ ad vocationem solent revocari, quibus deus intellectum illuminat, et voluntatem inclinando, et persuadendo movet ea rõne, qua videt ei congruere, ut vocantem non respuat.

3.a unde hæc eficacia prævenientis gratiæ præter entitatem, et vim supernalem, quam à deo accipit, nãrio etiam requirit, ut ea hõi tribuatur in illis circunstantijs, in quibus præcognoscit deus, ita aptari, et congruere voluntati, ut si per eam præmoveatur sit infalibiliter præstitura concensum.

4.a præter hanc gratiam prævenientem eficacem in prædictis vitalibus dei motionibus consistit nulla alia, nec propter indiferentiam voluntatis, nec propter subordinationem causæ secundæ requiritur motio physica distincta a gratia comitante, quæ sit ultimum actus primi complementum ad usum gratiæ sufficientis necessarium, necessaria tamen ẽ grã comitans

dei

dei adiuvantis, et cooperantis, qua una cum libero arbitrio priam actionem eliceat, ac simul cum eo, ut ea tamen præcipua eius determinationem efficiat.

Sa procedit autem auxilium efficax ab æterno, et absoluto (an ex modo suo intrinseco, an per connotationem effectus non decernitur) voluntatis dei decretum, quo illos actus, quibus homo convertitur in particulari voluit ante præ visionis boni usus liberi arbitrij absolute futuri, non tamen ante præscientiam eiusdem boni usus præcogniti futuri sub hac conditione, si liberum arbitrium tali gratia in talibus circumstantijs moveretur, quod æternum decretum deus exequutioni mandat in tempore, non quidem per aliquam motionem, quæ physice voluntatem prædeterminet, sed per vitales inspirationes, et motione voluntati congrua, ut consentiat, et per gratiam comitantem modo explicato.

His sufficienter constat de initio, et occasione huius celeberrimæ maximè disputatæ, ac controversæ in maiori theatro controversiæ, nec non de convenientia, et differentia societatis a Patribus dominicanis dabunt pleniorem totius litis discursum, imo exactissimè totum factum, Patres Serlogo, et Ripalda, qui iam, ut audio typis mandantur.

quæstio tertia de quidditate, et existentia auxilij gratiæ, sectio prima quid sit auxilium gratiæ.



quæstio 3a

Quæstio 3a.

De quidditate, et existentia auxilij gratiæ.

Sectio 1a.

Quid sit auxilium gratiæ.

Quanquam acturi non sumus ex professo de auxilio sufficienti (quod integrum aliud auxilij vindicat) sed de efficaci, illiusque discrimine ab inefficaci, et sufficienti, movere pedem non possumus, nec sufficienter consequi quod intendimus, nisi prius auxilium gratiæ in genere, singulasque illius species accurate declaremus, et alias cum alijs conferamus.

Atque in primis auxilium gratiæ est donum gratis, et liberaliter collatum, ut subsidio, et iuvamine sit ad bene operandum, dixi 1o donum, non tamen dixi an hoc donum, debeat esse positivum, aut negativum, sed abstraxi, propter dicenda inferius. dixi 2o ſ[illegible] gratis, et liberaliter collatum, ut denotarem debere esse indebitum, atque ideo gratiosum, et conferri gratiam, nam si deberetur meritis non posset habere ronem gratiæ iuxta illud Apostoli ad Romanos 11o. Si autem gratia iam non ex operibus; alioquin gratia iam non ex gratia. cui consonat Tridentinus sessione 6a cap. 8 passimque doctores, dixi denique ad bene operandum sub qua parte comprehendo non

nontantum operationem positivam rationi ~~xxx~~ consonam, sed negativam, qua non peccamus, ne tentationi subcumbimus cum impugnamur, nam omittere voluntariè malum, in extimatione morali operari bonum.

Itaque ad ronem gratiæ auxiliatricis, seu auxilij gratiæ duæ conditiones nariæ sunt, 1a quod gratis conferatur, 2a quod sit collatum prædictum donum deserviat per modum subsidij, et iuvaminis ad operationem, quoquo pacto id præstet, sive per modum virtutis phisicè influentis, sive per modum vocationis, et excitationis, sive per modum removentis prohibens. Restat videamus cui debeat gratis conferri, et cui pro subsidio, et iuvamine debeat esse quod nomen auxilij gratiæ meretur? hinc enim pendet non solum defonis traditæ, sed tradendorum in ferius recta intelligentia.

Igitur ut cognoscamus an aliquid habeat ronem auxilij gratiæ poni debet, aut considerari potentia naturalis cum omnibus quæ iure nali debentur ad operandum, et quid quid ei sic consideratæ gratis, et liberaliter conferitur ulterius quod pro iuvamine, et subsidio sit ad operandum id quod absque tali subsidio non poterat habet ronem auxilij gratiæ. unde illustrationes et inspirationes supernales, quibus excitamur et inclinamur ad faciendum bonum, et fugiendum malum, virtus effectiva actuum supernalium (sive ea recideat in illustrationibus et inspirationibus prædictis, ut multi volunt, ~~sive~~ sivè sit divina omnipotentia per decretum dei specialiter addicta, et aligata illustrationi pro tempore operationis, si arbitrium hominis vocati consentiat, sive denique sint habitus supernales, ut alij malunt) mitigatio urgentissimæ tentationis, cui potentiæ nalis vires

neque

nequeunt resistere. ac denique remotio impedimenti, quod auxilio secluso, ~~quod, auxilio secluso,~~ removere non potest. potentia operativa habere ratione auxiliatricis gratiae, quae gratiae consecuntur valde quae conducunt ad operationem, et pro adiutorio, et subsidio posita sunt.

Dices ergo habitus naturales habent rationem auxiliatricis gratiae. probatur, quia sunt aliqui de super additis potentiis naturalibus, cum omnes sint naturaliter debitis ad operationem, ut pro auxilio, et iuvamine sint ad id quod illis seclusis non poterat, cum sine illis, et si cetera adessent non posset faciliter operationem producere. respondetur negando consequentiam, nam licet demus habere rationem auxilii, quo modo non disputamus) non habet rationem gratiae, siquidem per vires suae naturali debitas eos aquirit potentia producendo actus, ut omittam quod alii dicunt, videlicet non tam esse pro auxilio ad operationem sicut habitus supernaturales, quam ad modum operationis.

Sessio 2a.

Dari auxilium gratiae, ratione, et auctoritate probatur.

Postquam explicitum est quid sit auxiliatrix gratia probandum est dari, et existere, tum authoritate tum ratione. 1o quidem ex sacra pagina in multis locis. 1a ad Corinthios 4o quis est qui te discernit? quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? quasi Paulus diceret non tu te propriis viribus discernis, quae insuficientes sunt, sed ad id accipis gratiam, quae auxiliatur, et adiuvat. si autem auxilium gratiae accipis,

ut eo adiuvante decernatis, quid gloriaris, quasi ex tuis solis viribus decernaveris, et nihil ad id acceperis.

Deinde 2.a ad Corinthios 12.o haec habet idem Apostolus, *sufficit tibi gratia mea*, quod perinde est ac si diceret Paulo Deus auxilium gratiae meae sufficientes vires praebet, ut tentationes superes, et daemonis astutas sugestiones vincas, atque ut ostenderet hanc sufficientiam non esse ex viribus naturalibus, neque nobis ex propriis meritis advenire, sed gratis a Deo conferri, dixerat cap. 3.o *Sufficientia nostra ex Deo est*.

Eodem respiciunt quae habet ad Romanos 9.o sic inquiens *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*, id est; nihil valet cursus, aut voluntas nostra nisi Deus misereatur per collationem gratiae, quae auxilio nobis sit ad currendum, et volendum ut oportet. unde Augustinus lib.o 1.o ad Simplicianum quaestione 2.a ait, *quid est igitur non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*, nisi quia nihil velle possumus, nisi vocati, et nihil valet nostrum velle, nisi ut perficiamus adiuvet Deus, et in expositione epistolae ad Romanos cap. 62.o non tollit liberum voluntatis arbitrium, sed non sufficere, dicit, velle nostrum, nisi adiuvet Deus, quod praestat sane per suum auxilium. mitto alia loca, quia in decursu mihi referenda sunt.

Probatur 2.o ex tridentina sessione 6.a canone 3.o, ubi sic habet, *si quis dixerit sine praeveniente spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere posse sicut oportet anathema sit.* quibus concordant verba Arausicani canone 5.o *si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei non per gratiae donum*

nobis

nobis inesse dicit, apostolicis dogmaticis adversarius aprobatur, ac rursus canone 7º siquis per naturæ vigorem evangelicanti predicationi consentire posse contrat absque iluminatione Spiritus sancti, hæretico fallitur spiritu.

Pr 3º ex patribus, quorum, præcertim Prosperi, et Augustini plena sunt volumina scriptoris ac proinde supervacaneum erit recensere. omnes enim adversus Pelagium docent prerrequiri auxilium gratiæ ad bona opera supernalia, et ad præcepta implenda sicut oportet. unde Sanctus Leo sermone 16º de passione domini dixit, iuxte instat præcepto, qui precurrit auxilio.

Pro quorum intelligentia adverto. scriptura, concilia ad patres non semper uti nomine auxilium, cum illud revera probant, ac de eo loquuntur, sed aliquando appellare gratiam, ut Paulus 2ª ad Corintios 15º. aliquando suficientiam, ut idem ibidem cape 3º, aliquando misericordiam, ut idem ad Romanos 9º aliquando Spiritus Sancti inspirationem et adiutorium, ut concilium arausicanum supra: aliquando gratiæ donum, ut etiam arausicanum canone 5º aliquando iluminationem spiritus sancti, ut tridentinum citatum, aliquando cogitationem actu secretam congruam etc. ut passim Augustinus.

Pr 4º ratione nomine auxilij gratiæ intelligimus donum gratis, et liberaliter collatum post, quod ei subsidio, et iuvamine sit ad bene ut oportet operandi, sed datur eiusmodi donum. ergo datur auxilium gratiæ. consequentia est evidens, minor, quæ sola probatione egit ostendo; quia in homine, et angelo dantur plures ilustrationes, et cogitationes congruæ supernales, quæ nullo pacto debentur, sed a Deo liberaliter donantur, et a



xilio sunt ad bene, at oportet operandum, siquidem per illas exitantur, vocantur, illuminantur, moventur, et adiuvantur ad deum diligendum resurgendum a pecatis, credendum, et experandum.

Pr. 3º hoês, et angeli eliciunt plures actus supernales pluraque opera faciunt digna premio vitæ ætlnæ, sed ad eiusmodi actus, et opera nããrium ē auxilium gratiæ: ergo datur tale auxilium. minorem probo, quia cum innã non sint vires sufficientes ad predictos actus et opera, nec illi debeantur, opus ē gratiæ a Deo conferatur aliquid, quod elevet, et auxilio sit ad illa prestanda.

Sessio 3a.

An negationes habere possint rationem auxilij?

Videtur negandum, quia auxilium adiuvat, negationes vero adiuvare non possunt, siquidem nihil sunt, et quod nihil ē nullum producit effectum, seu ex non ente non fit ens, at hent leges ?ie digestis de tutoribus et curatoribus lex 1ª, digestis de usufructu digestis de rebus creditis iure, nihil, et inutile comparantur lege 4ª parrafo condegnatum, digestis de re iudicata, et cap. sicut, 1ª questione 1ª atque ideo cum auxilium sit utile, si nihil seu negatio inutilis ē, nihil seu negatio hēre nequit ronem auxilij.

Nihilominus dicendum negationes posse hēre ronem auxilij ē iuxta mentem patrum, et Theologorum si intelligatur, ut in solutione ronis dubitandæ explicabo, et ōio abs it questio de nõe. pr. 1º id het ronem auxilij, quod het ronem adiutorij, sed negationes hēre pos-

sunt



sunt rones adiutorij: ergo et ronem auxilij. minor pr, quia non solum adiuvatur ho, quando ei addimus vires nostras que suis adiungimus conatum aplicando, sed etiam quando removemus impedimenta ne impediant si absint, abigimus hostem ne impugnet, ictus hostiles declinamus ne feriant, ; at quod non absit hostis, quod absint impedimenta, quod ictus non feriant, aut desint, sunt negationes ergo.

Confirmatur hoc ipsum ex S. Anselmo lib. de concordia gratie et liberi arbitrii, ubi sic loquentem adiuvat etiam liberum arbitrium, quando ut deserat rectitudinem impugnatur, mitigando, aut penitus removendo vim tentationis impugnantis. Vides dicentissime docere liberum arbitrium adiuvari per mitigationem, et remotionem tentationis, cum tamen per negationem presentie removetur tentatio, et per negationem intensionis mitigetur. ergo ex mente Anselmi, per negationem deus adiuvat arbitrium, eique auxiliatur. nec minus expresse Sanctus Thomas 3o contra gentes cap. 162o his verbis, auxilium non est solum infusio gratie, sed etiam exterior custodia, per quam ocasiones pecandi hoi ex divina providentia tolluntur, et provocantia ad pecadum comprimuntur.

Pr 2o id adiuvat, et het ronem auxilij, quod facit potentiam posse, quod alias se sola non poterat, seu quod facit facille, et sine fatigatione posse posse, quod sine ingenti dificultate, et labore non poterat. sed negationes utrumque prestare possunt, ergo here possunt ronem auxilij. minor ostenditur quia plura possumus absente contrario resistente, et impugnante, obice, et impedimento, que eijs presentibus non possumus: plura item facere possumus, si tentatio desit, aut non minus

nimis vigeat, quae praesenti, et vigenti nonnisi difficulter, et cum sudore possumus, vt experientia ipsa constant, et luce meridiana clarius, at quod non ad sit hostis, aut impedimentum, quod desit tentatio, l. non nimis vigeat, negationes sunt ergo.

Prob. 3° si ponamus hominem cum virtute vt quatuor (potententem solum resistere tentationi vt quatuor) impugnari a tentatione vt octo dupliciter dupliciter ei auxiliari, et succurrere possumus ne vincatur, sed potius vincat, et triumphum agat. 1° addendo ei virtutem atque ita vt virtus augeatur, et crescat vsque ad gradum 9ⁱ, 2°, minuendo vim tentationis vsque ad 3ⁱ gradum et vtroque modo manifeste homo superat tentationem, siquidem eadem proportione excessus se habent virtus vt quatuor ad tentationem vt tria, et virtus vt novem ad tentationem vt octo: ergo cum posterior modus auxiliandi, et succurrendi fiat per negationem augmenti tentationis, negatio habere potest rationem auxilii, et adiutorii. confirmatur, quoniam si fera aut validissimus hostis (quales in spiritualibus sunt diabolus, et vigens tentatio) ita hominem impeteret, vt certissime illum interficeret, ni amoveretur, nemo dubitaret, quin illi auxilium ferret, qui e tanto periculo eriperet feram, et hostem repellendo de medio vel tollendum. atqui hostem et feram tollit fit per negationem. ergo per negationem fertur auxilium, atque ideo negatio potest habere rationem auxilii.

Denique quia nam maximum auxilium est potentiam ex toto. l. ex parte impeditam, illam vndequaque liberam reddere, et ad operandum expeditam ita, vt nihil adsit quod impediat, nihil quod impugnet, nihil quod retardet, sed expeditur, et libera redditur ab omni impedimento impugnatione, et retardatione per negationem

nem: ergo negatio potest habere rationem auxilij. minorem probo, nam per negationem impedimenti formalissime tollitur impedimentum per negationem impugnationis, impugnatio, per negationem retardationis retardatio.

Nunc ad rationem dubitandi initio propositam, dic duplicem esse modum adiuvandi alterum directum alterum indirectum, directe quidem adiuvamus quando per virtutem, quae directe tendit in effectum in illum influendo, ad illum finaliter exitando, inclinando, et movendo: indirecte vero quando per remotionem impedimenti, contrarij, et occasiones lavendo. licet priori modo nequeat negatio adiuvare, potest posteriori; imo etetiam potest obiective movere, nam periculum aprehensum, exquo Deus nos singulari providentia eripuit, et mors amici, aut consanguinei cognita vehementer solet movere, et motione sua adiuvare ad mutandam vitam, componendos mores, et tentationibus resistendum.

Ad, quod ex iure additur, imbecille est. nam licet nequeat effectum ullum producere, quod negatio, seu nihil est, potest conducere ut producatur, sicut manifestum est conducere remotionem contrarij et impedimenti. ad rationem autem auxilij non requiritur quod producat, sed satis est, quod conducat, siquidem sic adiuvat. idem dic ~~ex~~ ad illud ex non ente non potest fieri ens. licet enim nequeat ens positivum fieri, tanquam ex efficiente, ex non ente, tamem potest conducere, ut fiat ex ente, imo ex non ente, tanquam ex principio extrinseco et sic a quo dixit aristoteles fieri compositum naturale, siquidem dixit fieri ex privatione, seu carentia, quae est non ens.

Responderi posset 2° quod nihil est nullum producere effectum directe, posse tamen producere indirecte,

in directe, atque ideo negationes hæ optime possent indirecte rationem auxilij, esto non possent directe. —
Ad 3.um respondeo, licet verum posset, nihil de se, nullum posse producere effectum, posse tamen, quod est formaliter et phisice nihil sit equivalenter et in estimatione morali aliquid sit, ut sunt remotiones tentationis, sugestionis inimici, et tentationis, quæ licet phisice, et formaliter negationes sint, in estimatione morali sunt maxima beneficia, et dona, equivalentque viribus adiutricibus, quibus inimicus, tentatio, et sugestio vincerentur, si adessent, nam perinde est in ordine ad adiuvandum, et vincendum dare vires, quibus vincantur impugnationes, ac tollere vires impugnantis, seu non permittere impugnationes. —

Sectio 4.a

An præter rationem auxilij possint hæ negationes rationem gratiæ, et consequenter auxiliatricis gratiæ.

Non loquimur de omnibus negationibus, sed de aliquibus in speciali; in quibus militat specialis ratio. et dicendum est posse. ita Pater Vasques 1.a 2.æ disp.e 189.a cap.e 15.o et 16.o ac sæpe alibi Pater Belarminus tomo 3.o lib.o 9.o de gratia liberi arbitrij cap.e 7.o et ij omnes, qui docent ad quod libet opus bonum morale, ac diu perseverandum in gratia, ac præcepta naturalia implenda requiri speciale auxilium gratiæ. recurrunt enim frequenter, ut id probent ad remotionem tentationis præcertim vigentis, ad mitigationem impugnationis, remissionem aprehensio-

nis

mij obti ecta, quæ impedirent operationem, si adessent, et quod non adsint, dicunt esse gratiam, et beneficium Dei; tamen si plures sint qui sentiant oppositum. —

Probari 1º posset ex patribus, quorum plures congerit Lorinus ad illa Sapientiæ 4º raptus est ne malitia mutaret intellectum eius agnoscentibus speciale beneficium, et gratiam in morte immatura quatenus eripit ab occasionibus, et periculis peccandi, sed magis pro re nostra audiri debet, quid deus dicat ore, et calamo Augustini lib. 5º homiliarum (habetur tomo 10) homilia 25ª adulter non fuisti? regebant te mihi, ut adulterium non committeres, suasor defuit, ut suasor deesset ego feci. locus, et tempus defuit? et hæc ut deessent ego feci. adfuit suasor? non defuit locus? non defuit tempus? ut non consentires ego terrui. agnosce ergo gratiam eius, cui debes quod non admisisti. vides in omnibus his remotionibus, seu negationibus, suasoris loci, et temporis gratiam esse agnoscendam monere augustinum? —

Pr. 2º illud habet rationem gratiæ, quod habet rationem beneficij, seu doni gratis, et liberaliter collati. sed negationes, quas diximus habere rationem auxilij, habent etiam rationem beneficij, seu doni gratis, et liberaliter collati. ergo habent rationem gratiæ. maior expressa est in definitione auxiliantis gratiæ sessione 1ª posita. minorem probo, quia maximum beneficium est, et inter dona dei non infimum tenet locum, eripere nos a morte animæ a lapsu, et consensu in culpam, ac denique a penis æternis: hæc autem fiunt multoties per remotionem vigentis tentationis, per compressionem diaboli, et ablationem occasionum, quæ sunt tantum negationes. deinde hoc beneficium, seu donum gratis et liberaliter

bibliabiliter conferetur, cum neque Deus teneatur tentationem removere, auferre ocasionem, aut diabolum comprimere; neque id nostris meritis sit debitum.

Pr 3° pro predictis negationibus debemus Deo gratias agere: ergo habent ronem beneficij, et gratie. patet colntia, quia non aguntur, nec agi debent gratie pro re debita, et que non é gratia; sed pro indebita, et gratis data. ans pr tum ex Sancto Sipriano lib° de immortalitate circa finem, tum quia non minus debentur gratie impediente mortem aie, quam corporis; sed removens diabolum tentationem, et sugestionem, quando infalibiliter in consensum presipitarent, ni removerentur, impedit mortem aie, sicut impedit mortem corporis removens sevissimum hostem, aut letalem ictum, quando certissime vitam eriperent. ergo Deo removenti diabolum, tentationem, et sugestionem per predictas negationes debemus pro illis gracias agere.

Petes an superiores negationes heant proprie, et rigorose ronem gratie? an solum improprie. Per Velarminus supra et parter molina in concordia, questione 14ª, disputatione 36ª arbitrantur ee improprie gratiam. at Per Vasques hic relatus videtur inclinare in oppositum, fortasis miscetur aliquis questionem de nóe, quod semel é discordie. id examinare non é huius loci, in má de gratia disculetur.

Hoc unum afirare possum predictas negationes, seu remotiones non ee gratiam intrinsecam, ut sunt motiones, et inspirationes, sed extrinsecam divine protectionis. dici vero posse gratiam per christum, ut recte Per vasques quia nobis hec

gratia

gratia confertur ex christi meritis qui nobis meruit non solum gratiam internam, sed etiam ne tentemur, si casuri eramus, ne tentatio duret, quando si duraret, prosterneret, et deturbaret.

Deinde quia sicut christus rogavit ne fides Petri deficeret, ita rogavit pro pluribus, ne tentationes forent adeo vigentes, ut fides, castitas, aut spes eorum deficeret, et sucumberent, unde Paulus ad Ephesios 1º dixit, benedixit nos omni benedictione spirituali in caelestibus in christo. id est omnem benedictionem, omne beneficium, et gratiam, quae deus nobis e caelo contulit, utique in christo, et per christum contulit, quod perinde est ac esse gratiam per christum.

Sectio 5.ª

Argumentis in oppositum satisfacit

Obiices 1º gratia est aliquid supernale constit aliquid indebitum, nequesed praedictae negationes non sunt aliquid supernale, siquidem nec sunt indebitae naturae. ergo non habent rationem gratiae. respondetur potest 1º adhuc sed iudice esse rationem gratia debeat esse quid supernale, neque enim ex eo quod aliquid non sit supra naturam ac illius vires sequitur illi esse debitum, cum non quidquid intra me est mihi debeatur, sunt enim diversissima non excedere aliquid, et ei deberi. ad rationem ergo gratiae solum requiritur quod excedat ius, illius cui confertur, non vero quod excedat naturam, atque ideo non tam est supra naturam, quam supra ius.

Respondetur potest 2º quod licet praedictae negationes

gationes, seu remotiones non sint quid supernale quoad substantiã (liceat sic loqui, ut mentem explicemus) tamen quoad modum solent ẽẽ supernales, eo quod ex supernali dei providentia propter christi merita, et ex fine supernali conferantur, hæc enim sufficiunt, ut induant mum extrinsecum supernalis.

Resp. posset 3º (quamvis in hac materia non hic ultimum iudicium feram) inter negationes remo-ventes tentationes, comprimentes dæmonem etta, quæ habere possunt rationem auxiliatricis gratiæ alias ẽẽ quoad substantiam nales, alias supernales, et quæ nales sunt non habent proprie rationem gratiæ (damus modo hoc), sed secundum quid, quæ vero sunt supernales habent proprie rationem gratiæ; sicut inter gratiam excitantem cogitationes, et inspirationes. aliæ sunt quoad substantiam supernales, aliæ nales, et quæ supernales sunt, habent proprie rationem gratiæ, quæ vero non, secundum quid (in ea sententia quæ requirit supernaturalitatem ad absolutam rationem gratiæ) atque ideo servata proportione, negationes remotrices habere possunt rationem gratiæ, ea ratione qua illustrationes, proprie scilicet, aut improprie. posse autem aliquas negationes ẽẽ supernales quoad substantiam probari posset ex eo, quod illa negatio sit quoad substantiam indebitam naturæ, et supernalis, cuius oppositum contradictorie, seu terminus oppositus positivus ẽ quoad substantiam naliter naturam. at plures negationes remotrices possunt ẽẽ eiusmodi. ergo. maior videtur vera, quia nequit ẽẽ nale quod excedit naturæ vires, excedit autem naturæ vires, cuius oppositum ẽ naliter naturam, siquidem eo ipso ẽ naliter impossibile. minorem ostendo, quia 1º si deus destrueret lucem solis, seu ipsum solem, ne homo videret pulchritudinem fœminæ, qua visa consentiret, et laberetur, 2º si aplico igne ad martirem deus privaret calorem, l. negaret concursum generalis,

(ut in fornace babilonica) ne combustionis dolore fidem negaret. 3° si dæmone iam irruente in hominem deus illum annihilaret, ne homo tentatus præcipitaretur; certe tales negationes haberent terminum naturalem, cum naturaliter naturium sit solem existentem habere lucem, ignem habere calorem, et angelum, sive bonum sive malum durare, et non annihilari. ~

§ Dices ante quam deus mundum crearet erant omnes illæ negationes, cum non essent termini positivi, cui bus opponebantur contradictorie, et tamen tunc nihil erat supernale, præcertim quoad substantiam, ergo illæ negationes non sunt supernales. præcertim, quoad substantiam. resp. debet consequenter ad prædictam solutionem negando minorem, si per ly nihil supernale excludatur non solum supernale positivum, sed etiam negativum. erant enim tunc plures negationes superantes vires naturales, seu quæ viribus naturalibus poni non poterant. ~

Obiicies 2° eadem esset negatio tentationis, et durationis, seu intentionis illius, sive existeret homo, sive non: sed si non existeret homo, illa negatio tentationis, durationis, aut intentionis non esset gratia. ergo neque cum existit homo. antecedens patet; quia ante quam mundus fieret erat illa ipsa numero negatio (alias esset terminus positivus huic contradictorie opponitur) minorem probo, quia nulli fieret gratia, nullique gratis, et liberaliter conferretur, cum solum fiat gratia, quando instat vel proxime instare potest periculum peccandi, et eius modi periculum removetur, remota tentatione, aut intercissa duratione illius etc. homine autem non existente nec instat tale periculum, nec instare potest. ~

Resp. 1° concessa maiori et minore, negando consequentiam, non enim minus illegitima est, quam hæc eadem

eadẽ ulna ẽ, sive adsit palmus, sive non adsit, sed si non adsit non excedit illud: ergo etiam si absit. Dic igitur eandem negationem ẽẽ gratiam rũ hoĩs constituti in proximo periculo aut occasione labendi, potentis vẽ proxime labi, ni tentatio amoveatur, aut temperetur; non vero hẽre rũ hoĩs absentis, l. non constituti in periculo labendi. ~

Rẽtur 2° adhuc absente, et non existente hõe hẽre posse rõnem gratiæ, non in actu 2°, sed ut sic loquar in actu 1°, quatenus acta ẽ, si periculum, quando hõ existit removere tentationem, quam removeri, non debetur, sed gratis, et liberalitate à Deo homini conceditur. Rẽtur 3° in ipsa gratia positiva posse ad hõem instaurari argũtũ, sĩlem que solutionem ẽẽ adhibendam. ~

Obiẽs 3° gratia auxiliatrix conducit ad effectum; negationes non conducunt ad effectum: ergo non hent rõnẽ gratiæ auxiliatricis. pr minor, quia conducere ẽ aliquid positivum, negationes vero sunt aliquid negativum, et præterea, quia aliud ẽ conducere aliud impedimenta removere. Rẽtur negando minorem. ad probationem non sẽ quãs conducendi ẽ aliquid positivum, sed plura sunt aliquid negativum, præcertim quando conducere ẽ indirecte, ut ex dictis constat ad id quod additur, nego aliud ẽẽ conducere indirecte remotive, nam ipsum removere impedimenta ẽ indirecte conducere, iuxta dicta superius. ~

Sectio 6ª

Reliquæ obiectiones solvuntur.

Obiẽs demo 1° mors in natura non hẽt rõnem gratiæ. ergo neque remotio tentationis, iniquis suasoris-

soris. patet consequentia, quia si remotio tentationis, et iniqui suasoris haberet rationem gratiae ideo esset, quia eriperet a periculo pecandi scit enim deus, quod labemur, si tentatione quam removet, aut tempore quo removet tentaremur, atqui mors immatura, etiam eripit a periculo pecandi; cum sciat deus, quod labemur si diu viveremus. iuxta illud sapientiae 4° raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. ergo antecedens probo. si mors immatura haberet rationem gratiae, quoties homo praeriperetur fieret illi gratia, quod esse falsum inde patet, quia saepe homo, qui damnatur salvaretur, si diu viveret, et non in letali culpa abriperetur, ageret enim poenitentiam, et faceret opera digna vitae aeternae. quis autem dicat eiusmodi mortem esse gratiam, quae praecludit ianua vitae aeternae, et aperit aeternae damnationi? sequitur autem probatur, quia semper mors eripit e periculis pecandi, quibus vita haec mortalis, ubique plena est. Respondetur distinguendo antecedens, mors immatura non habet rationem gratiae respectu hominis in gratia, et iusti mors immatura non habet rationem gratiae respectu hominis in gratia, et iusti decedentis (quam et vitam aeternam amitteret si non decederet) nego antecedens respectu existentis in pecato mortali omitto antecedens, negatur, in priori casu magnum beneficium fit homini non in 2°, absolute in praefatione ostenditur nego de inde consequentiam, nam remotio tentationis tunc solum habet rationem gratiae, quando ad vitandum periculum non conijcit certo in maius, vel aequale damnum, ut conijcit mors immatura contingens homini in pecato letali, vitat enim periculum pecandi conijciendi in certam damnationem, et firmando in statu infelicissimo pecati per totam aeternitatem.

Obies 2° ut negationes, quas diximus esse gratiam, habeant rationem gratiae. debent causari a deo in illis circunstantijs, in quibus utiles sunt homini, et non tenebatur causare, aut causari non possunt: ergo neque

habere rationem gratiæ. minorem probo, quia negationes, neque conterminare actiones, et causari non possunt nisi per actionem. - Respondent primo aliqui, negationes se ipsis causari a Deo, et non indigere actione, quæ solum necessaria est ad ens positivum. Respondetur secundo negationes causari saltem impropriè, quia non sunt capaces proprij, et directi modi causandi, sed indirecti, aut improprij, nec ad rationem gratiæ requiritur, quod propriè causetur, sed quod causetur ea ratione, quâ causari potest, et id fiat gratis, et liberaliter, non ex debito.

§ Resp. posset 3º. negationes causari per actiones sui generis nempe negativas, hoc est per negationes actionum positivarum, quibus debebant causari res positivi, quorum negationes sunt. nam sicut actio, licet non sit formaliter ipse res, est via activa ad illum, ita negatio actionis, licet non sit formaliter negatio effectus, est quasi via activa ad negationem effectus. et cum esse negationem effectus sit non esse effectum, negatio actionis, quæ facit ne sit effectus, facit quod sit negatio effectus, non quia negatio actionis immaté, et formaliter destruat effectum, sed quia formaliter destruendo actionem exsolenti, et quasi activè illum destruit, et negationem contradictoriè oppositam illi astruit ponitque in esse. quæ doctrina videtur tradi a Sto Thoma 1a parte quæstione 104a articulo 3º ad 1um ubi sic ait dicendum quod si deus rem aliquam redigeret ad nihilum, hoc non esset per aliquam actionem (intellige positiva) sed per hoc quod ab agendo cessaret quod est per actionis negationem.

Est tamen observandum quod inter modum causandi actionis negativæ, et positivæ intercedit maximus

my discrimen; nam 1° actio negativa causat indirecte, quatenus removet seu destruit actionem positivam, a qua pendet effectus. actio vero positiva causat directe immediate influendo in effectum. 2° ad ponendum terminum sufficit una actio ad ponendam vero negationem termini non sufficit una negatio actionis, sed opus est dentur omnes omnino negationes actionum, quae causare possunt terminum; nam sicut ad hoc ut terminus sit sufficit quod sit aliqua actio, ut non sit requiritur quod nulla sit, atque ideo quod sint omnium omnino negationes. unde actio completa et adaequata negativa, sufficiens causa re negationem termini, coalescit ex omnibus negationibus actionum est quae collectio omnium, ut dixi de distinctione reali rerum negationum identitatis extremorum. ~

Dices Sanctus Augustinus tomo 4° libro 83 quaestione 21ª asserit esse negationes seu non esse, nullo pacto pertinere ad deum. ergo nec ab illo fiunt, nec sunt, et consequenter negatio dici possunt. audi Augustinum, quamvis omnium, quae sunt autorem, et ad huius bonitatem tantum pertinet, ut sit omne quod est, non esse, ad deum pertinere nullo pacto potest. et inferius: ille ad quem non esse, non pertinet, non est causa deficiendi, id est tendendi ad non esse. ~

Respondetur 1° auctoritate convinci si quid convincitur negationes, seu non esse nullo modo esse in potestate dei, nec deum habere libertatem respectu illarum, seu ad illum pertinerent, cum posset pro suo arbitrio ponere, et tollere. Respondetur 2° eundem Augustinum tomo 10 libro 50ª omiliarum omilia 23ª satis indicarem deum causare et facere negationes (eo modo quo causari possunt) audi et ~ ubi sol defuit? ut sua sol deesset ego feci. locus, et tempus defuit? et haec ut deessent ego feci. deesse

nullum

autem e dari negationes rei quae deest, et hanc negationem dicit fecisse deum. Respondeo 3° Augustinum solum contendere quod negationes non pertineant ad deum directe, aut per actiones positivas, quod libenter fatemur, et ideo S.tus Thomas 1a parte quaestione 104a articulo 3° ad 3um dixit, si deus rem aliquam redigeret ad nihilum, hoc non esset per aliquam actionem positivam, sed per hoc quod ab agendo se saret, quod fit per actionem negativam, seu actionis negationem.

Obiies 3° negationes nequeunt habere rationem gratiae nisi a deo proveniant eo fine ut homo non labatur in peccatum, et tandem damnetur. ast impossibile est hac ratione a Deo provenire. ergo impossibile est quod habeant rationem gratiae. minor probatur, quia cum debeat dari diversa mutatio phisica, ut detur diversus actus liberi in deo, et nequeat dari diversa mutatio in negationem ut fiat potius ex hoc fine, quam ex alio, nequeunt fieri negationes, eo fine potius, quam alio.

Respondeo huius argumenti solutionem pendere ex dicendis a nobis in materia de voluntate pro actu libero in presenti dici potest (donec ad predictum locum deveniamus ubi quid tenendum sit absolute dicemus), quod actus liberi dei, quo vult negationem ex hoc fine potius, quam ex alio potest here promutatione revelationem, qua id revelet, l. aliud ens positivum ad id aptum, et quemadmodum eadem negatio seu destructio potest intendi, et executioni mandari per diversa media, ita in eisdem mediis possunt intendi diversi fines eiusdem negationis.

Denique obiies si negationes, seu remotiones haberent rationem gratiae, illae solae sufficerent ad bona opera positiva supernalia. hoc autem falsissimum est ergo etc. probatur maior, quia ad opera entitative supernalia solum

requiritur

requiritur quod detur auxilium gratiæ. — Respondeo negando maiorem; non quælibet gratia est sufficiens, ut infra dicam, sed ad entitates supernaturales positivas requiritur gratia positiva supernaturalis. — — — quæstio 4a de divisione auxilii gratiæ, ac de quidditate, et existentia specierum singularum. sectio 1a 1a divisio in auxilium gratiæ positivum, et remotivum. —

Quæstio 4a.

De divisione auxilii gratiæ ac de quidditate, et existentia specierum singularum.

Sectio 1a.

1a divisio in auxilium gratiæ positivum, et remotivum.

Postquam ostensum est dari, et existere auxilium gratiæ. Rursusque declaratum quid illud sit? superest videamus quotuplex existit, et dividamus cum communi Theologorum sententia, in positivum, et remotivum. non autem accipimus hic auxilium positivum pro illo, quod habet entitatem positivam, et remotivum pro negatione, seu habente entitatem positivam, sed positivum pro habente modum causandi positivum, et negativum, pro habente modum negativum. unde positivum definiri potest sic: est quod positive concurrit, seu conducit ad effectum. remotivum vero sic: est quod remotive concurrit, seu conducit ad effectum. quoniam eatenus conducit, et iuvat, quatenus removet prohibens, abigendo adversarium mitigando, et repellendo tentationem, ac tollendo occasionem, tempus, et locum labendi in crimen letale. —

Hinc cum res negativa possit positive concurrere ad conversionem, seu bonum opus efficiendum, positiva remotive, non est idem esse auxilium positivum, et hoc

et habere entitatis positivam. nec est idem esse remotivum, et habere entitatem negativam, quia nomen positivi, et remotivi non tam desumitur, ut dixi, ex entitate mali, quam ex officio, et modo concurrendi. quod autem res negativa possit positive concurrere, et positiva remotive patet, quia mors inimici intelligentibus movet motione intentionali positiva ad gratias deo agendas, qui e tali periculo eripuit. mors repentina amici ad fugiendum seculum (cognita illius vanitate) ad resurgendum a peccato ad sequendum virtutem etc., non secus ac moventia obiecta positiva. deinde impedimentum positivum obiecti inimico ne obsidat, aut ne accedat, et teneat, remotive concurrit, sicut et verba persuadentis foemine ne provocet ad libidinem iuvenem, vel ne aliquod malum ei inferat.

Hinc fit eandem negationem habere posse rationem auxilij remotivi, et positivi; remotivi quidem, quatenus removet tentationes, occasiones, et pericula; positivi vero quatenus cognita obiective, et intentionaliter movet ad agendas gratias, ad bene vivendum ad resistendum etc. similiter eandem entitatis positivam posse induere utramque rationem auxilij, remotivi, quatenus removet occasiones, et pericula etc. positivi, quatenus per sui cognitionem movet, inclinat, et elevat ad agendas gratias, et vitam meliorem efficiendam.

Utrumque genus auxilij contentum in superiori definitione agnovere sancti Patres praecertim divus Prosper, et sanctus Augustinus, quia tamen horum verba alibi, ubi habent locum, referenda sunt. audiatur nunc sanctus Chrisostomus in 29 ad Corinthios capitulo 10. id circo fiat dispensatione hostem nostrum permittit et retinet, relaxat,

rat, et frænat: fidelis enim est, et ideo facit, ut aut cito desit tentatio, aut si prolixa venit dat ipse tolerandi virtutes. vides utrumque modum iuvandi, et auxiliandi? alterum positivum conferendo virtutem quando permittit hostem, et retinet; alterum negativum, dum frænat.

Petes autem auxilium positivum concurrat cum directo, et remotivum cum indirecto? Respondetur conversim; nam esse auxilium, qua positive concurrens, directe influit in effectum; et esse remotivum, indirecte. non vero convertitur directum cum immediato, quamvis indirectum, qua tale, semper convertatur cum mediato. potest enim esse auxilium directum, quod mediate concurrat ad effectum, nullum tamen potest esse indirectum quod qua tale immediate concurrat, cum semper qua tale immediate tendat in occasionem, impedimenta, et tentamenta removenda, hisque mediantibus in effectum. Sectio 2a. divisio in auxilium excitans, et adiuvans.

Sectio 2a.

Divisio in auxilium excitans, et adiuvans.

Hæc divisio tam apud Theologos, quam apud ecclesiæ Patres receptissima est, et iure quidem optimo, namque quemadmodum dormientem excitamus tangendo, movendo, clamando, et vocando, statimque iam vigilanti manum damus, ut surgat, et adiuvamus, ita Deus dicitur hominem somno desidiæ, culpæ, et pravæ consuetudinis sopitum excitare tangendo, et vellicando cor, movendo, et illustrando animam, clamore, interne vocationis auribus mentis inserendo, et vigore sanctæ inspirationis voluntatem inclinando,

sicut et

Sicut et dicitur adiuvare, quam vocat, eiam hoc, et illustrato, et manu adiutrice porrigit, vt a peccato ad pœnitentiam, à tepore ad fervorem, ab infidelitate ad fidem surgat. — —

Igitur auxilium quo Deus præstat hoc, dicitur excitans, et potest definiri cum suarez lib° 3° de auxilijs cap. 4° numero 2° sic: est interior spiritus sancti illuminatio, aut inspiratio, qua Deus tangit cor hominis illudque excitat, vt convertatur .l. ad fidem .l. ad pœnitentiam .l. ad amorem aut ad quemlibet alium actum supernalem excercendum. seu brebius: auxilium excitans est, quod excitat ad faciendum bonum .l. fugiendum malum. — —

Cæterum cum tripliciter possimus excitari ad bene operandum .l. non male agendum. 1° efficienter, quod fit producendo, seu efficiendo excitationes fr.ales, quamiter Deus excitat, dum producit in nostro intellectu illuminationem, et sanctas cogitationes, 2° fr.aliter, quod fit per informationem, qualiter excitat pia cogitatio, et spiritus sancti inspiratio se exhibendo, et informando intellectum, quem illa illuminat, et voluntatem quam illa inclinat. — —

3° obiective, quod fit per repræsentationem, qualiter solet excitare mors amici cerio, et attente cogitata; periculum imminens, ex quo erepti sumus; illa enim contemptum mundi, hinc timorem gehennæ generat, et media timore, et consequenter provocamur — — ad bene operandum, et malum fugiendum ad idemque movemur, et excitamur. ex his modis excitandi, non 1us, nec 3us, sed 2us pertinet ad proprissimum auxilium excitans. — — — —

Dari hoc auxilium constat autoritate, et ratione. autoritate quidem. nam apocalipsis 3° dicitur, ego sto ad ostium, et pulso (tactu piæ cogitationis, et timoris excitans)

signif

Si quis mihi aperuerit per consensum intrabo ad eum per gratiã scilicet. 2°, quia ad ephesios 5° hec het Paulus surge qui dormis, et exurge a mortuis vocatur et excitatur interiori gratia, ut audiens surgat a peccatis, et ad bene agendum illuminetur a christo. 3°, quia ecclesia in oratione dominice 2ª adventus ait, excita domine corda nostra ad preparandas unigeniti tui vias. 4° quia tridentinum sessione 6ª de iustificatione capite 5° sic loquitur, ut qui per peccata a deo aversi fuerant, per eius excitantem, et adiuvantem gratiam ad convertendum se etiam disponantur, et rursus capite 6° disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia, et adiuti libere moventur in deum. 5° quia sanctus Bernardus tractatu de gratia, et libero arbitrio columna antepenultima in hunc modum loquitur, conatus nostri ad bonum cassi sunt, si a gratia non adiuventur, et nulli si non excitentur. 6° quia sanctus Augustinus lib° 2° de peccatorum meritis, et remissione capite 18° hec scripsit, quod ad deum nos convertimus, nisi ipso excitante, et adiuvante, non possumus. vide etiam lib° 1° contra duas epistolas Pelagianorum capite 18. ~

Ratione etiam, quia sepe dum negotiis, peccatis, pravaque consuetudine sopiti, ac veluti profundo sogno sepulti, nihil de deo cogitamus, ipse gratis, et liberaliter absque nostris meritis, et de vito immittit cogitationes sanctas timoris interni, amoris iustitie pluresque alias inspirationes, quibus excitamur, alicimur, movemur, et provocamur ad bene operandum, et quod dismalum fugiendum; sed eiusmodi cogitationes, et inspirationes sunt auxilium excitans. ergo datur auxilium excitans. ~

Deinde quando bene operamur su-

per

supernaturaliter aliquid nos movet ad bene operandum: ergo precessit propositio motivi ex quo movemur: sed quod precedat propositio motivi ad opera supernalia est gratia excitans: ergo datur gratia ancillatrix excitans ad opera supernalia. minor patet, quia non precedit meritum ad talem propositionem cum primo operamur, et ea movemur, atque excitamur ad operandum.

Auxilium vero quo Deus prestat 2um (ex supra dictis) hoc est quo manum vocato, et illustrato porrigit, adiuvatque, ut a peccato surgat, dicitur adiuvans, et potest definiri sic est quod post internam excitationem nos adiuvat ad faciendum bonum, vel fugiendum malum, seu aliter est quod adiuvat, ut internam excitationem gratiae operi et executioni mandemus. unde auxilia remotiva habitus supernales, et divina omnipotentia, quando supernaliter nos adiuvant ad supernaliter operandum habent rationem auxilij gratiae adiuvantis; tamen si frequentius nomen hoc stet pro auxilio gratiae intrinseco, quod interius nos adiuvat.

Dari auxilium adiuvans potest stabiliri ratione et autoritate ostendi. autoritate primo nam Salmo 93° versu 18° sic habet, misericordia tua domine adiuvabat me, et prius versu 17° idem Sapiens dixerat, nisi quia dominus adiuvit me paulo minus habitasset in inferno anima mea, rursusque 118° adiuva me, et salvus ero. 2° quia Paulus ad Romanos 8° in hunc modum loquitur, spiritus adiuvat infirmitatem nostram. iterumque 1a ad Corintios 10 in die salutis adiuvi te. 3° quia Tridentinum locum superiori tatis clare id docet, et preterea canone 3° his verbis si quis dixerit sine preveniente spiritus sancti inspiratione, et eius adiutorio hominem credere posse sicut oportet anatema sit. 4° quia Bernardus, et Augustinus sitati expressissime tradunt. audi

Augustinum

Augustinum in Enchiridio cap. 32. hominis voluntatem preparat adiuvandam, et adiuvat preparatam, et lib. 1. de gratia christi cap. 49. ecce quomodo Deus adiuvando adest voluntatibus, et lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 9. improbans horum errorem, ait, Velut homo a se ipso sine adiutorio Dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito precedente dignus sit adiuvari Dei gratia subsequente. mitto que alibi multoties docet, et que dixit Celestinus Papa epistola 1.a ad episcopos galie cap. 9.

Ratione etiam ostendi potest, 1.° quoniam ad opera supernalia non sufficit liberum arbitrium, ut fide certum est contra Pelagium. ergo indiget adiutorio Dei, gratuito, et non indebito. ergo et gratia adiuvante que in illo consistit. 2.° quia dum operamur supernaliter, vel totum opus prestat natura, vel non, sed concurrit parcialiter gratia. si 1.um consentis Pelagio. si 2.um adiuvamur a gratia, atque a Deo datur auxilium gratie adiuvantis.

Observa tamen triplex esse genus auxilii gratie adiuvantis, alterum per modum principii supernalis phisice influentis; alterum per modum moraliter inclinantis, movientis, et delectantis; 3.um per modum removentis prohibens et impedimenta. atque ex hoc triplici genere resurgit auxilium adequatum adiuvans, et quodlibet ex illis seorsim est absolute incompletum, et inadequatum, quamvis aliquid quid, et in sua linea completionis habeat.

Sectio 3.a

Divisio in auxilium gratie

operans

operans, et cooperans.

Haec divisio displicuit Albino, ut testis est Staplectonus lib.o 4.o de gratia, seu libero arbitrio cap. 7. atque ideo illam reprehendit, ceterum a talibus dagnari, laudari e. illam admittunt unanimiter theologi, Molina in concordia quaestione 14.a articulo 13.o disp.e 42.a Tannerus tomo 2.o disp.e 6.a de gratia quaestione 1.a dubio 4.o Belarminus lib.o 1.o de gratia, et libero arbitrio cap.e 14.o Suarez lib.o 3.o de auxiliis cap.e 9.o Albarez etiam de auxiliis disp.e 70.a conclusione 3.a numero 7.o Montesinos, Granado, Vazques, et alii cum divo Thoma 1.a 2.ae quaestione 111.a 2.a ad Corinthios 6.o, in 2.o distinctione 26.a articulo 5.o, et de veritate quaestione 27.a

Dicitur auxilium operans, de mente Augustini (quem sitant, et sequuntur Pē. Vazques infra referendus, Suarez lib.o 3.o de auxiliis cap.e 5.o, numero 3.o et alii) non ex eo quod, utcunque operetur, sed ex eo quod independenter a libera cooperatione arbitrii, ad quam datur, aliquid in nobis operetur excitando, movendo, deterrendo. cooperans vero ex eo, quod cum arbitrio libere concurrente simul concurrat, et operetur adiuvando etc.a unde auxilii gratiae operantis, seu gratia operans definiri potest, quae in nobis operatur aliquid ante liberum consensum; seu quae aliquid operatur ~~[illegible]~~ sine nobis libere concurrentibus: cooperans vero quae nobis cum libere ad opus concurrentibus, simul operatur, seu quae dum operatur connotat nostram liberam cooperationem. et magis in speciali auxilii gratiae interioris operans e., sancta cogitatio, et subitus voluntatis motus ex tali cogitatione ortus, quibus provocamur ad bonum, et deterremur a malo. cooperans vero e. l. ea

ipsa

ipsa cogitatio, et motus subitus voluntatis, quatenus dicunt nostram liberam cooperationem ad consensum, ut volunt aliqui, l. ut physice influentis in illum, ut alij credunt auxilium vero gratiae remotive operans est remotio tentationis, aut impedimenti, qua praevenimur ad liberam operationem. adiuvans vero, eadem remotio, ut simul dicit nostram liberam cooperationem. ~ ~ ~

Hinc 1° colliges denominationem cooperantis esse partim intrinsecam, et partim extrinsecam auxilio gratiae. pr. quia auxilium esse cooperans importat, et dicit duo, 1um quod ipsum operetur, et 2um quod simul etiam operetur arbitrium; non est operetur arbitrium; sed quod simul operetur arbitrium. ergo deno auxilio quid intrinsecum, sed extrinsecum. ergo denominatio cooperantis est partim auxilio extrinseca. ~

2° colliges ad gratiam operantem, qua praecisse talem non requiri quod sequatur, seu ponatur operatio ad quam confertur. ad cooperantem vero qua talem, requiri. patet ex dictis; nam ad gratiam praecisse ut operantem solum requiritur, quod ante liberam nostram operationem, ad quam est, aliquid operetur; quod salvari potest, si excitet ad operationem illuminet, vocet etc., quamvis ipsa operatio, ad quam vocat, et excitat non sequatur. ad cooperantem vero requiritur, quod dum ipsa operatur nostrum arbitrium cooperetur et influat in operationem, ad quam excitatur. quod intelligi nequit absque eo, quod ponatur ipsa operatio. unde a gratia operante non valet ad positionem operationis ad quam efficiendam confertur; valet vero a gratia cooperante, et e contra, valet a negatione operationis ad negationem cooperantis qua talis; non vero valet a negatione operationis ad negationem operantis. ~ ~

Hinc

Hinc 1ᵘˢ gratiæ auxilij, qua operans è, non è in nostra potestate, cum sit præveniens, et precedat liberam nostræ operationem, seu consensum, à Deo quæ solus libere, et gratis præveniat, tanquam nostræ salutis initium, et exordium. cooperans vero qua tale è in nostra potestate (supposita gratia operante) cum ex eo sit cooperans, quia nostri arbitrij simul cum illo libere operatur; quod autem arbitrium cum illo simul libere operetur in nostra potestate est supposita gratia excitante, et preparatione divini concursus unde gratia cooperans, licet sit in nobis, non è sine nobis. sectio 4ᵃ. specialis quædam difficultas enodatur. ——

Sectio 4ᵃ.

Specialis quædam dificultas enodatur.

Sed cum nihil sit quod gratia in nobis operari possit ante liberum consensum, ingerit difficultatem, qua ratione possit dici operans ante eundem consensum. et quidem quod nihil sit inde constat, quod ante liberum consensum solum è in nobis ipsa gratia, voluntas supernis inspirationibus eiusdem gratiæ affecta, et intellectus piis cogitationibus illustrata; nihil ex his operatur gratia, cum neque se (et voluntas neque inspirationes, aut illustrationes quibus constat) neque intellectum neque voluntatem. ergo nihil è, quod operari possit. ——

Sensere non nulli hanc difficultatem, ea quæ pressi in alias explicationes satis a nostra discitas abiere. nam 1º Sᵗᵘˢ Thomas 1ᵃ 2æ quæstione 111ᵃ articulo 2º docuit gratiam auxiliatricem operantem èe qua Deus movet ad actum internum, cooperantem vero, qua ad actum externum. ——
unde

vnde in hac explatione non attendendum erit ad gratiam operan
tis, quod preveniat liberum consensum, sed quod preveniat o
perationis externam.

2° Cardinalis Bellarminus lib° 1° de gratia, et libero arbitrio cap. 3° docet gratiæ auxiliatri
cis operantis esse, quæ facit vt vellimus, seu quod id putat,
quæ causat illius actus deliberatus voluntatis, qualis est conversio,
vel ab infidelitate ad fides, vel a peccatis ad pœnitentiæ, vel
a tepore ad fervorem etta. Cooperantis vero, quæ facit, vt
quod voluerimus impleamus, seu quod in ipsa residet, quæ
facit actus volentes illius, vt velle orare ad obtinendam conver
sionem, velle quærere sacerdotem ad faciendam confessionem,
vel bona opera facere ad consequendum fervorem: cum qua ex
plicatione coincidit quod docent Conradus illustrissimus,
Caietanus, Durandus, Driedo, Ricardus, Caper, et alii,
apud Vasquez 1a parte disp. 88a cap. 3° dicitque Valen
tia 1a 2æ disp. 8a quæstione 3a puncto 5° parrafo vltimo posse
non incommode intelligi ex mente Augustini, videlicet gra
tia operantis esse, quæ versatur per intentionem circa finem, vt ad
conversionem etta. cooperantis vero, quæ per electiones versatur circa me
dia, vt ad pœnitentia, pia opera.

3° Sotus lib° 1° de natura, et gratia cap.
16° docet gratiæ operantem esse, qua a malo avertimur; coope
rantis vero, qua in bonum proficimus. et tandem 4° nonnulli re
centiores, docent gratiam operantem esse actionem, qua produci
tur a deo illustratio, seu operatio. cooperantem vero esse
actionis, qua simul cum arbitrio concurrit deus ad actus super
naturales. Sic quæ alii varie discurrunt quorum placita longum
esset recensere.

Non tamen placent. nam 1° prior sen-
tentia

tentia hét contra se, quod antequam fiat actus externus iam libere operati sumus actum internum, cum ab hoc ille proveniat. ergo iam gratia et nos cooperati sumus, nos concurrendo, et cooperando illa adiuvando, . atque ideo . supponitur ante actum externum gratia cooperans, seu simul cum arbitrio operans. contra, quia cum ante opus externum meritorie operemur daretur opus meritorium vitae aeternae sine cooperante gratia, - (quod est satis durum) si gratia cooperans solum datur in opere externo. ~~Zanetiam~~

Pa etiam hét contra se, quod in 1o consensu libero ante adventum religionis est iam cooperatio gratiae. ergo est gratia cooperans, siquidem gratia cooperans est ea a qua provenit cooperatio, seu quae nobiscum cooperatur. ans pr, quia quando libere operamur ipsum consensum, vel simul operatur gratia vel non? si 2um? ergo operamur consensum meritorium vitae aeternae, et supernalem absque iuvamine, et cooperatione gratiae, quod nemo dicet. si 1um? ergo est cooperatio gratiae, cum cooperatio nihil aliud sit, quam simul cum alia operatio. -

Praeterea 3a hét contra se, quod a malo saepe avertimur per actum positivum liberum, et meritorium, videlicet odii turpitudinis, et offensae, qui cum fieri nequeat sine iuvamine gratiae ad illum cooperatur gratia, . atque id gratia cooperans facit, quod avertamur a malo, deinde quia quando avertimur a malo per omissionem libere urgente, et premente gravi tentatione, vel concurrit ad victoriam, ut oportet, gratia vel non? si 1um ergo ut avertamur a malo cooperatur gratia, et consequenter datur gratia cooperans. si 2um? ergo ut adipiscamur victoriam gravis tentationis, ut oportet non requiritur gratia, quod est apertum Pelagianismum. ~

Denique 4a hét contra se, quod tam

gratia o-

gratia operans, quae cooperans est causa meritoria operationis vitae aeternae; actio non est causa, sed causalitas, et via causae eius. ergo neque gratia operans neque cooperans potest esse actio. Adde quod sufficienter salvatur conceptus gratiae operantis et cooperantis ea ratione qua a nobis exponitur. ergo non opus est recurrere ad praedictas actiones, aut causalitates.

Retenta igitur nostra explicatione cum P. Vasques 1a parte disp. 88a cap. 6o et 9o. Patre Molina in concordia quaestione 14a articulo 3o disp. 42a Patre Tannero, et aliis dicas ad rationem dubitandi duplex esse genus operandi, alterum causae efficientis, alterum causae finalis. Illud est per actionem productivam, quae est realiter productio effectus, 2um per sui exhibitionem. gratia operans non dicitur talis priori generis, ut bene probat ratio facta; sed posteriori, quatenus per sui finalem exhibitionem causat in nobis excitationes, motiones, et inclinationes, quibus recepta in nobis finaliter excitat illustrando; movet, et inclinat ad bonum inspirando.

Dices si gratia operans esset cogitatio aut inspiratio in nobis producta ante liberum consensum daretur in nobis gratia cooperans ante quam liberae operaremur, contra dicta prius; quia cum sancta cogitatio, et inspiratio sint actus vitales, non fiunt in nobis sine eo quod nos per potentias vitales simul concurramus, et cooperemur. ergo gratia operans esset simul nobiscum cooperans. atque ideo ante liberum consensum daretur gratia cooperans. Respondetur gratiam dici cooperantem in ordine ad operationem quae dicitur nostra, non autem dicitur nostra (communi, et vulgari modo loquendi) quae in nostra potestate non est, sed necessario fuit a potentia; qualis est illa, quam phisice praestamus in actus vitales indeliberatos. hac ratione Divus Thomas 1a 2ae quaestione 1a articulo

culo 2º non quamlibet actionem provenientem ab hoie appellavit humanam, sed illam, quae ab hoie ut hoie; id est ab hoie cum libertate operante. audi eum illae actiones proprie humanae dicuntur quarum homo est dominus, quae ex deliberata voluntate procedunt. et eodem pacto Augustinus illas orationes dixit fieri in nobis sine nobis. non quia sine nobis phisice concurrentibus fiat, ut voluit Vega, sed quia sine nobis libere concurrentibus. sectio 5ª existentia auxilij gratiae operantis, et cooperantis, ostenditur.

Sectio. 5ª
Existentia auxilij gratiae operantis, et cooperantis ostenditur.

Constat ex precedentibus quid sit auxilium gratiae operantis, et cooperantis, et quamvis in explicatione Theologi varient, et non conveniant, ut ibi vidimus, in existentia nemo dissentit nec dissentire potest cum constet non solum ex sanctis patribus, et ratione, sed etiam ex sacra pagina dari auxilium gratiae operantis, et cooperantis, abstrahendo ab eo quod in hoc vel in illo consistat illius conceptus.

Pr 1º ex sacra Scriptura gratia operans salmo 67º Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis. ad filipenses 2º. qui operatur in nobis velle et a cuibus addit Alvares isaiam cape 26º versu 12º. Cooperans vero pr ex 1ª ad corintios 3º non ego (solus, ut Augustinus explicat in secunda ad corintios 6º) sed gratia dei mecum. ex sapientiae 9º mitte illam de caelis sanctis tuis ut mecum sit, et mecum laboret.

Pr 2º ex concilijs. Tridentinum enim sessione 6ª de iustificatione cape 5º utrumque genus gratiae non obscure indicat

indicat his verbis declarat prætera ipsius iustificationis exor
dium in adultis, a Dei per christum iesum prevenienti gratia su
mendum esse; hoc est, ab eius vocatione, quam nullis eorum existen
tibus meritis (vide gratiam operantem, quam diximus a Deo
in nobis sine nobis, et ante liberi, et meritorii consensus) vo
cantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant et cætera eidem
gratiæ libere assentiendo, et cooperando (agnosce iam coopera
ntis gratiæ) disponantur.

(Deinde Arausicanus 2us canone 9°
sic loquitur quoties bona agimus Deus in nobis (operando) atque
nobiscum (cooperando) ut operemur operatur. ac Rursus canone
20 multa in homine fiunt (a Deo operante) quæ non facit homo (qua
les sunt gratiæ auxiliatricæ operantes, quasi in nobis facit
sine nobis) nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet (coo
perando) ut faciat homo. vide etiam concilium Milevitanum cano
ne 4°.

Pr. 3° ex sanctis Patribus 1° ex sancto
Anselmo in illud epistolæ ad Corintios 15° sed gratia Dei mecum.
ubi sic ait, notandum quod superna pietas prius aliquid a
git in nobis sine nobis ut subsequente nostro arbitrio, bo
num, quod appetimus, agat nobiscum; nobiscum agere est cooperari. in
nobis agere sine nobis est operari est vocationis, seu exitationem,
et in 1° est auxilium gratiæ cooperans, et in posteriori operans. -
eadem verba habet sanctus Gregorius Magnus lib° 16 moralium cap
10, et secundum aliam editionem 11.

2° ex sancto Augustino tomo 7°
lib° de gratia, et libero arbitrio cap° 17° cuius hæc sunt.
et quis istam, et si parvam, dare cœperat ad caritatem, nisi
ille qui præparat voluntatem, et cooperando perficit, quod ope
rando incipit, quoniam ipse ut velimus operatur inci
piens

piens, qui volentibus cooperatur perficiens, et rursus, ut ergo velimus, sine nobis libere concurrentibus ut diximus operatur, cum autem volumus, et sic volumus, ut faciamus, nobis cooperatur. vide etiam quae habet lib° 1° ad Simplicianum quaestione 2a ad Philenses 2°, et tractatu in Joannem alibique non semel.

3° ex S.to Bernardo, qui opusculo de gratia, et libero arbitrio sic loquitur ergo Deus tria haec, bonum cogitare, velle, perficere, operatur in nobis. primum profecto sine nobis (operando) 2um nobiscum (cooperando etc.) et faciunt alia quae prius posuerat, nos quae in filium referemus.

4°. ex S.to Prospero lib° 2° de vocatione gentium cap. 9°, alias 26° sic aiente voluntas hominis subiungitur ei (gratiae operanti qua praevenitur) atque coniungitur, quae ad hoc praedictis est exitata praesidiis, ut divino in se cooperanti operi et incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit ad studium.

Denique pr[obatur] ratione, quia per gratiam auxiliatricem operantem solum intelligimus, ut diximus illam quam Deus operatur in nobis ante liberum consensum, seu nobis non libere concurrentibus, per cooperantem vero, quae concurrit nobiscum libere operantibus, seu consentientibus, sed datur haec utraque gratia, ergo datur gratia operans, et cooperans. minorem probo, quia Deus nos praevenit sua gratia exitando, et movendo ad bene operandum. deinde iam exitatos nos adiuvat ad liberum consensum, quando motioni, et exitationi libere consentimus. sed primum fit per gratiam, quam Deus operatur in nobis ante liberum consensum: 2um per gratiam, quae concurrit nobiscum iam libere operantibus. ergo.

Praeterea, quod 1° vocamur, exitemur

temur, et inclinemur ad bonum opus, praesertim entitative supernaturale non est in nostra potestate, cum prius sit vocari, quam respondere, prius excitari, quam consentire; prius inclinari, quam sequi inclinationem. ergo ipsam nostram vocationem internam, ipsam excitationem, et inclinationem ad bonum supernaturale operatur Deus in nobis sine nobis libere concurrentibus. sed vocatio, excitatio, et inclinatio ad bonum supernaturale, quas Deus in nobis operatur sine nobis sunt gratia operans. ergo datur gratia operans. Rursus cum nequeamus opus supernaturale facere per solas vires naturales necesse est, ut Deus conferat vires supernaturales, quae nobiscum ad tale opus concurrant, eiusmodi autem vires sunt gratia cooperans. ergo datur gratia cooperans. ~

Confirmatur sine Deo operante (verba sunt Augustini lib° de gratia, et libero arbitrio cap° 17°, est quae communis doctrina patrum adversus Pelagianos) ut vellimus, et cooperante cum volumus, nihil valemus ad opera pietatis. ergo cum revera plura opera pietatis vellimus, et reipsa prestemus ad illa concurrit utraque gratia; operans videlicet, quae praecedit ut vellimus, et cooperans, quae comitatur cum volumus, et cum opera pietatis prestamus. ~ Sectio 6ta quarta divisio in auxilium gratiae praevenientis, comitantis, et subsequentis. ~

Sectio 6ta

4a divisio in auxilium gratiae praevenientis, comitantis, et subsequentis. ~

Haec divisio notissima est, quamvis illius membra non uno, et eodem modo omnes explicent, nam Pelagiani gratiam

gratiam prevenientem dicunt liberum arbitrium, quod operationem prevenit, et pertinet ad gratiam, seu donum creationis. Subsequentem vero appellant, que consequitur operantem, et quia ipsam gratiam auxiliatricem dicunt conferri propter bonum usum naturalem liberi arbitrij, seu propter bona opera naturalia, ipsam gratiam auxiliatricem appellant coleris, adhuc quam prima est. Catholicus minus est hereticus, est.

Alij gratiam prevenientem credunt illam esse que antecedit iustificationem ad illamque disponit. Subsequentem vero, que vel tentationes, et impedimenta removet, ne â gratia, et iustificatione accepta deturbemur, vel occasionem offert ut bene operemur. in qua sententia videtur fuisse Sanctus Fulgentius quando libro 1° ad Monimum capitulo 11° dixit, prevenit impium ut fiat iustus, subsequitur iustum ne fiat impius: prevenit elisum, ut surgat, subsequitur elevatum ne cadat. nec deerit forsan aliquis qui gratiam prevenientem accipiat de gratia auxiliatrice, que iustificantem antecedit per gratiam subsequentem, de ipsa qua iustificamur.

Pater Suarez libro 3° de auxilijs capitulo 5° Pater Tannerus tomo 2° disputatione 6a de gratia questione 1a dubio 4°, et alij sentiunt gratiam prevenientem esse, que antecedit nostrum liberum consensum, ad illumque excitat, comitantem vero, que comitatur, subsequentem, que supponit gratiam prevenientem. atque ideo dicunt eandem gratiam dici, et esse comitantem respectu operationis, et subsequentem respectu prevenientis.

Quamvis hic posterior modus explandi reliquis facilior sit, aut incongrue dicipose mihi videtur gratiam prevenientem comitantem, et subsequentem appellari facta comparatione ad liberum nostrum consensum, ita ut que illum antecedit excitando, vocando, et inspirando dicatur preveniens, quia illum

illum prevenit, quæ simul cum illo è cooperando, et adiuvando arbitrium dicatur comitans, quia comitatur concensum, quæ denique post illum semel an productum è vel conservando, l. defendendo, l. ad illum confortando ne arbitrium cesset, ab incepto vel opere desistat, et tentationi succumbat, dicatur subsequens quia suum productionem sibiam subsequitur. ~ ~

Unde et rectè ait Valencia tomo 2. disp. 8a. questione 3a. puncto 6o. (et è conforme doctrinæ Sancti Thomæ 1a. 2æ questione 111a. articulo 3o.) denotationes prevenientis, et subsequentis accipiuntur à prioritatibus, et posterioritatibus effectuum gratiæ, seu in ordine ad illos, non vero a prioritate, et posterioritate ipsarum entitatum gratiæ, atque ideo non dicitur gratia subsequens, quia eius entitas è posterior entitate gratiæ prevenientis, et preveniens gratia in sua entitate è prior entitate subsequentis, sed dicitur preveniens, quatenus prevenit operando nostrum liberum concensum, et operatur, prius quam cum arbitrio cooperetur. comitans quatenus comitatur illum, et non prius cooperatur, quam arbitrium operetur, subsequens quatenus operatur subsequenter mad cooperationem si vel una, et eadem entitas gratiæ sit, quæ cum hoc ordine, et succesione operatur sivè diversa. ~ ~

Et hanc fuisse mentem Divi Bernardi mihi persuadeo ex ijs, quæ hoc opusculo de gratia, et libero arbitrio, audi ipsa (gratia) liberum existere arbitrium cum seminat cogitatum, sanat cum immutat affectum, roborat, ut perducat ad actum, servat, ne sentiat defectum, sic autem ista tria opera tur cum arbitrio, ut illud in s. prevenia in cæteris comitetur, effa quasi clarius diceret, dum gratia exitat ad votum seminando cogitatum, è preveniens, quia liberum arbitrij operationes prevenit, dum roborat, et iuvando, et roborando perducit ad actum è comitans, quia cooperatio è simul cum cooperatione, dum autem

autem servat, ne sentiat defectum retrocedendo ab opere, aut tentationi succumbendo, esse subsequens, quia non deficere ab operatione, quam semel habuimus, sed in illa persistere est quia ad illam subsequens.

Et quamvis Sanctus Bernardus preter primum, quod est excitare, reliqua dixit comitantia, non obstat, quia ad distinctionem excitationis, quae ideo antecedit, exercitium libertatis, dixit reliqua comitari operationem nostram liberam, quod non negamus, addimus tamen quod comitari operationem liberam in 1° esse est esse gratiam comitantem, comitari vero eandem in conservari, seu in ordine ad conservationem (quod est servare ne sentiat defectum, ut Bernardus loquitur) est quibus subsequens, et ex eo gratia habet esse subsequentem.

Sectio 1a.

Existentia auxilij gratiae praevenientis, comitantis, et subsequentis ostenditur.

Facile ostendi potest hoc triplex genus gratiae ex sacra scriptura, concilijs, et Sanctis Patribus, quibus non contemnendam rationem etiam adiungimus. Et in primis gratia praeveniens constat ex Psalmo 58°. misericordia eius praeveniet me. Psalmo 20. praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. et Psalmo 78°, cito anticipaverunt nos misericordiae tuae. quod testimonium magnifecit concilium Arausicanum sum siquidem eo utitur, gratia comitans expressa est in Paulo 1a ad Corinthios 15°. non ego autem, sed gratia Dei mecum. gratia vero subsequens habetur Psalmo 22. misericordia tua subsequetur me.

Praevenientem cum comitante coniunxit cum comitante, et subsequente coniunxit Tridentinum

Sessione

sessione sexta de iustificatione capite decimo sexto dicens, cum non ille ipse christus Iesus tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, que virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, nihil clarius, prevenientem cum comitante eadem sessione coniunxerat capite in quiens declarat preterea ipsius iustificationis exordijs in adultis a dei per christum Iesum preveniente gratia sumendum esse et cetera. ut qui per pecata a deo avversi erant per eius adiuvantem (que comitans nessesario est) eidem gratie libere assentiendo, et cooperando. Et rursus de preveniente gratia in fine capitis ait. dei nos gratiâ preveniri confitemur. et canone tertio. Si quis dixerit sine preveniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio (in quo importatur comitantia, et consortium nostre libere cooperationis) hominem credere, sperare, et cetera.

Eadem tria membra tradit Augustinus in enchiridio cap. 37°. ubi sic ait totum debetur deo, qui voluntatem bonam, et preparat (preveniendo) adiuvandam, et adiuvat (cooperando, et comitando) preparatam. Et inferius nolentem prevenit ne velit, volentem subsequitur, ne frustra velit.

Prevenientem vero, et subsequentem alij PP.es copulavunt, audi sanctum Fulgentium. Lib. 1° ad Monimum capite 11° gratia preveniendo misericorditer incipit, subsequendo custodit. prevenit igitur impium ut iustus fiat, subsequitur iustum, ne fiat impius, prevenit cecum, ut lumen, quod non invenit, donet; subsequitur videntem, ut lumen quod continet conservet. prevenit elisum

elisus, ut surgat; subsequitur elevatus ne cadat. quid potui dici aut expressius aut pro re presenti elegantius? —
Eandem coniunxit S.tus Isidorus lib. de spiritualibus differentijs cap. 27.o his verbis, dicit ergo est bonum, quod agimus propter gratiam prevenientem, et subsequentem. et S.tus Gregorius homilia 9.a in Ezequi elem ubi ita loquitur. nos prevenit ut vellimus, subsequitur, ne inaniter vellimus. —
Sed iam rationibus predictam gratiam rone monstremus, et inprimis dari prevenientem sufficiente quamcunque operationem debet precedere prius completum, et proximum ad operandum: ergo ante operationem liberi superna lem precedit prius completum, et proximum: atqui hoc nequit esse solana cum potentia naturalis, nisi preveniatur, et confortetur, aut eleventur a gratia. ergo prevenitur et elevatur. ergo datur gratia preveniens (seu quod idem antecedens) nostram liberam operationem. —
§ Confratur nomine gratie prevenientis intelligimus eam quam deus facit, seu operatur in nobis sine nobis id est ante nostrum liberum consensum. sed datur eiusmodi gratia ergo datur gratia preveniens maior ex dictis nota est minorem probo, quia illustrationes, et cogitationes congruas, quibus ad opera supernalia exitamur, et provocamur, deus operatur in nobis sine nobis, iuxta superius dicta: sed eiusmodi illustrationes, et cogitationes sunt gratia. ergo. —
Probatur etiam de gratia comitante gratia comitans est, que simul concurrit cum nostra libera operatione: sed datur eiusmodi gratia. ergo datur gratia comitans. minorem probo, quia bona opera supernalia, nequimus producere, nisi adiuvemur a gratia (opus enim supernale excedit facultatem, et vires nales) sed adiuvare dicit cooperationem, et cooperationem, simultaneam:
et

et comitantiam. ergo.

Confratur 1. gratia concurrit adiuvando, quando libere operamur opus supernale. 1. non? si 2um. ergo absque adiutorio gratiae sufficientes sumus producere opus supernale (contra Scripturae, concilia, et patres) si 1um ergo gratia illa est comitans. probo consequentiam, quia gratiae comitari, seu esse comitem nihil aliud est, quam quod quando operamur simul ipsa operetur. ad de quod gratia cooperans est comitans, illa datur ergo etc.

Denique pr. de gratia subsequente. per gratiam subsequentem intelligimus illam, quae postquam voluimus bonam operationem efficere facit ne ab hac voluntate, et recto proposito retrocedamus. sed datur eiusmodi gratia ergo etc gratia subsequens. minor pr, quia gratia movet ad continuandum propositum boni operis semel habitum inclinat, et confortat ad resistendum tentationibus, quae occurrere solent; inspirat ad tollenda impedimenta etc.

Sectio 3a in auxilium gratiae sufficientis, et insufficientis.

Sectio. 3a.

5a divisio in auxilium gratiae sufficientis, et insufficientis.

Cuid dicatur sufficere, ultra quod nihil aliud requiritur, ut bene Rebufus lege 54a de verborum significatione, ubi su sufficiant, ita inquiens. Notandum quod cum in aliqua dispositione apponitur verbum sufficit, tunc nihil aliud requiritur, nec aliae personae, l. qualitates, aut actiones, quam expressae. unde si dicatur sufficere aliquem esse in tali etate, non requiritur

tur alia etta. nec minus bene Abbas 1a parte in c. 13 de certaliis numero 3o sic loquens: bene differentia inter sufficere, et proficere; multa enim proficiunt, quae non sufficiunt, et dic quod ultius proficere sonnat ut quoddam adiumentum; ut cum aliquid prodest quoad quid, non autem quoad totum. illud vero dicitur sufficere, quod ad perfectionem actus non indiget alio adminiculo. auxilium sufficiens erit sine quo fieri nequit opus et cum quo potest. i. quod in genere auxilii satis est ad operationem, et sine quo caetera non sunt satis. seu quod tale, ut si conferatur possit nihil ultra desiderari in genere auxilii ad effectum; eo autem deficiente desideretur. econtra vero insufficiens, quod non satis est in genere auxilii ad operationem. i. ultra quod, si conferatur aliquid aliud desideratur in genere auxilii ad effectum, seu operationem.

Ubi nota: me dixisse in genere auxilii nihil debere deficere sufficienti; et debere deficere insufficienti, ut denotarem non esse contra sufficientiam auxilii, quod ei aliquid desit in aliis lineis. aliud enim est, quod potentia sit completa ad operandum, et proxime potens prorrumpere in operationem, aliud auxilium esse completum, atque ideo in genere auxilii sufficiens. ad 1um enim requiritur quod ex requisitis ex parte actus primi ad operationem nihil desit, sive in genere principii, sive in genere conditionis, sive in genere auxilii sive positive sive negative. ad 2um vero non sic, alias esset de ratione auxilii sufficientis esse principium adaequatum operationis (quod est aperte falsum, cum sit concausa, et principium inadaequatum) nec esset quid superadditum potentiae, ut subsidium, sed esset totus actus 1us operationis complectens potentiam, applicationem, remotionem impedimentorum, caeteraque ad operationem quaecumque

que

que rone naria. ~ ~ ~

Cu igitur stet auxilium ee complety et sufficiens ingenere auxilij, tamen si sit priy incompletum, et se solo insufficiens. quemadmodum aia e fra completa et adequata compositi sufficiensque fra, quamvis sit incomple ty priy compositi, et se sola absolute insufficiens illud causare, asserimus adrong auxilij sufficienty soly requi ri, quod vltra illud nihil aliud requiratur ingenere auxilij; quidquid sit amre quiratur aliquid in alio genere, aut linea, atque in hoc ab auxilio insufficienti dystinguitur, quod vltra insufficiens non soly requiritur aliquid in alia linea ad operationes, vlry etiam ingenere, et linea auxilij ~

Unde fit quod si deus conferret quidquid in linea auxilij requiritur ad actus caritatis requa (puta habitus supernales illustrationes, et inspirationes, remotione impedimenti, et mitigatione tentationum) et simul negaret concursy generalis poe vitali volitive, ad operandy, tunc quidquid in hoc auxiliy sufficiens ad acty caritatis, nectamen posset illud producere, quia auxiliy sufficiens non e toty posse sed pars. quemadmody si deus conferret potentie intellective B lumen gloriae, et negaret concursum generalis poe vitali intellective, esset sufficiens lumen ad visionem, sed non sufficiens priy illius, ne que intellectus posset elicere visionem, quia lumen non e toty posse sed pars. ~

Etiam fit quod licet de auxilio insufficienti quod sit sufficiens in aliqua linea, non potest absolute, et simpliciter dici, quod sit sufficiens; nam vt bene Per valencia infra referendus, absolute, et simpliciter sufficiens complectitur oes lineas auxilij requisitas ad operationes vgra lineas auxilij fralis, remotivi, et effectivi, atque ideo

valet

valet ab afirmatione auxilij simpliciter sufficientis, ad affirmationem cuiuslibet particularis requisiti. v.g. datur auxilium sufficiens ad actum caritatis supernalis, et potentia naturalis requirit vincere talis tentationem. ergo Deus illam tollit, aut removet (quod pertinet ad auxilium remotivum) ergo Deus excitat ad illud (quod pertinet ad formale) ergo Deus habet paratum virtutis supernalis productivum (quod pertinet ad auxilium effectivum, seu productivum) et a negatione cuiuslibet ad afirmationem auxilij insufficientis. ratio est clara; quia si omnia genera auxilij requiruntur, et sufficiens debet includere omnia auxilia necessaria, ergo illo afirmato ut toto debent hec afirmari ut partes, alioqui daretur totum sine omnibus partibus, et non valeret a negatione alicuius partis ad negandum totum.

Sed etiam valet ab afirmatione auxilij simpliciter sufficientis cum negatione alicuius determinati ad negandum illum determinatum requisitum ad operationem. patet, quia si, ut dixi, auxilium simpliciter sufficiens includit omnia auxilia necessaria ergo si datur sufficiens, et non includit illud determinatum, illud determinatum non erit necessarium.

Vellem tamen observes Pater Suares libro 3° de auxilijs capite 8° numero 5° Pater Valencia tomo 2° disputatione 8ª questione 3ª puncto 4° parrafo 5° propositione 1ª, et non nullos alios duplex auxilium sufficiens distinguerem aliud proximum immediatum, et in actu, aliud remotum mediatum, et in potentia. auxilium proximum immediatum, et in actu dicunt, quod per se sufficit ad operationem, et nihil aliud desideratur ad agendum: remotum vero mediatum, et in potentia quod licet per se solum non sufficiat ad operationem, sufficit tamen, ut cum eo potentia obtineat ulteriora auxilia, quae requiruntur, quemadmodum, inquit Pater Suares, dici potest omnem iustum habere auxilium sufficiens ad perseverandum in gratia, quia licet non actu habeat illud

speciale

speciale donum, quod ad perseverandum requiritur, hic et tamen idoneum, petat, et faciat quantum in se, quo facto Deus non denegabit illud; cum non deserat eum a quo non deseritur.

Verum hoc auxilium magnum non tamen est dicendum absolute sufficiens ad operationem, quam sufficiens ad obtinendum auxilium sufficiens operationi; quamvis si non dicatur absolute sufficiens, sed male, aut in sua locutio cum ea restrictione tolerari potest, quia satis iam constat de veritate rei et significatione vocis, nec multum scrupulis laborare debemus. Sectio 9a colligenda ex dictis.

Sectio 9a

Colligenda ex dictis.

1° colliges illustrationes, et inspirationes, quibus praecise excitamur, vocamur, et inclinamur, ad actus supernaturales non esse auxilium absolute, et simpliciter sufficiens, sed in una tantum linea. Probatur quia auxilium simpliciter sufficiens complectitur omnia auxilii requisita ad operationem: at ad actus supernaturales non solum requiritur excitatio, sed virtus physice productiva supernaturalis, et non raro remotio impedimenti, frenatio daemonis, et tentationis mitigatio. Parum enim prodest excitari, si deficit virtus supernaturalis productiva ad actus ad quos excitamur, aut si urgeat vehementissima tentatio, cui non valemus resistere.

2° colliges auxilium sufficiens in una tantum linea ex requisitis in genere auxilii, semper esse simpliciter insufficiens. Patet, quia ut sit simpliciter sufficiens satis est, quod simpliciter non includat omnia genera auxiliorum requisita; sed eo ipso, quod sit sufficiens in una

una tantum linea simpliciter non includit omnia genera auxiliorum requisita: ergo.

3.° colliges auxilium idem posse esse sufficiens in uno tempore, aut circunstantijs, et insufficiens in alijs, sufficiens ad unam operationem, et insufficiens ad aliam. patet quia sicut una, et eadem potentia potest esse sufficiens respectu ponderis minoris, et insufficiens respectu ponderis maioris; sufficiens respectu ponderis, ut unum deficiente impedimento, aut resistente; et insufficiens si aliquod eorum vel utrumque adsit; ita idem auxilium potest esse sufficiens non urgente tentatione, aut deficiente impedimento; insufficiens vero si vel tentatio urgeat, aut impedimentum adsit sufficiens ad actum, ut duo, et insufficiens ad actum ut octo.

4.° Colliges auxilium qua sufficiens neque includere, neque importare effectum ad quem sufficit, nec etiam illius negationem. Probatur vero, quia auxilium sufficiens abstrahit ab efficaci, et inefficaci, utrumque illis que commune est (eo modo quo dico inferius) sed non esset utrique conveniens, nec ab illis abstraheret si includeret, aut importaret in suo conceptu effectum, sive negationem effectus: ergo.

Pr. 1.°, quia si auxilium sufficiens includeret, aut importaret operationem in ijs qui non operantur non daretur auxilium sufficiens, quod est contra sacram Scripturam, et inde infferretur non esse homini culpabile, quod non operaretur, aut converteretur, si vero e contra includeret, aut importaret negationem operationis non daretur auxilium sufficiens, in ijs, qui operantur, et convertuntur, quod est manifestissime falsum, nec valeret ab actu, et operatione ad potentiam.

colliges

Colliges, contra nonnullos, quos suo loco inferius referemus, auxilium absolute, et simpliciter sufficiens non clauderet, aut importare influxum, seu actionem phisicam, qua actualiter producatur effectus, ad quem est sufficiens: Pr. 1.o quia auxilium sufficiens est virtus per modum actus primi, siquidem est suplementum virtutis productivae ad opera supernalia, ad quae virtute nati produci nequeunt, non actualis influxus, causalitatis, seu actionis.

Pr. secundo, quia si auxilium sufficiens includeret influxum, seu actionem importaret operationem, ut manifestum est, siquidem nequit intelligi influxus phisicus, aut actio sine termino, at non importaret, ut modo ostensum est, et patet in eo qui non operatur, cum tamen habeat auxilium sufficiens: ergo sic non includit influxum, seu actionem: Confirmatur, quia auxilium sufficiens praecedit actum secundum: ergo praecedit actionem, atque ideo illam non includit, alioqui, vel esset includens antequam daretur inclusum, vel inclusum includeretur, antequam esset, quorum quodlibet importat apertam repugnantiam in terminis.

Pr. 3.o quia si auxilium sufficiens includeret influxum, seu actionem valeret optime a negatione influxus ad negationem auxilii sufficientis, ut manifestum est, valet enim evidenti consequentia a negatione inclusi ad negationem includentis, et a negatione partis ad negationem totius, at qui non valet cum omnibus detur auxilium sufficiens ad conversionem, et salutem consequendam, nec tamen detur influxus in conversionem, aut salutis, siquidem videmus non converti, nec salvari, ut poterint, iuxta Matheum 23.o Isaiam 5.o ad Romanos 2.o, et Apocalipsis septimo.

Pr. 4.o quod auxilium sufficiens ad suum actum liberum sit, aut non sit sufficiens non est in nostra potestate, at est in nostra potestate, quod non sit inclusus, seu

illa actio: ergo actio non includitur in auxilio sufficienti. consequentia patet, quia si includeretur esset in nostra potestate facere, quod non sit sufficiens, cum sit in nostra potestate tollere actionem, sine qua non erit sufficiens, maior ex eo etiam constat, quia ante quam operemur libere habet esse sufficiens, et alioquin Deus non daret ante operationem vires sufficientes ad illam. Praeter quam quod est implicatio in terminis, quod homo operetur libere in actu secundo, et si precederent sufficientia ad operationem. Quod si precessit auxilium sufficiens primam operationem liberam: ergo non includit actionem (ut illam includat ante quam sit) neque in nostra potestate est, quod sit sufficiens, aut non sit.

Dices quamvis dentur omnia quae debentur potentiae nati, ac rursus, quidquid voluerimus in linea auxilii, adhuc nequit dari effectus supernaturalis sine actione: ergo neque auxilium sufficiens. patet consequentia, quia auxilium sufficiens includit omnia sine quibus nequit dari effectus ad quem est auxilium: quod sic urgetur: vel ultra id quod appellamus auxilium sufficiens requiritur actio ad ponendum effectum, vel non? si non? das non requiri actionem, ad ponendum effectum, quod absurdissimum est, et facile posset evidenter convinci. si sum? ergo auxilium, quod appellamus sufficiens non est sufficiens, siquidem ultra illud, aliquid aliud requiritur ad ponendum effectum. similis difficultas inferius occurrit cum disputemus an auxilium eficax requiratur ad operationem ibi eam latius excutiemus.

Nunc respondeo negando consequentiam. ad probationem dico auxilium sufficiens claudere omnia in genere auxilii, sine quibus per modum actus primi nequit dari effectus, non vero omnia ut cumque, seu sine quibus per modum actus secundi.

illa

seu actualis productionis, et exercitij. alias eodem argumento probares pósse proxime potentis, et sufficientem in actu secundo ad actiones, quia sine illa nequit effectus produci. ad urgentiam dic nil requiri in genere auxilij primi actus primi, ultra id quod appellamus auxilium sufficiens; requisitamque primi exercitij, et actus secundi. unde non infertur quod non sit sufficiens propter modo dicta. Sectio 10a existentia auxilij gratiæ sufficientis autoritate pr.

Sectio. 10a

Existentia auxilij gratiæ sufficientis autoritate probatur.

Dari auxilium sufficiens multis modis potest ostendi 1o ex sacra scriptura, 2o ex concilijs 3o ex sanctis Patribus 4o ex ratione (hoc tamen ultimum caput probationis in sectione sequentes remittimus) unde non modo admittendi, sed neque audiendi sunt Calvinus libro 2o institutionum capite 3o (non agnoscens aliud auxilium sufficiens, nisi efficax, et qui allegato Ieronimo Osorio libro 9o de iustitia pagina 2a, et 3a, ac Ioanne Antonio del Rio libro — de iustificatione, inter explandas partitiones gratiæ arbitrantur distinctionem gratiæ in efficacem, et sufficientem esse inutilem, a sacris litteris, concilijs, patribus, et ratione alienam.

Primo igitur ostenditur ex sacra scriptura, nam Isaiæ 5o dicitur habitatores Hierusalem, et viri Iuda iudicate inter me, et vineam meam, quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci de buisset certe amplius aliquid facere si non dedisset auxilium

auxilium sufficiens, facileque ei possent respondere peccatores quomodo non ultra debuisti facere. si opus exigis, et quod sufficiens est ad illud, et requisitum non fecisti? vide, et gratias divis conversiones, et bonas operationes da auxilia sufficientia nam quamdiu illa non dederis, aliquid ultra debes facere ut convertit, et operari possimus hæcque quære leges iustæ sint.

Præterea Apostolus 2a ad corinthios 3°. ait non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. et rursus cap. 13°. sufficit tibi gratia mea, idest gratia mea tibi sufficiens auxilium est, vires quæ tibi tribuit sufficientes ad resistendum tentationi, et dæmonem vincendum.

Item Matheus undecimo ita loquitur væ
» tibi Corozaim, væ tibi bethsaida, quia si in Tiro, et sidone factæ fuissent
» virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim iam in silicio, et sinere
» penitentiam egissent. quasi diceret o durissimi bethsaitæ et Corozaitæ, quibus non solum virtutes, et vires sufficientes meæ gratiæ contuli, ut fieri posset operatio, sed adeo abundantes, ut si [illegible] Tiriis contulissent, procul dubio penitentiam rigidissimam egissent.

Accedit, ut alia loca omittam illud proverbiorum 1°, quia vocavi, et renuistis, extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ridebo. inutilis enim esset vocatio, et nullius fructus extensio manus, si nec vocando, nec manus auxiliatricis extendendo præstaret sufficientes vires ad respondendum vocationi, et cooperandum.

Ostendimus 2° ex conciliis nam Arausicanum 2 canone 25. sic ait hoc etiam secundum fidem catho-
» licam credimus quod accepta per baptismum gratia omnes baptizati

ti Sati, christi auxilianti, et cooperante, quae ad salutem "
pertinent possint, et debeant, si fideliter laborare volu "
erint adimplere. Si ergo Deo auxiliante possunt adimple "
re ergo auxilium est sufficiens, nam sine sufficiente nequeunt,
ut ipsum concilium tradit cap. 19° et canone 9° concordatque
Lateranense sub Inocentio 3°; in capite similiter.

Clarum etiam, et perspicuum est testimonium
Tridentini Sessione 6a de iustificatione cap. 11° ubi sic ait
Deus impossibilia non iubet, sed precipiendo monet, et facere quod "
possis, et petere quod non possis, et adiuvat ut possis. quorum "
cum quae intelliectis, qui autem diligunt eum, ut ipse metestur "
tatur, servant sermones eius. quod utique cum divino auxi
lio prestare possum, et canone 29 Si quis dixerit eum,
qui post baptismum lapsus est non posse per Dei gratiam re=
surgere etc. non autem possent, si auxilium non esset
sufficiens. vide etiam canones 14, et 24, ubi concilium dam
nans asserentes sine ad iutorio gratiae per vires arbitrij
posse hominem (licet dificulter) iuste vivere, et vitam
eternam consequi, denotat cum gratia utique posse atque
ideo gratiam sufficienter auxiliari, et esse auxilium suf
ficiens nostre inbecilitati naturali. unde cap. 14°
dixit, qui ab acepta iustificationis gratia per pecatum
exciderunt, rursus iustificari potherunt cum exitante Deo
etc.

Ostenditur 4° ex Patribus, qui cum
plures sint, non omnes, sed ex illis paucos referemus. sit
1us Stus Augustinus qui lib.° de correptione, et gra
tia cap. 11° ait. est [illegible] in nobis per hanc Dei gratiam "
in bono recipiendo, et perseveranter tenendo, non solum "
posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus. "
et cap.

» et cap. 12° ipsa adiutoria (auxiliatricis gratiae) distin
» guenda sunt, aliud e. adiutorium, sine quo aliquid non fit,
et aliud e. adiutorium quo aliquid fit etc. 1° itaque hoi,
qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat posse non
peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere,
datum e. adiutorium perseverantiae, non quo fieret, ut perseve
raret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non
posse. Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam Dei predestinatos,
non tantum tale adiutorium perseverantiae datur, sed tale, ut
eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono per
severantes ee. non possint, verum etiam, ut per hoc donum
non nisi perseverantes sint. — — — —

2us sit Stus Prosper lib° 2° de
» vocatione gentium cap. 14°, cuius haec sunt, adhibita enim sem
» per e. universis hoibus quaedam supernae mensura doctrinae,
» quae et si parcioris occultioris que gratiae fuit, sufficit tamen, si
» cut dominus iudicavit, quibusdam ad remedium oibus ad tes
» timonium. — — —

3us sit Stus Sirilus lib° de adora
tione, et cultu in spiritu, et veritate ubi sic ait quoniam
hois na. non valde generosa e., neque satis idonea ut malum
effugere queat, simul quodammodo nobiscum certat Deus, et duplex
concedere beneficium videtur, per sua deus admonitionibus, ut
subsidium inveniamus, et fortius illud prestans, quam ut malum
presens, et violentum prevalere possit. — — —

4us sit Stus Hieronimus epis
tola ad Sipriani in hunc m. loquens hoi agrio conditionis
Deo utitur adiutore, et cum illius sit gratiae, quod creatus e.,
illius que misericordiae quod subsistit, et vivit, nihil boni o
peris agere posse absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium,

ut

ut suaz per singula opera gratiaz non negaret. Sectio 2ª id ipsum rationibus confirmatur.

Sectio 2ª

Id ipsum rationibus confirmatur.

1ª e: si non daretur auxilium sufficiens ad operandum operatio non esset libera, sed libere operamur actus supernales, libere adimplemus precepta supernalia, libereque disponimur ad gratiam iustificantem: ergo a deo nobis datur auxilium sufficiens: Maior ex eo patet, quod sine eo quod sufficit ad operationem nequit fieri operatio, et sine sufficienti ad utrumque extremum libertatis nequit dari libertas, cum hec exigat potentiam proximam ad utrumque et deesset potentia proxima ad utrumque si ad utrumque non haberet sufficientiam. consequentia e recta minor probatur tum quia ita ea operamur ut possimus non operari; tum etiam quia non necessario operamur bene.

2ª l. ad ea opera que nostras vires excedunt deus confert seu paratum habet, que debent. l. non excedunt. patet consequentia si 2ª l. ergo confert seu paratum habet auxilium sufficiens. quia per auxilium sufficiens intelligimus ea via que nostras debent quia per auxilium sufficiens intelligimus ea vires excedentia. si 2ª ergo et deus confert ad opera nostras vires excedentia. et deus precipit impossibilia (contra definitionem in Tridentino sessione 6ª de iustificatione canone 18º) patet impossibile e precepta supernalia observari, et executioni mandari per solas nostras vires iuxta illud Joannis 15º sine me nihil potestis facere, et illud concilii Arausicani 2º canone 7º si quis per nature vigorem boni aliquod quod ad salutem pertinet vite eterne cogitare, aut eligere posse confirmat, heretico fallitur spiritu

Spiritu. at Deus non dat, ut ajs auxiliy sufficiens quod de Si deratur. ergo.

3ª Si non daretur auxiliy sufficiens ad vitanda peccata, et opera Supernalia facienda, nec peccare possemus, nec peccando demereremur quod e inserab surdissimy, et dagnatur in Tridentino Sessione 6ª de iustificatione canone 23º. pr Sequi quia ut peccare possimus, et per peccaty demereri opus e quod possimus vitare peccaty: atqui vitare non possumus absque viribus sufficientibus, quales non dantur sine auxilio sufficienti: ergo. unde ulterius infertur non posse holm dagnari propter peccata.

4ª similiter non posset homo salutem consequi, et salvari. Probatur, quia non potest salvari, et Saluty consequi per solas vires naales. ergo si deus non dat supernales auxiliatricis gratie, aut dat quidy, sed non sufficientes non potest vitq eternam, et salutem consequi, cum non possit fieri consequtio a non sufficiente consequi.

5ª Sequeretur contra doctring Apostoli sufficientiq ad opera supernalia ee ex nobis, et non ex deo. pr, quia si deus non dat auxilium sufficiens non dat sufficientiq. ergo sufficientia que datur in nobis ad bona opera supernalia non e ex deo, atque ideo male dixit, non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo e.

6ª non plus possemus facere, quq re ipsa fecimus, et eolenter culpandi non essent, qui non convertuntur, qui non ferventius operantur, qui non resurgunt a peccaty, qui non servant precepta, quo quid absurdius. pr Sequela, quia non plus possumus, quam id ad quod hemus vires sufficientes, non hemus sufficientes ad plus, quam ad id quod

re ipsa

re ipsa facimus, siquidem caremus auxilio sufficienti.
quod debeat dare sufficientes vires ad plus, quam re ip
sa facimus ergo. ~

3a prius deus nos desereret,
quo desereretur a nobis contra Tridentini sessione 6a
de iustificatione cap. 11o expressam definitionem his verbis
Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit,
nisi ab eis prius deseratur. et Sti Augustini lib. de
na, et gratia cap. 26o et lib. ad articulos sibi falso im
positos articulo 5o dicentis, nisi prius deseratur nemi
nem deserit, et multos desertores ad se convertit. Pri,
quia prius esi a deo nobis negari auxilium sufficiens
(quod est ab illo deseri) quam nos deum deserere, cum
deo deseramus quia eum ad deum accedere. sine
auxilio eius non valemus iuxta illud Joannis 6o ne
mo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxe
rit eum, auxilio sufficienti, quod deus non vult confer
re, privamur. Unde perditio nostra non esset ex nobis neque
in deo esset auxilium nostrum contra illud Oseae perditio tua ex te
Israel, tantummodo in me auxilium tuum. praeterea possemus
dicere perdeum abesse quominus convertamur, ad deum
accedamus, et bene operemur, quod vetat Ecclesiasti
cus cap. 15o. ~

8a quia deus monet ut convertamur
Ezechielis 33o convertimini convertimini, et Eccle
siastici 5o, non tardes converti ad dominum deum tuum, et ne
differas de die in diem, et Matthei 11o vocat, et invi
tat ut ad deum veniamus, venite ad me omnes, qui labo
ratis et onerati estis, et ego reficiam vos. ast vana, et ridicu
la esset talis monitio, et invitatio, si non conferret auxi
lium

-lij sufficiens paratij vel heret nam perinde esset ac gratia vi Caecij vt respiceret, et claudij vt ambularet.

9ª gentes, quae non convertuntur nec Deij, quae cognoverunt glorificant sunt inexcusabiles iuxta illud Pauli ad Romanos 1º ita vt sint inexcusabiles, quia cum cognovissent deum, non sicut Deij glorificaverunt: essent autem excusabiles, si non daretur auxilij sufficiens, quod tam ad conversionem quae Dei glorificationis nāiij e. ergo.

Decima Deus ex corde, et animo vult oēs hoēs salvos fieri iuxta Apostolij 1ª ad Thesalonicenses 2º ergo dat. l. parata het oīa, quae nāria sunt, et ipsi ex se non hent nec here possunt. Patet quia quilibet ex animo vult finem, vult ponere media nāria; si aliunde nec supponuntur posita nec poni possunt: alias non esset voluntas ex animo, sed velleitas perinde ac si quij vellet vollare sine alij, et currere sine pedibus. at qui auxilij sufficiens medij nārij ad salvationem neque illud hemus, aut here possumus ex nobij ergo Deus confert.

Multa alia occurrunt quibus idem intentij probare possem, sed tamen, et obiectiones quae fieri possent, precertim ex eo quod non oibus, maxime infantibus, aut non semper et singulij momentij conferat auxilij sufficiens libenter pretermitto, quia specialiter pertinent ad eam partem auxilij sufficientij, quam hoc anno nec suscipimus explandam nec defendendam. Sectio 12ª in auxilium efficax, et inefficax.

Sectio 12ª

Vltima

Ultima divisio in auxilium inefficax, et inefficax.

Huius divisionis membra sunt quae principaliter pertinent ad hunc nostrum laborem quem hoc anno suscipimus perficiendum, et non obscure colliguntur ex Sacra Scriptura clare, ex patribus, et clarissime ex teologis (quidquid gruniant Calvinus, et sequaces porci) ante probationem autem singulorum quidditatem, seu conceptum expendemus. pro quo advertendum multipliciter posse aliquid dici eficax ut notavit Pater Hemelman volumine 1.o disputationis Theologicarum titulo 7.o disputatione 4.a cap.e 2.o sed praetermissis reliquis acceptionibus triplicem cum patre Suarez libro 9.o de auxiliis cap.e 14.o nostro in titutoinserviente retinemus. atque in primis dicitur aliquid eficax quando virtus, et potentia eius est ex se valida in actu 1.o, valde activa, et operosa, etiam si nihil eficiat in actu 2.o; qua ratione apud Galenum, et Hipocratem medicamentum dicitur eficax; apud Ecclesiastem 8.o versu 4.o sermo illius potestate plenum apud Paulum ad Hebreos 4.o sermo Dei dicitur vivus, et eficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, in quo divus Thomas lectione 2.a dicitur verbum eficax propter maximam virtutem, et infinitam vim efectivam, eiusdem que sententiae sunt Sanctus Cirilus alexandrinus epistola 56. et Sanctus Augustinus de gratia, et libero arbitrio cap.e 5.o sic inquiens, ut de caelo vocaretur (Paulus) et tam magna, et eficacissima vocatione converteretur gratia Dei erat sola. et apud Sanctum Atanasium oratione 1.a quae est contra gentiles, dicitur magna sanctae crucis virtute eficacia, iuxta quam acceptionem poterit definiri auxilium eficax

causis, quod in actu 1.º continet ultra vires precisse sufficientes ad operationem peculiarem vim, et energiam. —

2.º quando virtus, et potentia actualiter operantur, et in actu 2.º efficiunt. unde sumitur efficacia pro eficiencia, et in hac acceptione idem valet esse eficax, et esse eficiens utrumque quod constituitur causalitate, et actione tanquam forma, hac ratione accepit voce eficax S.tus Thomas in 3.º distinctione 19.ª questione 2.ª articulo primo questionem 1.º sic loquens Christus satisfecit pro tota humana natura sufficienter non tamen eficaciter, et distinctione 19.ª Passio christi quantum ad sufficientiam potest delere pecata ante quam fiant, sed eficacia non est, nisi posquam aliquis a pecato commisso abluitur; sicut medicina sufficiens ad sanandum, paratur interdum ante quam aliquis infirmetur, sed non sanatur per ipsam actu, nisi posquam infirmus fuerit. — — — —

Alcuinus in salmo 118.º dicens fecisti me cupidum Mandatorum tuorum fac eficasem, id est eficientem, et S.tus Augustinus lib.º 2.º de pecatorum meritis, et remissione cap.º 5.º, poterit que definiri sic auxilium eficax est, quod actualiter operatur, seu actu efficit operationem. —

3.º quando scilicet infert scilicet sibi infalibiliter asociat operationem, non quia per illam ut eficientis absolutum illius constituatur, nec quia sit formaliter eficiens: sed quia illa posita cum ipsis, que precedunt actualem operationem absolutam infalibiliter ponetur ipsa operatio. an autem sit per conexionem intrinsecam entitatis auxilii cum operatione, an per Phisicam predeterminationem, an per subordinationem ad scientiam mediam scilicet constitutionem circunstantiarum etta.? constabit ex infra dicendis. poterit ultimo definiri sic auxilium

y eficaxé quod sibi infalibiliter asociat operationem.

Et huic triplici eficacitati triplex respondet inesficacitas, triplexque eficacitatis negatio. 1ª genus auxilij inesficacis, quod in actu 1º continet vires precisse sufficientes, l. saltem non exsuberantes nec peculiarem vim, et energiam vltra sufficientem. 2ª, quod actu non operatur nec in actu 2º eficit operationem. 3ª, quod non infert infalibiliter operationem, nec illam sibi infalibiliter asociat.

Vnde colliges eficaciam primi auxilij posse componi cum negatione efectus, non vero efficaciam 2ᵃᵐ autem nequaquam possit eficacia tertij componi cum negatione efectus dicturi sumus inferius. Pr 1ª, quia stat vires auxilij esse abundantes in se, et non congruere voluntati, quæ plus resistit, quam opus erat vt auxilij sortiretur efectum. deinde non repugnat componi oppositum cum illis precissè viribus quæ licet abundantes sint non necessitant voluntatem. 3º quia habens habitum caritatis, aut fidei intensissimum, het in actu 1º vires abundantissimas, et tamen cum illo componi potest compositum, imo et de facto componitur.

Pr 2ª. eficacia 2ⁱ auxilij importat actualem operationem: sed nequit cum actuali operatione componi negatio illius. ergo nequit cum eficacia 2ⁱ auxilij componi negatio operationis. maior constat ex definitione. minor est manifesta. consequentia probo, quia eo ipso quod componatur negatio cum importantes actualem operationem componitur cum actuali operatione, quod sic vrgetur. da componi negationem operationis cum eficacia auxilij in 2ª acceptione, et tunc peto an auxilium heat operationem l. non? si 1ª? ergo eodem tempore concurrunt operatio, et negatio operationis? si 2ª

ergo

ergo si é auxilium in 2.ª acceptione efficax, cum actualiter non operetur, neq. indicat effectum, contra suppositionem, l. dari actualiter producere effectum, et non dari effectum, quod é manifesta implicatio. —

Unde ulterius fit valere optime a negatione effectus ad negationem efficaciæ auxilij in 2.ª acceptione, non vero ad negationem efficaciæ auxilij in 1.ª. item ab affirmatione efficaciæ auxilij in 2.ª acceptione ad affirmationem operationis; secus autem ab affirmatione efficaciæ auxilij in 1.ª ad operationem. quorum ratio é, quia non valet ab affirmatione unius ad affirmationem alterius, cum cuius opposito componi potest et componitur, valet vero ab affirmatione unius ad affirmationem alterius, cum cuius opposito nequit componi. item valet a negatione unius ad negationem alterius illud necessario exigentis, non vero valet a negatione unius ad negationem alterius illud non exigentis nec sibi associantis. —

Denique insistitur 1.º, et 2.º efficaciæ posse esse prævenientem rationem operationis absolute existentis, non vero 2.º: atque ideo 1.º, et 2.º auxilium potest dici efficax in actu 1.º; secundum vero appellari debet efficax in actu 2.º. Sed de his satis. multa alia, quæ circa constitutionem efficaciæ desiderari possunt abunde trademus in sequentibus. — sectio 13.ª existentia auxilij efficacis, et inefficacis authoritate ostenditur. —

Sectio. 13.ª

Existentia auxilij efficacis, et inefficacis authoritate ostenditur. —

Non difficile erit monstrare ex Sacra scriptura, et Patribus dari auxilia efficacia, et inefficacia, prout

ut efficatia importat operationem ; —, et inefficacia operatio=
nis negationem. pro ut illam sortiuntur effectus, impetrant, seu
extorquent consensus, hæc vero non, sed intente frauduntur,
et sine effectu sunt. nam de 1º genere auxilii efficacis sa=
tis constat ex ecclesiaste, Paulo, Sto Sirilo Sto Atanacio,
et Sto Thoma sectione præcedenti sitatis. — — —

Auxilium igitur efficax habetur Exequi=
elis 36º Spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in
præceptis meis ambuletis, et operemini. ad filipenses 2º Deus
est qui operatur in nobis velle, et perficere. ad Roma=
nos 8º, quos vocavit hos et iustificavit, et alibi his qui
secundum propositum vocati sunt sancti, Joannis 6º omnis qui
audit a patre, et didicit venit ad me, et iterum, nemo po=
test venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit
eum. addi quæ possent ea testimonia, quibus ostendimus
dari auxilium gratiæ cooperantis, semper enim gratia coope=
rans efficax est. — — — —

Inefficax autem (licet sufficiens) ha=
betur Isaiæ 5º quid est, quod ultra debui facere vineæ meæ, et
non feci? an quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit la=
bruscas? cum Deus fecit omnia, quæ debuit, ut vinea eius
faceret uvas; hoc est, dedit populo suo auxilia necessaria, et
sufficientia ad facienda bona opera, et fecit non uvas,
sed Labruscas, hoc est non bona opera sed mala atque
ideo auxilia fuerunt sine effectu. — — —

Deinde Mathei 11º væ tibi cora=
zaim, væ tibi vethsaida quia si in Tiro et Sidone facta
fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, iam olim in ci=
licio, et cinere pænitentiam egissent, cum haberent
corazaitæ, et Bethsaitæ necessaria, et sufficientia ad pæni=
tentiam

tentiæ agendæ frustra tamen, et sine effectu, quem haberent re
ipsa, si Tyris, et Sidonijs collata fuissent. — — —

Propterea idem Matheus cap. 23.
" Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas
" eos, qui ad te missi sunt, toties volui congregare filios
" tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,
" et noluisti. item Isaiæ 65°. expandi manus meas (idē mei
auxilij) tota die ad populum incredulum, idē credere
nolentem. —

Attendas actores 7°. vos spiritui sanc
to (idē gratiæ illius) resistitis. et vestra resistentia fa
citis ne effectum sortiatur. mitto illud Ioannis 19° non po
teram credere, et illud Ecclesiastici 7°. considera opera
dei, quod nemo possit corrigere, quæ ille despexerit, et
illud Ioannis 12° propterea non poterant credere, quia i
terum dixit isaias excæcavit oculos eorum, et induravit
vit cor eorum. quæ intelligenda sunt de habentibus auxi
lium inefficax, et in sensu composito cum illo. — — —

Ex concilijs etiam constat utrum
que auxilium, nam eficax, clare habetur ubi traditur auxilium
cooperans. vide Tridentinum sessione 6ª de iustifica
tione cap. 5°, et Arausicanum 2° canone 9°, et 20°, quo
rum verba supra retulimus, et non nulla alia inferius proba
bimus, neque enim ubique repetenda sunt quamvis locum
habeant. — — — — — —

Nec minus perspicue S.ti PP.es tradide
re, etenim S.tus Augustinus acute, et Theologice lib°
de predestinatione sanctorum cap. 16°. ita loquitur, vocat deus pre
destinatos multos filios suos, ut eos faciat membra predesti
nati unici filij sui, non ea vocatione, qua vocati sunt,

quinoluerunt

qui noluerunt venire (auxilio scilicet inefficaci) eâ-
quippe vocatione, et iudei vocati sunt, quibus christus cru-
xifixus scandalum est, et gentibus, quibus christus stultitia
est. Illa vocatione (eficaci scilicet) predestinatos vocat,
quam dixit Apostolus 1ª ad Corinthios 1º dicens, ipsis
vocatis Iudeis, et grecis predicare se christum, dei virtutem
et dei sapientiam etta. sciens esse quandam vocationem eorum,
qui secundum propositum vocati sunt, quos prescivit, et predes-
tinavit conformes fieri imaginis filii sui; et libº de cor-
rectione et gratia capt. undecimo talem quippe erat adiu- "
torium quod deseret cum vellet, et in quo permaneret, si vellet, "
non quo fieret, ut vellet, (et colanter non eficax) hoc est 1ª gra "
tia, que data est 1º Adam, sed hec posterior (id est eficax) "
est in 2º Adam. 1ª est enim, qua fit ut habeat homo iustitiam, "
si vellet, 2ª ergo plus potest, qua etiam fit ut vellit. vide "
etiam caput 12um. Rursus libº 1º Ad simplicianum questio=
ne 2ª ait, ad alios vocatio quidem pervenit, sed quia talis "
fuit, qua movi illi non possent (atque ideo erat ineficax) voca "
ri quidem dici potuerunt, sed non electi (quia electi habent "
auxilium eficax) et libº de predestinatione, et gratia capte 15º
utrumque auxilium agnoscit; eficax in Nabucodonosore;
ineficax in faraone. vide etiam epistolam 107. ——
Deinde. Sanctus Sinibus libº de ad-
latione, et culto in spiritu, et veritate sic loquitur non so- "
lis illis nos stimulat, et ad hortationibus menti inenarrabilis, "
ut dicedamus apeccato; sed tantam benignitatis nobis etiam "
exhibet universorum salvator deus, ut eficaci subsidio "
ad iuvet. ecce condistinguit duo subsidia, seu auxilia, "
alterum eficax alterum non eficax, seu ineficax, et paucis
interiectis simul quoddammodo nobiscum certat deus, et duplex
concedere-

concedere beneficium videtur, persuadens admonitionibus, ut subsidium inveniamus, et fortius illud prestans, quam ut mali presens, et violenti prevalere ullo tempore possit.

(Denique ut alios PPes sileamus. S^tus Prosper libro 1° de vocatione gentium capite mihi 17°. sic
" scribit adhibita semper é universis hoibus quedam superne
" mensura doctrine, que et si partioris occultiorisque gratie fuit,
" sufficit tamen, sicut dominus iudicavit, quibusdam ad reme
" diy (quia cum fuerit efficax re ipsa, et cum effectu contulit
" remedij) oibus ad testimonium. quia licet non fuerit effi
cax testatum oibus sit sufficientes vires, quibus si vellent
" salvari potuissent contulisse. et cap^le 29° sicut autem circa
" maiores preter illam generalem gratie partius, atque ocul
" tius oiis hoiis corda pulsantem, excellentiore opere, et largiore
" munere potentiore virtute, vocatio specialis excercetur. em
distinguit gratiam parce collatam, et generalis, que cum extenditur ad oes, et non in oibus heat effectus non é efficax; et potentius ac specialis eorum scilicet qui operantur, atque ideo é efficax. sectio 14^a. rones pro eodem asumpto proponuntur.

Sectio 14^a.

Rationes pro eodem asumpto proponuntur.

Pr 1° rone: deus dat oibus auxilium sufficiens, hoc é quo salvari potuerunt si bene utantur, ut certum é, et contra errores Armachani libro 9° de questionibus Armenorum questione 27^a ostendit Vasques 1a parte disp^e 97^a cap^le 1°. et 2°; docet S^tus Thomas 3^a parte questione 86^a articulo 1° definit Tridentinus sessione 6^a de iustificatione tam cap^le 11° quam in canonibus constat que ex-

â nobis dictis

à nobis in superioribus, sed non in omnibus eiusmodi auxilium est eficax, sed in aliquibus, siquidem in aliis sortitur effectum impetrando, et obtinendo consensum, secus vero in aliis, ut clarum est in illis, qui nec poenitentiam agunt, nec salvantur. ergo in aliis est eficax, in aliis inefficax, atque ideo datur utrumque genus auxilii.

2º Si non esset duplex illud genus auxilii eficacis, et inefficacis unum ex duobus sequeretur, nempe aut omnes qui vocantur esse convertendos, aut nullum ex vocatis, qui non convertuntur potuisse converti. quorum quodlibet est absurdissimum probatur sequela; nam si haberent auxilium eficax convertterentur; si potuerunt converti, et non converterunt habuerunt auxilium sufficiens, sed inefficax: ergo si non datur utriusque genus auxilii omnes qui vocantur convertterentur, aut nullus ex vocatis, qui non convertuntur posset converti.

3º Si non daretur auxilium inefficax non tribueretur culpae quod homo non operetur, aut peccet. probatur quia vel quando homo peccat habet auxilium necessarium ad non peccandum, vel non. Si dicas 2um, ergo non tribuitur culpae siquidem non potuit non peccare, et ut tribueretur debebat posse non peccare, et habere auxilium necessarium ad non peccandum. si dicas 1um. iam das auxilium inefficax, illud videlicet quod concedis dari absque eo quod sortiatur effectum.

4º Sequeretur non posse hominem plura opera supernalia facere, quam quae re ipsa facit, quod dici nequit. probatur quia si non est auxilium ex parte actus eficax, auxilium eficax requireretur ex parte actus ad operandum, cum requiratur auxilium, et non sit aliud nisi eficax. ergo cum non detur eiusmodi auxilium ad plura opera, quam ad ea quae re ipsa fiunt alias convinceretur

retur inefficax) non posse hoes plura opera supernalia facere, quæ quæ vel ipsa fecit.

5º non posset ho resistere, et dissentire deo excitanti, et interno auxilio vocanti. Contra de fide in tri dentino suo loco inferius referendo. pr quia si posset resistere, et dissentire. posset cum vocatione eficaci componere dissensum, hoc autem implicat; nam componere dissensum cum consensu; siquidem vocatio eficax cum qua dissensus componeretur, importat consensum. ergo ne hoc dicatur, quod absurdissimum est, debemus fateri dari auxilium inefficax, hoc est cui non repugnet oppositum, et careat effectu.

6º iniustè puniretur ho pro ijs quæ debebat facere et omisit. pr, quia iuste respondere posset se ea omisisse, quia deus non dedit necessaria ad impletionem; siquidem necessarium erat auxilium, et nullum dedit. non eficax, nam ubi non est efectus, esse nequit auxilium eficax (loquimur ut notavi supra, de eficacia quæ secum importat, aut infert operationem.) non inefficax quoniam hoc negatur.

Unde ulterius deduceretur iniuste deum queri quod hoes vocati non respondeant, et veniant, quod inspirati non recipiscant, et pravam suæ conversationem deserant, quod audientes contiones, et piorum consilia atque exortationes non crescant in fervorem, quoniam si ea omnia non prestant certe est, quia carent auxilio suficienti cum careant eficaci ut manifestum est, et non sit aliud, quod presumunt posse: alias esset inefficax, et sine efectu, quod nemini concedere. multa alia de industria pretermitto, quia infra ponenda sunt cum disputiamus an auxilium eficax requiratur ad opera supernalia exercenda. questio 3ª. an singulæ species predictarum divisionum distinguantur realiter

a singulis

Quæstio. 5.a

An singulæ species prædictarum divisionum distinguantur realiter a singulis.

Sectio 1.a

An distinguantur realiter auxilium excitans, et adiuvans.

Consulto prætermittimus gratiæ positivæ, et remotivam, quoniam ex dictis quæstione præcedenti sectione 1.a, liquido constat qua ratione distinguantur. Solet esse difficultas de gratia excitante, et adiuvante. Solet esse difficultas an, et qua ratione differant inter se, et videtur dicendum quod distinguantur realiter. nam auxilium gratiæ excitans est præveniens; adiuvans vero est comitans, præveniens excitando, sed non prævenit adiuvando; alias ante quam operaremur, operaretur in actu 2.o effectum; quod est effectum fieri independenter â nostra libertate.

Deinde auxilium excitans potest dari realiter sine adiuvante. ergo auxilium excitans realiter distinguitur ab adiuvante. patet consequentia, quia ea distinguuntur realiter, quorum unum potest esse realiter sine alio. antecedens vero probo; quia sæpe excitamur, et non adiuvamur, quoniam ad plura excitamur per gratiam, ad quæ quia dissentimus, et operari nolumus, non adiuvamur a gratia. ergo tunc stat auxilium gratiæ excitans sine

sine adiuvante.

3.º quia auxilium gratiae adiuvans consistit in influxu physico, secundum aliquos, quo Deus actualiter nobiscum concurrens ad opera supernalia nos adiuvat, vel saltem illum importat, et connotat; auxilium vero gratiae excitans consistit in illustrationibus, et inspirationibus, quae a predicto influxu distinguuntur realiter, nec illum important: ergo auxilium gratiae excitans realiter distinguitur ab adiuvante.

Defendunt recentiores cum Andrea de Vega lib. 6º in tridentinum cap. 6º partem affirmativam tenent propter ultimam rationem. contra quos alii sequuntur negativam. ego aliquid utrique sententiae dabo, quia utraque claudit aliquid veritatis. Dico 1º in favorem 2ae sententiae. stare potest quod gratia quae est excitans eadem sit, et adiuvans cumque ideo gratia excitans, et adiuvans aliquando non distinguuntur realiter: Probatur, quia quando nostra voluntas consentit vocationi, et excitationi ab illis adiuvatur, siquidem maxime iuvatur voluntas si tempore operationis durent illustrationes, et vocationes, immo languesceret, si cessent: ergo gratia excitans simul erit adiubans.

Confirmatur 1º, quia quae movent ad operandum adiuvant executioni operationis, et ad illam perficiendam magni sunt iubaminis: sed gratia excitans movet ad operandum: ergo adiuvat voluntatem ad executionem. ergo est gratia adiuvans. Confirmatur 2º. vel quando operatur voluntas conducit ad operationem, quod durent proposita motiva per illustrationes, et gratiae excitantem, quae causa fuerunt ut inchoaretur operatio vel non? hoc 2um quis dicat? non enim minus conducunt motiva proposita ad executionem, et persistentiam operis si eadem vi durent proposita

ta, quam ad terminationes operationis, cum 1° proposita sunt ut ipsa experientia cuique probat. ergo dicendus est. sed conducere et adiuvare quando conducere est in actu 2°. ergo gratia exitans, quae motiva proponit est adiuvans quando operamur. —

Dico 2° in favorem istius sententiae: non omnis gratia adiuvans est exitans, atque ideo gratia exitans distinguitur realiter ab aliqua adiuvante. ita etiam Valencia 1a, 2ae disp. 8a quaestione 3a puncto 2° parrafo 2° Suarez lib. 3° de auxiliis cap. 4° Lorca 1a 2ae tomo 2° disp. 18a de gratia. probatur, quia virtus omnipotentiae, qua phisice nobis cum influens in actus supernales, et item habitus supernales, habent rationem auxilii phisice adiuvantis, non autem habent rationem gratiae exitantis: ergo non omnis gratia adiuvans est exitans. —

Confirmatur 1°, quia auxilium gratiae remotivum habet rationem adiuvantis cum maximum iuvamen sit removere tentationes, abigere contrarium, et tollere impedimenta. ergo cum non habeat rationem gratiae exitantis non omnis gratia adiuvans est exitans. Confirmatur 2° quia auxilium formaliter exitans (de hoc enim loquimur non de exitante efficiente, seu de efficiente exitationis formalem, qualis est Deus, seu habitus supernalis qui producit illustrationes) non concurrit phisice influendo sed moraliter ad auxilium quo Deus concurrit phisice influendo nos adiuvat ergo non omne auxilium adiuvans est exitans. — — —

Dico 3° semper gratia exitans est in actu 1° adiuvans; at non semper adiuvans est, [illegible] actu 1°, exitans. probatur quia semper gratia exitans potest de se adiuvare ad operationem, si non stet per nos cominus illi consentiamus, et cooperemur. atqui plures gratiae adiuvantes non possunt formaliter exitare, ut manifestum est de principiis

sipsis supernalibus, sive per modum habitus, sive per modum post quibus ad opera supernalia phisice adiuvamur. ergo semper gratia excitans est in actu 1° adiuvans; non vero vicissim vel sa adiuvans est in actu primo semper est excitans.

Dixi excitantem semper esse in actu 1° adiuvantem, et non dixi esse adiuvantem in actu 2°, quia excitantes saepe non obtinent consensum nostrae voluntatis, atque ideo cum voluntas non operetur non adiuvat illam gratia in actu 2°, ut adiuvare poterat, et ut de facto adiuvaret in actu 2° si voluntas operaretur in actu 2°.

Hinc 1° fit gratiae excitantis ut sic, seu qua ~~necessitate~~ excitans non excludere rationem, et conceptum gratiae adiuvantis, potius illum includere in actu 1°, quia nequit excogitari gratia excitans, quae in actu 1° non sit potens adiuvare, cum excitare quando operamur, sit iuvare. unde valet; est gratia excitans. ergo in actu 1° adiuvans; esto non valeat; est in actu 1° adiuvans. ergo excitans.
2° fit latius patere gratiam adiuvantis, quam excitantem, cum omnis excitans sit in actu 1° adiuvans, non tamen omnis adiuvans in actu 1° sit excitans, quod valde notari debet pro multis difficultatibus in decursu huius materiae atingendis. saepe enim confusio decisionis nascitur ex non perquenta verae distinctione.
sectio 2a. difficultates initio sectionis praecedentis propositae expediuntur.

Sectio 2a.

Difficultates initio sectionis praecedentis propositae expediuntur.

Iam ad rationes dubitandi, quas supra proposuimus facile erit respondere. neg. ad 1am dicendum est auxilium excitans esse quidem praeveniens, negamus vero quod

quod adiuvans sumptum in actu 1°, seu secundus actus eius, non sit eius preveniens. nam antequam operemur, et independenter a nostra libera cooperatione habet auxilium exitans posse adiuvare, atque ideo esse adiuvans in actu 1°.

Aliud est loqui de auxilio ut adiuvante in actu 2°, nam sic non est preveniens, ut bene ibi dicebatur, sed comitans, quamvis sit preveniens, ut in actu 2° exitans. Caeterum hoc non probat distingui realiter ipsa auxilia, sed actus 2os eorum, aut quod idem est, solum probat, quod auxilium prius exerceat actum effectum formalem exitandi, quam adiuvandi; non quod auxilium exitans, seu quod exercet prius exitationem sit distinctum ab eo quod postea adiuvat voluntatem, et ei exercet adiutorium. etenim siquis contenderet distingui realiter causam, quae potest operari, ab ea, quae actu operatur, ex eo, quod causa ut potens est preveniens operationem, et ut actu operans est non preveniens sed comitans; certe id inepte colligeret; quia licet ut dat posse sit preveniens, et ut actu operatur non sit preveniens, eadem nihilominus est, quae utrumque prestat, alterum prius, et antecedenter, alterum posterius, et concomitanter. sic gratia exitans eadem est quae prius exercet exitationem, et post comitanter ad operationem adiuvat voluntatem.

Ad 2am distinguo sic antecedens: auxilium exitans potest dari realiter sine adiuvante in actu 1°, seu sine quod deinde adiuvans est nego antecedens; potest dari realiter sine adiuvante in actu 2°, clarius, sine eo quod in actu 2° adiuvet concedo antecedens, et nego consequentiam. ad distinctionem enim realem utriusque auxilii non satis est quod actus 2us exitantis distinguatur realiter ab actu 2° auxilii ut adiuvantis, nam idem auxilium potest habere plures actus secundos

realiter

realiter distincta, alterum prius, alterum posterius, ut videre est in forma quae prius exhibetur per unionem composito, et deinde in illo operatur efficienter. Sic auxilium excitat exhibendo se prius intellectui, et voluntati; deinde adiuvat easdem ad operationes. Unde non est dicendum ut in argumento dicitur, potest dari auxilium excitans sine adiuvante, sed potest dari auxilium exercens officium excitandi; quin exerceat officium adiuvandi: ~~~ast hoc, ut manifestum est, concludit distingui ipsa exercitia, et causalitates, non propria, seu auxilia, et tollit aequivocationes. perque patet ad reliqua in argumento tacta.

Ad 3um fateor esse non nullos recentiores, qui admittant, et doceant ans, caeterum id non iure concedi ~~ut prius~~ multis mihi persuadeo, 1° quia influxus causae efficientis est causalitas adiuvantis non adiuvans: ergo influxus causae efficientis nequit habere rationes auxilii adiuvantis, sed causalitatis auxilii adiuvantis, et ut sic loquar adiuvationis. 2° quia conceptus adiuvantis est conceptus principii partialis; influxus non est conceptus principii partialis sed causalitatis principii. ergo 3° quia id adiuvat, quod exercet vires, et est suplementum virtutis quae deerat causae in actu 1°, sed influxus ille phisicus non exercet vires sed aliud per illum suas exercet; nec suplet defectum virtutis sed est exercitium suplentis. ergo. 4° quia causae naturali considerate in actu 1° non solum deest influxus seu actio ad opera supernalia, sed comprincipium supernale quod adiuvet. ergo independenter a predicto influxu, seu actione, datur gratia, quae exercendo predictum influxum adiuvet, atque ideo dabitur gratia adiuvans distincta ab influxu de qua dubitari potest an distinguatur ab excitante. 5° quia sive predictus influxus sit gratia adiuvans sive

sive non gratia exitans, et princ. supernale, a quo manat ille influxus vlte adiuvat, quando volun-tas operatur: ergo gratia exitans, et princ. illud super-nale hent rong auxilij adiuvantis, atque ideo frus-tra requiritur ad influxum tanquam ad unicum auxi-liu adiuvans, ut inferatur distinctio realis a gratia exitante. — — —

Dices ca in actu 2° operans non distinguitur ab actione, cum cam agere, et dari actio nisi idem sit. ergo gratia adiuvans in actu 2° nihil aliud erit quam actio. Respondetur negando ans; ca enim in actu 2° non est ipsum agere nec actio, sed id quod agit, et quod su-as vires exercet, et quasi applicat per actionem; sicut ex-tremu in actu 2° unitum non est ipsa unio sed id quod termi-nans unionem. — —

Pro quo nota cam in actu 2°, et ac-tu 2ij causae duo ee diversissima nam ca in actu 2° est entitas causae dei se diffundens actionem seu causalitatem; actus vero 2us causae est ipsa actio, seu causalitas, quae diffunditur, et profluit ab entitate causae. sectio 3a an distinguantur reali-ter auxilium operans, et cooperans. — — — —.

Sectio 3a

An distinguantur realiter auxilium operans, et cooperans.

Esse idem docet Per Molina in con-cordia 14a articulo tertio disp. 42a Paragrapho primo. + Per Tannerus tomo 2° disp. 6a de gratia questione 1a dubio 4°; Suarez lib° 9° de auxilijs cap. 4° a numero 11, et cap. 6° numero

numero 8° Ripolis intractatu de predefinitionibus, et predeterminationibus lib° 2° questione 1ª ubi subnoto quod prose allegans Medina, et Vanes idemque senserunt alij non pauci, esse vero diversum unum ab alio censerunt alij ut Belarminus lib° 1° de gratia, et libero arbitrio capl. 14°, et ij qui gratiam operantem dicunt esse illustrationes divinas, et sanctas inspirationes; cooperantem vero, l. habitus infusos, l. dei omnipotentia nobisque ad opera supernalia concurrentis. ac etiam illi recentiores, qui gratiam operantis docent esse actione qua producitur gratia excitans; cooperantis vero esse actione qua cum arbitrio concurrit deus ad operationem. quibus forsam addet eos aliquis qui cum Soto questione precedenti sectione 3ª citato docent gratiam operantem esse, qua a malo avertimur, cooperantem vero, qua in bonum proficimus, siquidem una importat mere negationem, altera positivam operationem. — — —

Ego 1° existimo cum 1ª sententia auxilium operans non eo ipso quod tale sit distingui realiter a cooperante, sed optime stare posse quod idem numero sit prius operans, et deinde cooperans. probatur quia divine illustrationes, et inspirationes habent rationem gratie operantis ut preveniunt liberi consensum; et eedem, ut arbitrium adiuvant simulque concurrunt ad consensum habent rationem cooperantis. ergo non eo ipso quod auxilium sit operans, distinguitur realiter a cooperante, sed stare, et concurrere potest in eadem entitate utique concepta: quo videtur respexisse Sanctus Gregorius quando lib° 16° moralium capl. duodecimo dixit; — Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis (movendo, et inclinando) ut subsequente libero arbitrio bonum, quod iam appetimus, agat nobiscum. — — —

confirmatur

Confratur quia auxiliũ ex eo dicitur, aut vero dicitur cooperans, quod arbitriũ simul concurrat cũ illo ad effectũ: sed stare potest, quod cũ ~~ab~~ auxilio operante arbitrium simul concurrat ad effectum: ergo stare potest, quod auxiliũ operans sit cooperans. minorẽ probo quia stare potest quod arbitrium consentiat vocationi, seu auxilio operanti; at consentire vocationi ẽ simul cũ illa concurrere, seu illi ad effectũ cooperari. ergo stare potest quod cũ auxilio operante arbitriũ simul concurrat.

Existimo 2° semper auxiliũ operans eẽ in actu 1° cooperans. pr quia semper auxiliũ operans tale ẽ ut possit simul cum arbitrio concurrere ad lib. eiũ operationẽ (quis enim dicat eo ipso separare auxiliũ ab operatione, quod arbitriũ illi consentiens vellit operari?) sed eo ipso ẽ in actu 1° cooperans ergo. minorem probo: quia sicut actu eẽ cooperans ẽ simul cum arbitrio concurrere ad liberã operationẽ ita ẽ in actu 1° cooperans ẽ posse simul cum arbitrio concurrere ad eandẽ operationẽ.

Existimo 3° auxiliũ eẽ operans realiter distingui ab hoc quod ẽ eẽ cooperans. patet quia potest dari quod sit operans quin dicatur eẽ cooperans, cum ~~de~~ pẽ sit in nobis operans et dissentiente seu resistente arbitrio vocationi, et excitationi desit cooperatio, sed ea distinguntur realiter, quorũ unũ potest eẽ realiter sine alio ergo. subtiliter tamem adverte me non dixisse auxiliũ operans, seu quod ẽ operans, distingui realiter a cooperante seu ab eo quod cooperans ẽ, nam hoc esset distinguere ipsas entitates auxilij: sed dixisse distingui realiter hoc quod ẽ auxiliũ eẽ operans ab hoc quod ẽ eẽ cooperans, et hoc non ẽ distingui realiter ipsas entitates auxilij, sed causalitates, seu actus secundos. non se-

cus.

causae si diceres cā quę ē in actu 1° licet non distinguatur realiter a cā eadem quando ē in actu 2°, at quod sit in actu 1° realiter distinguitur ab hoc quod sit in actu 2°.

Existimo 4° non ōe auxilium operans ēe realiter idem cum ōi cooperante. pr quia auxilium excitans internum (quales sunt illustrationes, et inspirationes) non ē idem realiter cum remotione impedimenti ablatione tentationis, compressione inimici, nec cum divina omnipotentia supernaturaliter nobiscum phisice concurrente ad productionem actuum supernaliū, sed tam remotiones impedimenti, et tentationis, quam divina omnipotentia nobiscum prędicto modo concurrant, hent rōnem auxilii cooperantis. ergo non ōe auxilium operans, ē realiter idem cum ōi cooperante.

Dices quod gratia operans sit cooperans semper hēt per denominationem extrinsecam a libera arbitrii cooperatione. ergo gratia operans semper distinguitur realiter a cooperante. aūs tradidimus quęstione precedenti, et facile rursus ostendi posset ex eo quod precisse ablato aliquo extrinseco videlicet nostra libera cooperatione, aufertur quod sit cooperans: ergo. consequentia proba: quia semper quod ē tale per denominationem extrinsecam distinguitur realiter ab eo quod hēt ēe per denominationem intrinsecam.

Rētur arguto convinci non quod gratia operans distinguatur semper realiter a cooperante, sed quod semper distinguatur realiter hoc quod ē ēe operans, ab hoc quod ē ēe cooperans, nam dissentire est ego ipse paulo superius notavi. itaque denominationes distinguntur realiter, non entitas quę illas subit, quemadmodum non recte concluderes hac argumentatione: quod hō sit cognitus hēt per denominationem extrinsecam a cognitione. ergo hō

tio realiter distinguitur ab hoc cognito. quia quod consti
tuitur per denominationem extrinsecam, semper distinguitur re
aliter ab eo quod habet esse per denominationem intrinsecam,
ut videre habet tio in suo esse precisse. ~ ~ ~ ~

Petes autem sicut auxilium remotivum,
et divina omnipotentia nobisque similiter concurrens ad actus
supernaturales habent rationem cooperantis, haec possent rationem coope
rantis. Respondetur posse; non solum propter eam generalem rationem
quod est cooperans videatur esse operans, et valeat; coopera
tur ergo operatur cum cooperari sit operari quando aliud simul
operatur. Sed propter specialem in nostra materia, in qua gratia
operans est quae ante liberum nostrum consensum aliquid opera
tur in nobis: sed tam auxilium remotivum, quam divina om
nipotentia aliquid operantur in nobis ante liberum consensum.
ergo habent rationem gratiae operantis. minor probo: quia auxilium
remotivum, et divina omnipotentia (ut deputata, et per
decretum dei addicta operationi, si arbitrium consentire
vellet vocationi) operantur in nobis posse operari proxime,
quod illis deficientibus, non daretur: non enim sine illis habe
remus proxime posse. ~ ~ ~ ~ ~

Sed hoc, quod operantur in nobis est in
genere tali, quatenus per sui extrinsecam exhibitionem, et
copulationem cum nostri constituunt intrinsece hanc denomina=
tionem posse proxime, quae dicitur esse in nobis ea ratione (sed vati
derivandi) qua dicitur esse in nobis denominationem cogniti, et
amati, quamvis neque cognitio neque amor intrinsece sit in
nobis. Sectio 4a. an auxilium preveniens, comitans, et subsequens
realiter distinguantur.''' ~ ~ ~

Sectio. 4a.

an

An auxilium prevueniens comitans, et subsequens realiter distinguantur.

Varie hanc dificultatem expediunt doctores = pro varietate enim explationis horum auxiliorum solent respondere. Pater Suarez libro 9º de auxilijs capite 5º dicit gratiæ comitantis suponere prevenientem (atque ideo ab ea distingui) esse tamen eandem cum subsequente, licet cum diversa habitudine ad nos, nam est comitans, ut importat habitudinem ad liberum consensum, subsequens vero, ut importat habitudinem ad gratiæ prevenientis, quæ suponit. idemque sensere alij. —

Ast Sanctus Thomas 1ª 2æ questione 111ª articulo 3º corpore, Albarez libro 8º de auxilijs disputatione 80ª numero 9º Valencia tomo 2º disputatione 8ª questione 3ª de divisionibus gratiæ puncto 6º Bellarminus libro 1º de gratia, et libero arbitrio, capite 2º, § ultimo, Tamnerus tomo 2º disputatione sexta de gratia questione 1ª dubio quarto, et alij, credidemunt eandem esse gratiæ prevenientem et subsequentem (a fortiori que comitantis imo Bellarminus expresse hanc cum reliquis comprehendit) quibus concordat Pater Molina in concordia questione 14ª articulo 13º disputatione 42ª parrapho inter dy qualemus ait unam, et eandem gratiam comparatione precedentis posse appellari subsequentem, et comparatione eius quæ sequitur posse appellari prevenientem, id que innuit a Sancto Augustino libro de natura, et gratia capite 32º. —

Facile nostram sententiam stabiliamus, sique in precedentibus diximus teneantur. dico 1º non ipso quod gratia sit preveniens distinguitur realiter a comitante, et subsequente, neque ex eo quod sit comitans, a subsequente, et preveniente. est de mente 2æ sententiæ. et ita probo: eadem gratia potest esse preveniens comitans

et subsequens

et subsequens. ergo non eo ipso quod sit preveniens distinguitur realiter a comitante, et subsequente. consequentia est clara, quoniam si eo ipso realiter distingueretur nequiret eadem gratia esse preveniens comitans, et subsequens, ut evidens est.

Restat probandum antecedens, quod probo 1º ex dicentissimis verbis S. Bernardi in opusculo de gratia, et libero arbitrio ubi sic ait ipsa (gratia) liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum, sanat, cum immutat affectum; roborat, ut perducat ad actum, servat, ne sentiat defectum. sic autem ista cum libero arbitrio operatur ut illud in 1º preveniat, in ceteris comitetur etiam etiam sibi deinceps cooperetur.

2º ratione potest eadem gratia excitans durare quamdiu sit opus, imo, et postquam factum est, sed eo ipso est preveniens comitans, et subsequens. ergo potest eadem gratia esse preveniens, comitans, et subsequens. Maior a deo mihi est certa, ut non videam qua ratione negari possit. non enim gratia excitans habet incompatibilitatem cum opere, aut cum conservatione, et persistentia illius, quin potius maxime conducit. minorem probo, quia gratia excitans est preveniens, et quando arbitrium illi consentit producendo operationem est comitans; cum que post factum opus durat movet ad perseverandum in opere quod est esse subsequentem. ergo eo ipso quod gratia excitans durat quamdiu sit opus, et postquam factum est, est preveniens comitans, et subsequens.

Cadit in auxilio preveniente per modum prius physici a deo preparati ad operationem, et in auxilio preveniente per modum removentis tentationes, et impedimenta adhuc clarius liquere est, nam illud ipsum, quod ante nostrum consensum datur posse et quod removet tentationes ut opus

fiat

fiat concurrit ad operationes, quando fit ~~xxxxx~~ et post factum concurrit ad conservationem activè influendo ut persistat opus, remotivè removendo impedimenta ne arbitrii cesset ab incepta operatione: ergo quod iij auxilij exhibet tunc ronē prevenientis, comitantis, et subsequentis.

Confratur 1° quod movet ad operandum, per se loquendo movet, si duret, ad perseverandum in opere postquam operamur. ergo eadem gratia excitans, quae nos movet ut operemur, movet per se loquendo, si duret, ad perseverandum in opere, postquam operamur: sed durare potest (in quo non est difficultas) et eo ipso quod moveat ad opus est preveniens, et eo ipso quod moveat post factum opus ad perseverandum, est comitans, et subsequens, siquidem comitatur ipsam operationem nobiscum cooperando, ad illam movendo, et adiuvando, confortat disponit, et incitat ad persistendum in illa ergo eadem gratia potest esse preveniens comitans, et subsequens. ~~confratur 2°~~

Confratur 2° nulla est implicatio, imo nec difficultas, in eo quod eadem gratia successive prestet diversos effectus in ordine ad liberi concensum vg.ª antecedenter movendo, comitanter adiuvando, et subsequenter confortando ad persistendum in concensu: sed hoc est esse gratiam prevenientem comitantem, et subsequentem: ergo non est implicatio, aut difficultas in hoc quod eadem gratia triplicem illam denominationem sortiatur, atque ideo non eo ipso quod sit preveniens distinguitur realiter a comitante, et subsequente.

Dico 2° non quaelibet gratia preveniens est idem realiter cum qualibet comitante, aut subsequente, atque ideo aliqua preveniens distinguitur realiter ab aliqua vel aliquibus comitantibus, et subsequentibus, ac vice versa. pro qua assertione est 1ª sententia. pr quia divinæ

illust-

illustrationes, et spiritus sancti inspirationes, quibus excitamur ad faciendum bonum, l. fugiendum malum, sunt gratia excitans. sed eiusmodi illustrationes, et inspirationes distinguuntur reali[ter]: tam a virtute supernali nobiscum physice concurrente ad producendos actus supernales dilectionis, et contritionis, quae a remotione tentationis impedimentorum que ablatione tempore operationis, quae habent rationem gratiae comitantis. itemque a virtute supernali nobiscum physice concurrente ad conservationem praedictorum actuum et a remotione tentationum impedientium conservationem, quae habent rationem gratiae subsequentis. ergo non quaelibet gratia praeveniens est idem realiter cum qualibet comitante, et subsequente; sed aliqua praeveniens distinguitur realiter ab aliqua l. aliquibus comitantibus, et subsequentibus. confirmatur, quia saepe contingit, ut postquam eliciuimus actus supernales fidei spei amoris aut contritionis ex vi gratiae internae vocationis, et inspirationis, quae nos praevenit, denuo inspiremur, et illustremur ad quaerenda media quibus in bono proposito, et praedictis actibus conservemur, sed novae illae illustrationes, et inspirationes sunt gratia subsequens, et realiter distinguuntur a praeveniente virtute cuius eliciti sunt illi actus fidei spei etc. ergo non quaelibet gratia praeveniens est realiter idem cum qualibet subsequente.

Petes an gratia praeveniens formaliter qua praeveniens possit esse subsequens, l. non sed materialiter, illa videlicet quae praeveniens est? respondeo primum eiusdem concensus non posse. quia nequit idem qua ante cedit subsequi alias sub ratione prioris esset posterius. possent vero primum diversorum ita ut ex priori excitatione nascatur motio, et excitatio ad novum alium actum eliciendum.

Dixi

(dixi iam de conservatione eiusdem) unde vi prioris 2a exitatio erit gratia subsequens vi posterioris erit preveniens. ~

Sectio. 5a

An auxilium exitans, operans, et preveniens distinguantur realiter?

. S.tus Thomas questione 27a de veritate articulo 5o ad 6m dixit eandem esse gratiam prevenientem, et operantem, cui quoque consentit Alvarez libro 8o de auxiliis disputatione 60a. numero 1. eandem esse prevenientem, et exitantem docet Valencia tomo 2o disputatione 8a de divisione gratie questione 3a puncto 6o, et Pater Suarez (si sermo sit de gratia preveniente intrinseca et ipsis anime potentijs inherente) libro 3o de auxilijs capitulo 8o numero 1o parra 10, que quidem doctrina ut esse eandem omnes illas tres quas titulus numerat docuit Pater Vasquez 1a parte disputatione 88a capitulo 5o numero 8o, et 9o, et capitulo 6o numero 20 Pater Prepositus 1a 2e questione 111a articulo 2o numero 5o, et alijs. ~

Hinc necesse est dissentiam nonnullis rescentioribus, qui sentiunt gratiam operantem esse influxum, quo physice producuntur illustrationes, et inspirationes, in quibus consistit gratia exitans. cum enim influxus physicus iuxta in philosophia realiter distinguatur a termino, qui per illum producitur, si gratia exitans est terminus physicus gratie operantis necesse est ab illa distinguatur realiter. ~ ~

Duo in hac materia mihi dicenda sunt. 1um gratia auxiliatrice exitantem identificari realiter cum aliqua gratia preveniente et operante; 2um; non identificari

tificari cum eo, sed realiter a pluribus distingui. conveniò in 1° dicto cum doctoribus 1ae sententiae, et in 2° cum doctoribus 2ae (quamvis dissimili fundamento) quibus adde Alvares lib. 9° de auxiliis disp. 81a numero 8.

Ratio primi assertio est, quia gratia operans est quae aliquid in nobis operatur ante nostrum liberum consensum, seu nobis libere non concurrentibus, et gratia praeveniens est quae praevenit, seu antecedit liberum consensum: sed gratia excitans aliquid operatur in nobis, ante nostrum liberum consensum, seu nobis libere non concurrentibus, et sic liberum praevenit, seu antecedit liberum consensum: ergo eadem ipsa gratia identitas est excitans, est operans, et praeveniens, atque ideo identificatur cum aliqua operante, et praeveniente. minorem probo quia operatur in nobis ante liberum concensum, quod illustremur, vocemur, et inspiremur, quod gratia facit praeveniendo consensum et ante quam libere operemur.

Confirmatur quia vel gratia excitans operatur aliquid in nobis ante liberum concensum vel non? si hoc dicas ergo vel excitatio quae operatur nihil est, vel non operatur excitationem, quod est non esse excitantem contra suppositum. si dicas 1um ergo praevenit concensum operando, dum excitat, atque ideo excitat, operatur, et praevenit. quod est esse excitantem operantem, et praevenientem.

Vide concilium Tridentinum sessione 6a de iustificatione cap. 5° non obscure hoc ipsum docere ubi declarat praeterea ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Iesum Christum praeveniente gratia sumendum esse; hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per pecata a Deo aversi erant per eius excitantem (gratiam) etiam eam, quam dixerat praevenientem

postea

postea dicit exitantes et per eas ait nos vocari, nullis in nobis ex istentibus meritis, quod est ante merita, et libris concedendum aliquid in nobis operari, hoc est operantem.

Ratio 2a. assertae est quia dantur plures gratiae auxiliatrices praevenientes, et operantes quae non sunt exitantes. ergo gratia exitans non identificatur cum omni praeveniente, et operante sed realiter distinguitur a pluribus. consequentia patet antecedens probo quia habitus supernales habent rationem gratiae auxiliatricis praevenientis respectu actuum supernalium, ad quos concurrunt. item virtus divinae omnipotentiae determinata, et praeparata ad concurrendum nobiscum supernaliter ad opera digna vitae aeternae, ac similiter remotiones tentationum, ablationes impedimentorum, quibus ut ex dictis constat in superioribus etiam convenit ratio gratiae operantis. ergo.

Pro maiori huius rei luce, et intelligentia vellem advertas: quod auxilium gratiae praeveniens si adaequate, et complete accipiatur comprehendit auxilia praevenientia cuiusqunque lineae, atque ideo auxilium exitans remotivum, et physice productivum. unde cum ratio huius collectionis auxilium exitans se habeat ut inclusum ab adaequato auxilio praeveniente distinguitur realiter tanquam inclusum ab includente. esto comparationem reliquarum partium quas auxilium adaequatum superaddit distinguatur tanquam res a re, distinctione omnimoda, et totali.

Unde colliges non valere: est gratia praeveniens seu operans. ergo est exitans? quia cum possit esse praeveniens, et operans absque eo quod sit exitans posset stare antecedens sine consequente; quod iuxta regulas bonae argumentationis implicat. sed neque valet: non est gratia exitans? ergo non est praeveniens? quia ut sit praeveniens non opus est, quod

quod sit exitans. semper tamen valet esse exitans: ergo est operans et preveniens. quia nequit esse exitans quin preveniat liberum conceptum, ad quem exitat, et ante cedentes ad illum aliquid operatur.

Sectio 6.a

An auxilium adiuvans, comitans, et cooperans distinguantur realiter?

Clarum est in nostris prijs quid dicendum sit; videlicet gratiam auxiliatricem in actu 2.o adiuvantem esse eandem cum cooperante et comitante, quod etiam sentit P.er Suarez lib.o 9.o de auxilijs cap.e 5.o vel su quo sit et usu coincidit P.er Vasques 1.a parte disp.e 8 8.a cap.e 2.o numero 9.o P.er Prepositus actione precedenti sitates, et alij. quantum ad gratiam adiuvantem et cooperantem satisfacit tridentinum sessione 6.a de iustificatione cap.e 5.o ait enim pereius exitants atque adiuvants gratiæ eidem assentiendo, et cooperando, nam si gratiæ adiuvanti cooperamur ipsa etiam nobiscum cooperatur (cum sint correlativa) atque ideo adiuvans, de mente concilij, est cooperans.

Ut autem mentem nostram plene, et plane teneas adverte ante probationes me non dixisse olim gratiam adiuvantem esse eandem cum omni comitante, et cooperante gratia, id enim falsissimum esset (nam gratia phisicè adiuvans realiter distinguitur a re motiva comitante, et à purè moraliter cooperante; sed gratiæ adiuvantis identificari cum comitante, et cooperante; quod perinde est ac dicere quod

quod in conceptu gratiæ adiuvantis ~~xx~~ in actu 2° formalissime importetur conceptus gratiæ comitantis, et cooperantis; et quod eo ipso quod sit adiuvans debeat esse comitans, et cooperans; quin ab uno conceptu possit alter distingui aut separari.

Nunc assertio probatur sic conceptus adiuvantis in actu 2° formalissime, qua talis importat quod simul operetur cum illo quem adiuvat. sed eo ipso est comitans, et cooperans, siquidem comitari est simul cum alio esse, et cooperari simul cum alio operari, seu quod idem est, operari quando aliud operatur. ergo. Maior quæ probatione videtur egere probatur, quia non adiuvatur quis in actu 2° quando non operatur; quis enim dicat me adiuvari actu ad levandum pondus, quod nec levo nec ad illud levandum conor? ergo ut dicatur adiuvari opus est, ut tunc ego simul operer, ac per consequens quod simul sint me operari, et alterum adiuvare.

Probatur hoc aliter. conceptus causæ partialis in actu 2° causantis formalissime importat cooperationem alterius concausæ, et comitantiam non solum eiusdem causæ sed effectus ab utraque producti (quod est esse cooperantem, et comitantem) ut mihi indubitatum est: atqui conceptus gratiæ in actu 2° adiuvantis est conceptus causæ partialis in actu 2° causantis: ergo conceptus causæ adiuvantis importat formalissime conceptum comitantis, et cooperantis. minorem probo, quia habet conceptum causæ (cum ad consensum et effectum meritorium concurrat) et non totalis, alias esset ea adæquata, et non adiuvans alia. ergo partialis.

Rursus probatur, quia bene valet: arbitrium operatur, et nihil ei cooperatur. ergo arbitrium non adiuvatur: ergo bene valebit: arbitrium operatur,

tur, et adiuvatur ergo aliquid ei cooperatur. ergo id
â quo adiuvatur, ei cooperatur, ~~et e contra~~, et e contra con
ceptus adiuvantis ē cooperantis, et cum aliunde cooperans
debeat simul ēē tam cum causa, cui cooperatur, quã
cum effectu ad quē concurrit cooperando conceptus adiuvantis
simul erit conceptus cooperantis, et comitantis.

Denique quia si ca quæ operatur,
careat cooperante ē adequata: sed non ē adequata
si habeat cam adiuvantem, ut manifestum. ergo ca ad
iuvans ē cooperans. patet consequentia, quia si adiuvans
non esset cooperans, quamvis ca quæ operatur adiuva
retur adhuc esset adequata cum adeo careret cooperan
te debere autem esse comitante, maiori probatione
non eget, quam hactenus posita.

Dices conceptus gratiæ adiuvantis ē
conceptus superioris, seu robustioris, adiuvatur enim quod
debilius ē; sed conceptus gratiæ comitantis, et comitan
tis non ē conceptus superioris, seu robustioris, siquidem
quando concurrit deus cum creaturis non dicitur ab illis
adiuvari, quamvis illæ dicantur ei cooperari. ergo con
ceptus adiuvantis non ē conceptus cooperantis atque ideo gra
tia adiuvans distinguitur realiter a cooperante.

Pro solutione huius difficultatis ad
verte dupliciter posse accipi adiuvare, 1° pro hoc quod
ē conferre vires, quæ causæ deficiunt ad opera
tionis, l. ca non aplicat in actu 2° quamvis ex se in actu
1° habeat, e o quod attemperet concursum. qua ratione con
tingit quando duæ causæ, aliàs sufficientes, quoadunan
tur ad operationem prescindendo ab eo quod una sit altera robus
tior

tior, aut superior, tunc enim qulibet adiuvari ab alia.

2.º probo quod est non atquunque conferre vires, quibus deficiunt, sed quae adhibendae sunt â superioris aut robustiore qua ratione dicitur arbitrium adiuvari â Deo ad actus entitativè supernales, et causa secunda a 1.a vires enim quas ad actus supernaturales Deus, et ad naturales ipse, at causa 1.a confert sunt altioris et eminentioris ordinis, et quae navio important respectum ad causam robustiorem, et nobiliorem.

His praemissis respondeo iuxta prinsipium acceptum negandam esse maiorem; gratia enim adiuvans non importat conceptum superioris qua praecissè adiuvans est, sed ad summum materialiter, et ut taliter adiuvans est. Unde cum nos in hac acceptione loquti sumus concessa minore syllogismi praecedentis secundè negamus consequentiam.

Verum ne occultemus quid dicendum sit iuxta posteriorem acceptionem, respondeo in ea acceptione omnem gratiam adiuvantem necessariò esse comitantem, et cooperantem, non vero vice versa, omnem comitantem, et cooperantem esse adiuvantem, quia latius patet cooperari, et comitari, quam praedicto modo adiuvare, atque ideo licet cooperari, et comitari comprehendat adiuvare; adiuvare non comprehendit omne comitari, et cooperari. Sectio 7.a an auxilium sufficiens realiter distinguatur ab insufficienti?

Sectio 7a.

An auxilium sufficiens realiter distinguatur ab insufficienti?

illud

Illud videtur in partem negativam determinare, quod idem auxilium habere sufficientis, et insufficientis, atque ideo non opus est unum ab altero realiter distinguere: quod autem possit, dupliciter. Probatur primo quia idem auxilium, quod est sufficiens deficiente impedimento eo presente non sufficit, atque ideo non est sufficiens. Secundo quia auxilium quod sufficit ad unam tentationem vincendam non sufficit ad vincendam maiorem: ergo est sufficiens, et insufficiens pro varietate tentationum.

Nihilominus dicendum est auxilium, quod comparatione unius termini est insufficiens, realiter distingui ab eo, quod est sufficiens comparatione eiusdem, et alterum auxilium, quod ex se est insufficiens realiter distingui â sufficienti ex se. Est adeò mihi certa hec conclusio, ut nisi questio de nomine admittatur credam â nullo negari posse.

Probatur 1° auxilij de se, et in genere auxilij realiter insufficiens est auxilij realiter inadequati, auxilij vero de se, et in genere auxilij realiter sufficiens est realiter adequatum: sed impossibile est idem esse de se, et in genere auxilij realiter adequatum et inadequatum comparatione eiusdem. ergo impossibile est idem auxilij de se, et comparatione eiusdem esse realiter sufficiens, et insufficiens. consequentia tenet: minor ex eo patet quod insufficiens est quod non adequat necessitatis effectus, seu ultra quod requiritur aliud ad effectum, sed hoc est esse inadequatum ergo: minorem probo quia esse inadequatum dicit ulterius aliquid requiri, esse adequatum non requiri aliquid ulterius; esse inadequatum est esse partem esse adequatum est esse totum at idem realiter esse tale ut respectu eiusdem aliquid ulterius requiratur et non aliquid ulterius requiratur, ut sit totum, et simul pars,

pars est omnino impossibile: ergo.

Pr 2º esse de se insufficiens est de se non posse sufficienter causare: esse de se sufficiens est posse de se sufficienter causare: sed impossibile est idem rationem eiusdem posse de se sufficienter causare, et non posse de se sufficienter causare. ergo impossibile est idem rationem eiusdem esse sufficiens, et insufficiens; atque ideo insufficiens de se necessario debet distingui a sufficienti de se.

Pr 3º si idem auxilium ratione eiusdem potest esse sufficiens et insufficiens; da quod de insufficiente iam fiat sufficiens. vel ergo tunc aliquid ei supervenit in linea auxilii. vel non. si 1um dicas: ergo illud auxilium quod erat insufficiens non fit sufficiens: sed ex illo, et ex superveniente fit aliud novum quod est sufficiens; quemadmodum quando causae inadaequatae praeexistenti supervenit alia concausa, illa non fit adaequata: sed ex illa et ex hac resultat alia causa distincta quae est adaequata. si dicas 2um: ergo antea erat de se sufficiens in linea auxilii, cum impossibile sit aliquid de se, et in aliqua linea non tamen fieri de novo tale quin in illa linea recipiat, aut acquirat aliquid novum.

Pr 4º nomine auxilii sufficientis intelligimus illud, cui in linea auxilii nihil deest ad effectum (quidquid sit an aliquid desit extra lineam auxilii) et nomine auxilii insufficientis intelligimus illud, cui in linea auxilii aliquid deest: sed impossibile est quod eidem auxilio ratione eiusdem tamen aliquid desit in linea auxilii, et nihil desit in eadem linea. ergo impossibile est quod idem auxilium sit sufficiens, et insufficiens ratione eiusdem: et consequenter debet unum realiter distingui ab alio.

Nunc ad rationes initio propositas respondendum

eâm duntaxat probari duo, quę ambobꝫ minime negantur. 1ꝫ (in argũto ē 2ꝫ) posse contingere quod eadẽ entitas auxilij posse rñ dividi soꝫ, vt in 2ª probatione dicitur eẽ sufficiens, et insufficiens, idque libenter fatemur, et solum negamus posse hoc heri rñ eiusdẽ tri, nõ autẽ tri nunc intelligo tam causę cui datur, quę effectum pro quo datur. et circunstantias difficultatꝫ etcª nam quo vires causę fuerint debiliores eo auxilium debet eẽ maius, cæteris paribus, etiam rñ eiusdẽ effectus.)

2ꝫ (in argũto ē 1ꝫ) quod probat, et non negamus, ē quod eadem entitas auxilij possit nunc denominari sufficiens nunc insufficiens, sumpta sufficientia pro pŏa proxima, seu non impedita, et insufficientia pro remota, seu impedita, ꝯ qua rõne nos vsurpamus in nostra conclusiõne. nã si ablatio impedimenti non pertineat ad auxilium remotivum, etiã quando pŏa ē impedita auxilium ē de se sufficiens in linea auxilij. si vero ablatio impedimenti spectat ad auxilium remotivum, quando aufertur impedimentum additur aliquid auxilij ex quo, et ex antecedenti re surgit novum adequatum realiter a priori distinctum, quod ē sufficiens.

Sectio 8.

An auxilium efficax distinguatur realiter ab inefficaci.

§ Prius quam litẽ dirimamus supponendũ ē non fieri comparationem inter auxilium efficax, et inefficax propter insufficientiam ita vt eẽ inefficax proveniat ex insufficientia nam si ex sectione prędenti constat auxilium sufficiens realiter distingui ab insufficienti, a fortiori distinguitur

quitur efficax quod ad minimum claudit conceptum sufficientis, atque ideo si inefficax sit insufficiens, palam est ab eo distinguendus efficax.

Primo igitur est de inefficaci, quod aliunde sufficiens est, et illud comparamus cum efficaci, inquirimus quae ama ab eo realiter distinguatur? diximus autem quaestione praecedenti triplex esse genus auxilii efficacis, alterum quod importat ex parte sui, et in actu 1º vires abundantissimas, et copiosas, ultra sufficientes, quamvis secum non importet comitentem effectum. alterum quod sibi infallibiliter associat effectum, per quem tamen, aut illius effectiones non constituitur. 3um, quod est sufficiens, et constituitur in ratione efficacis per efficientiam, sicut causa in ratione causantis per causalitatem, quibus, sua proportione, diximus respondere totidem genera inefficacis. unde comparatio fiet singulorum cum singulis sibi respondentibus.

Ut in hac distinctione, et accurata separatione auxiliorum utuntur doctores cum praesentem quaestionem definiunt, sed gravius loquuntur de efficaci, et sufficienti. accipitur sufficiens non pro eo quod abstrahit ab efficaci, et inefficaci, sed pro inefficaci, quod effectum habere potest et eo caret, ut inter alios clare explicant Pater Suarez lib. 5º de auxiliis cap. 6º Alvarez lib. 8º de auxiliis disputatione 72ª numero 3º ubi hic contrahitur, et alias divisio quam faciunt in efficacem, et sufficientem esset inepta, si sufficiens sumeretur pro ut est commune efficacis et inefficacis, perinde ac si quis divideret animal in rationale, et animal nunquam enim divisum debet esse membrum divisionis, ut constat ex regulis summulistarum.

1ª igitur sententia viris hac gravitate dicit auxilium efficax non distingui realiter, seu in sua entitate ab inefficaci: ita Pater Ruiz 1ª parte disputatione 23ª cap. 6

8.° numero 92.° et clarius disp.e 29.a cap.e 2.° numero 82. Mar... ... disp.e 2.a de auxilijs in 3.a parte disputationis numero 6.° Molina in concordia questione 14.a articulo 13.° disp.e 39.a versu deinde falsum. Alonçeus in disputationibus theologicis disp.e 6.a cap.e 3.° versu porro aut... Pennotus in propugnaculo humanae libertatis lib.° 9.° cap.e 4. numero 1. versu premittimus. Suarez lib.° 3.° de auxilijs cap.e 22. numero 1.° et alij.

2.a docet realiter, seu phisice distingui in sua entitate. ita Alvarez lib.° 8.° de auxilijs disp.e 72.a numero 2.° conclusione 2.a. Arrubal 1.a parte questione 19.a disp.e 98. numero 18.° versu 3.° dico Malques Rippoli in tractatu de predefinitionibus, et predeterminationibus lib.° 2.° questione 1.a versu nota igitur. Navarrete 3.a parte conclusio vltra 19 de auxilijs articulo 4.° versu quarta propositio, et est communis inter Patres Predicatores. Imo Nuna Cabreçudo 3.a parte questione 62.a articulo 5.° pagina mihi 142.a columna 2.a versu sed dixit autem efficax quo quis convertitur excedere quasi infinitum omnia auxilia sufficientia, quibus posset converti. Sectio 9.a questio deciditur ex propria sententia.

Sectio 9.a
Questio deciditur ex propria sententia.

Vidimus quid alij, super est videamus, quid nos sentiamus, et quibus, aut quatenus oportet adherere, quod in ijs conclusionibus clare; et dilucide prestare conabimur. 1.a sit: auxilium efficax quodcunque illud sit semper aliquid reale supra inefficax. convenio in hac conclusione cum authoribus 1.e sententie et sublime intelligantur non contradicimus 1.e ...

Pr. 1.° a ratione si auxilium efficax nil reale adderet supra inefficax auxilium inefficax esset realiter efficax

efficax, quod falsum est, præsertim si auxilium efficax sit ex illis, quæ annexam dicunt, vel habent operationem, alias in eo qui non convertitur daretur auxilium efficax ad conversionem (siquidem datur sufficiens, et nihil ulterius additur ab efficaci) nec tamen daretur conversio. Sequela vero probatur, quia illud auxilium est realiter efficax, cui nihil reale deest, ut sit efficax, sed si auxilium efficax nihil reale adderet supra inefficax nihil illi deesset, ut esset realiter efficax: ergo esset, minorem probo, quia si aliquid deesset certe illud esset, quod auxilium efficax adderet supra inefficax.

2° impossibile est, quod dentur omnia constitutiva realia, et non datur reale constitutivum: ergo si non datur reale constitutivum deest aliquod constitutivum reale reale, utraque propositio est luce meridiana clarior, nunc sic; quando datur auxilium inefficax, non datur realiter efficax: ergo non dantur omnia constitutiva realia efficacis: ergo ut detur efficax debet addi supra inefficax aliquod constitutivum reale, quod prius deerat.

3° impossibile est, quod auxilium inefficax fiat efficax per præcissam additionem alicuius realis, et desinat esse efficax per ablationem alicuius realis, quin efficax addat aliquod reale supra inefficax, sed inefficax fit efficax per præcissam additionem alicuius realis, et desinit esse efficax per præcissam ablationem: ergo maior videtur clara, minorem probo, quia, si addantur vires, vel aliquid unde inferatur operatio, vel actualis ipsa operatio ex sua fiet efficax, et si ea auferantur fiet inefficax: ergo. Confirmatur, quia auxilium efficax ratio addit supra inefficax efficaciam, cum hæc insit efficaci, seu illud comittetur secus autem inefficacia, sed efficacia est aliquid reale, saltem pro fundamento proximo: ergo addit aliquid

quid reale.

Dico 2°. auxilium eficax, prout eficacia importat vires intrinsecas abundantissimas ultra sufficientes, realiter distinguitur in sua entitate ab ineficaci sibi ex adverso respondenti: convenio etiam in hac assertione cum 2ª sententia et probatur 1°. Sic auxilium ineficax prout opponitur eficaci praedicto modo dicit carentiam virium, quas realiter habet eficax in sua intrinseca entitate: sed id quod importat carentiam alicuius, quod alter habet realiter in sua entitate intrinseca realiter distinguitur ab illo: ergo auxilium eficax in praedicta acceptione realiter distinguitur ab ineficaci sibi opposito.

Probatur 2°. auxilium eficax, et ineficax praedicto generi eficaciae per se habent sicut qualitas remissa, seu mediocriter intensa, et intensissima: sed mediocriter intensa distinguitur realiter ab intensissima, siquidem intensa addit plures gradus, et partes (et quorum meliorem sententiam, quam in Philosophia docui) quibus realiter caret mediocriter intensa: ergo auxilium sic eficax distinguitur realiter ab ineficaci.

Probatur 3°. Vires auxilii sunt aliquid illi entitativum, sicut vires nostrae sunt de entitate nostra: ergo auxilium, quod habet plus virium habet plus de entitate, seu entitativo: ergo cum auxilium eficax in praedicta acceptione habeat plus virium, quam ineficax, habebit consequenter plus de entitate, atque ideo entitatem realiter distinctam ab entitate auxilii ineficacis, seu quod idem est habebit entitatem, qua caret, seu quam non habet ineficax.

Dico 3°. auxilium eficax sumptum non pro illo, quod dicit plus virium in sua entitate sed pro illo

pro eo quod sibi annectit operationem, non eo ipso, quod sit efficax realiter distinguitur ab inefficaci pro ut inefficax non dicat minus auxilium, sed carentiam operationis, aut illationis operis. Contraria in hac assertione cum 1ª sententia, et pro la dem mene addo Patrem Molinam in concordia questione 14ª articulo 13º disp. 39ª. Vlasu de inde falsum, et Vlasu hinc 5º loco; ac possem numerare alios, cum sit communissima inter doctores nostris societatis.

Probatur 1º eadem entitas auxilij si confertur in circunstantijs opportunis, et congruis (sic ego existimo ab illis extentia e minores) é efficax; si in incongruis inefficax: ergo non eo ipso quod auxilium sit efficax, proximo modo distinguitur realiter ab inefficaci, patet consequentia, quia si eo ipso distingueretur realiter nequiret eadem entitas auxilij nunc subire denoationem efficacis, nunc inefficacis, ante Vero (praeterquam quod é de mente sancti Augustini infra suo loco referendi) probo, quia auxilium, quod collatum in circunstantijs opportunis, et congruis sortitur effectum et impetrat consensum collatum in incongruis, nec sortitur, nec impetrat, sicut contingere solet, quod eedem preces in circunstantijs opportunis obtineant, quod volumus, secus vero in inopportunis.

Probatur 2º: si auxilio sufficienti arbitrium consentiat auxilium erit efficax, si dissentiat inefficax; sed potest arbitrium consentire, et potest dissentire eidem auxilio (alias destrueretur libertas) ergo potest idem auxilium sufficiens esse efficax, et potest esse inefficax atque ideo non necesse é, quod efficax distinguatur realiter in sua entitate ab inefficaci.

3º non magis repugnat, quod

quod eadem entitas auxilij possit esse efficax, et esse inefficax quam quod eadem entitas possit esse alba, et possit esse nigra: Quum non repugnat, ut manifestum est, ergo neque illud atque ideo entitas auxilij efficacis non necessario est diversa ab ea, quae foret inefficacis. Sectio 10.a aliquibus obiectionibus satisfacit

Sectio 10.a

Aliquibus obiectionibus satisfacit.

1.a obiectio desumitur ex eo quod 3.a assertio non videatur cohaerere cum 1.o argumento etiam sic, quodcunque auxilium efficax eo ipso quod tale sit addit aliquid reale supra inefficax, ut in 1.a assertione dicitur: ergo quodcunque efficax eo ipso quod tale sit distinguitur realiter ab inefficaci contra id quod dicitur in 3.a conclusione probo consequentiam, quia illud distinguitur realiter ab alio, quod supperaddit aliquid reale.

Respondetur 1.o eodem pacto convinci posse album distingui realiter a dulci, et frigidum ab albo, atque ideo non posset praedicari de eodem subiecto quod sit dulce, frigidum, et album, probo hoc argumento illud distinguitur realiter ab alio, quod superaddit aliquid reale album addit supra dulce aliquid reale nempe albedinem, et similiter frigidum supra album, nempe frigiditatem ergo. Unde nec posset in saccaro album esse dulce, nec in nive frigidum esse album.

Respondetur 2.o concesso antecedenti negando consequentiam dic illud tunc distinguitur realiter ab alio quod ad eundem rectum superaddit aliquid reale, non quod ad eundem obliquum, alias causa potens causare distingueretur realiter a se ipsa dum causat, quia dum causat addit causalitatem

itatem, quae realiter distinguitur a potentia causandi: igitur auxi-
lium efficax eo ipso quod tale sit aliquid reale addit supra ineffi-
cax; sed quod illud non addit in sua entitate, sed in utroque
importat auxilium, quod dum est efficax illud addit non est entitas
realiter distincta ab ea quae illud non addit, sed quae habet inef-
ficaciam.

2a deducitur ex eo quod
entitas auxilii eo ipso quod plus possit debeat realiter distingui
ab ea quae minus potest, ut facile ostendent ea quae adduxi-
mus pro secunda assertione, sed entitas auxilii efficacis, eo ipso
quod efficax sit plus potest quam entitas inefficacis: ergo entitas
auxilii efficacis eo ipso quod efficax sit debet realiter distingui
ab entitate inefficacis, minorem probo, quia plus potest entitas quae
importat consensum, et vi sua facit arbitrium operari, quam
quae non importat, sed frustratur effectu, quem ab arbitrio fieri
conabatur illud habet entitas efficacis, hoc entitas inefficacis:
ergo.

Respondetur negando minorem ad
probationem nego maiorem si inde infertur, quod entitas effica-
cis plus faciat, non autem, quod plus possit, nam saepe contingit
quod minus faciat, qui plus potest eo quod maiorem inveni-
at resistentiam, deteriorem dispositionem, aut subiectum minus
aptum, qualiter dicimus evenire posse in auxilio inefficaci,
quod sicet aliquando in se maiores vires habeat, quam
efficax, ut bene notavit Henricus, vel saltem non minores tamen
quia non arbitrium resistit, et non resistit efficaci, aut quia
voluntatem invenit minus dispositam, et hominem minus
aptum non sortitur effectum, nec impetrat consensum, quem
tamen impetrat efficax, tametsi vires maiores non habeat,
nec maiorem conatum impendat.

3a

3º Arguitur ex eo quod aux[ili]um esse efficax realiter distinguatur ab entitate auxilij inefficacis: ergo eo ipso, quod sit efficax realiter distinguitur ab inefficaci; patet consequentia, quia eo ipso quod sit efficax, habet esse efficax, sed esse efficax est realiter distingui: ergo eo ipso quod sit efficax habet realiter distingui, seu esse realiter distinctum: ant[ecedens] autem probo, quia datur entitas auxilij inefficacis, quin habeat esse auxilium efficax: ergo auxilium esse efficax realiter distinguitur ab entitate auxilij inefficacis.

Ingens aequivocatio, quae multoties solet occurrere, et cum plures faciat titubare, a nemine quem viderim expeditur. R[espondetu]r 1º posse instari in concretis albo, et frigido, ut probemus hostiam frigidam realiter distingui ab entitate hostiae albae, siquidem dum calefit datur entitas hostiae albae, quin habeat esse frigidam, eo ipso, quod sit frigida realiter distinguitur ab alba.

R[espondetu]r 2º concesso antecedenti negando consequentiam ad probationem concessa maiori (quae poterat claritatis gratia distingui) distinguo minorem, sed esse efficax est realiter distingui ipsum esse efficax concedo minorem; est realiter distingui illud, quod denominatur efficax nego minorem, distinguo etiam consequens: ergo eo ipso quod sit efficax, habet realiter distingui id quod denominatur efficax nego consequentiam, habet realiter distingui ipsum esse efficax concedo consequentiam.

Pro cuius maiori explicatione solent adverte facile confundi, et aequivocari esse auxilij efficacis, cum hoc quod est esse efficax, cum tamen unum ab alio distinctissimum sit, quemadmodum distinctissimum est esse Petri albi ab ipso esse album, sicut etiam esse Petri albi non est esse album, esse album potest abesse ab esse Petri, ita esse auxilij efficacis

sit, Haec quod dicitur habet auxilium efficax non est ipsum esse formaliter efficax potest abesse ab esse auxilii, quod denominatur efficax, igitur esse auxilii efficacis est illius entitas, quae denominatur efficax; esse ultro efficax est habere efficaciam ad modum quo esse Petri album est entitas Petri, quae dicitur alba, esse ultro album est habere albedinem. Unde cum non valeat Petrum habere albedinem, et hanc esse albam realiter distinguitur a Petro: ergo Petrus albus realiter distinguitur a Petro; ita nec valet auxilium habere efficaciam, et hanc esse efficax realiter distinguitur ab entitate auxilii inefficacis: ergo auxilium efficax realiter distinguitur ab inefficaci.

Dices haec est bona consequentia: haec entitas auxilii est efficax, et illa non est efficax: ergo haec realiter distinguitur ab illa: ergo eo ipso, quod auxilium sit efficax realiter distinguitur ab inefficaci; alias non valeret, nec legitima foret praedicta consequentia. Respondeo 1° etiam bene valere, haec entitas est calida et illa non est calida, sed potius frigida: ergo haec non est illa: ergo eo ipso, quod entitas sit calida distinguitur realiter a non calida, seu frigida, atque ideo nequit eadem entitas nunc esse calida, et nunc non calida, seu frigida, sive quae nunc calida non potuit posita esse frigida.

Respondeo 2° eam consequentiam esse legitimam pro eodem tempore, et respectu eiusdem existentiae collectionis circumstantiarum, scilicet terminis, quia cum efficacia, et inefficacia sint formae incompatibiles, et inter se repugnantes nequeunt eidem entitati pro eodem loco, ac tempore et respectu eiusdem simul convenire, at non esse legitimam divisive, ita ut habeat hanc vim haec entitas ~~calida~~ est nunc efficax, illa in aliis circumstantiis, scilicet resistente arbitrio non est efficax: ergo haec entitas realiter distinguitur ab illa, et hoc debebat probari, ut impugnaretur nostra doctrina in qua sic contendimus non o-

esse ad auxilium eficax ponere distinctam entitatem ab entitate auxilij ineficacis. sed posse eandem entitatem pro diversitate circumstantiarum, dispositionem et resistentiarum subire utramque denominationem, et formam.

Questio 6ª

An efficacia auxilij sita sit in phisica praedetermi-natione, seu in vi phisica praedetrante?

Sectio Iª

Natura, et proprietates phisicae praedeterminationis.

Multa docent de phisica praedeterminatione, qui illam defendunt, aesuadere volunt, quae ne videantur conficta, aut credamus mentiri hostem, quem vulneremus singulis atributis, seu praedicatis autorem, l. autores specialim designabimus, locum que singilatim referemus, ut si cui placuerit facille videat.

Et, ut omittam, quod praemotionem non ideo appellant phisicam quia in sua entitate quid phisicum sit, sed quia talis eficaciae, et virtutis est ut phisice, et eficaciter determinet voluntatem ad operandum ita posita inevitabiliter, et quasi necessario. 1° docent praedetrationem phisicam esse requisitum adeo necessarium ad operationem, seu effectum ut nihil possimus sine illa. ita Alvarez lib. 3. de auxilijs disp. 22ª n.° 2 adiuncto numero 33°. Joannes a Sto. Thoma tomo 2. naturalis Philosophiae questione 25ª articulo 2. versu 3ª sententia et versu ex quibus Josephus a sancta Maria intractatu Tho-

mistico

mistico quæstione 4.ª articulo 4. Vtrisu supponendum 4. Vtrisu .... et vltimo postremo Vañes 1.ª parte quæstione 14.ª articulo 13.º post quartam conclusionem, et quæstione 23.ª articulo 2.º dubio 3.º Zumel I.ª II.ª quæstione 112.ª articulo 2.º quæstione 7.ª Navarrete tomo 2.º controversia 15.ª §. 8. et satis clare colligitur ex Alvelda 1.ª parte quæstione 19.ª articulo 8. disputatione 10.ª alijsque Thomisticis satis doctis, ac præclaris addunt multi ex Autores præmotionis, vt videre est apud Alvarez disputatione 26. de auxilijs numero 5.º et disputatione 122.ª n.º 12.º non solum debere prædeterminare res, quantumvis vilissimas, et abiectissimas, vt culices, muscas etcetera de quo idem Alvarez disputatione 28.ª n.º 9. in individuo, et particulari quoad substantiam earum, sed etiam quoad omnes circunstantias particulares intensionis duration... etcetera an autem præmotiones multiplicandæ sint pro multiplicitate circunstantiarum videtur ab his autoribus negari, siquidem nec ... multiplicat pro multiplicitate prædicatorum inadæquatorum vt videre est apud Joannem de Sancta Maria in tractatu Thomistico quæstione 4.ª articulo 3. dicto 8.

2.º docent prædeterminationem phisicam prævenire nostrum volutum consensum, seu conferri a Deo, et dari antequam videat vsum nostræ voluntatis liberum, sic Navarrete tomo 2.º controversia 12.ª in quæstionem 19.am articulo 8. folio mihi 149. et sequentibus autem controversia ... 21. folio 178. 179. Alvarez libro 3.º de auxilijs disputatione 22.ª n.º 8. et disputatione 23.ª tandemque libro 12.º disputatione 122.ª n.º 12.º Joannes a Sancto Thoma vbi eum inferi vbi vltisu illo ex quibus Joannes a Sancta Maria, Nuño, Cabeçudo, et alij. et ratio est clara in principijs Thomistarum, nam si non præcederet nostram liberam operationem non præmoveretur, nec præordinaretur voluntas ad talem operationem; atque ideo non egeret prædeterminatione phisica. Maior...

hi contendunt.

3°. docent non esse in nostra potestate hanc recipere phisicam praedeterminationem illam vel nescire, sed a solo deo produci, et in illa recipienda se habere mere passive voluntatem et arbitrium: sic Navarrete tomo 2°. in quaestionem 19 articulo 8. controversia 21a. de phisica praedeterminatione §17a. Alvarez libro 3°. de auxiliis disputatione 23a. n°. 25. et manifeste deducitur ex aliis; imo et ex dicto praecedenti; nam quod conferitur antecedenter ad liberam operationem (ut conferitur, et praeexigitur praedeterminatio) non est in nostra potestate, sed habetur omnino independenter ab illa alias voluntas deberet praecedere ante ipsum praerequisitum, quod exigitur ad ipsam, et consequenter esset dependenter ab ipsa, quod est se praecedere non sine manifesta implicatione; unde dicunt dari praemotionem A negari procedere ex mero beneplacito dei, licet addant pendere etiam ex nostro beneplacito, quod praemotio actualiter nobiscum concurrat, et operetur.

4°. docentium via praedeterminationis omnino pugnare oppositum, ac proinde impossibile esse, quod voluntas coniungat oppositum cum phisica praedeterminatione, qua fit, ut arbitrium quatenus ei iam recepta subiicitur non possit resistere, sed infallibiliter prorumpat in operationem quoacirca hanc copulativam dicunt impossibilem, praemotio phisica, seu auxilium efficax movet voluntatem, et voluntas non consentit ita Navarrete 1a 2ae in quaestione 19a articulo 8. controversia 21a. de praedeterminatione phisica pagina mihi 379a columna 1a. et non semel alibi Alvarez libro 3. de auxiliis disputatione 22a. n°. 29. et disputatione 23. n°. 23. et libro 12°. disputatione 122a. n°. 18. Medina 1a 2ae quaestione 109. articulo 1° quaestione sua 2a. (idemque repetit 3a parte) Zumel 1a parte quaestione

questione 23ª articulo 3º. Bañes 1ª parte questione 23ª articulo 3º. dubio 3º conclusione 10ª, et 2ª 2æ. questione 10ª articulo 1º. Joannes a Sta Maria in tractatu thomistico questione 4ª. articulo 6º. Ubi sic dico 3. Ledesma, et alij, quos citat, et sequitur Matheus Rippoly libro 2º. questione 1ª.

Unde consulte docent ex suppositione, quod detur phisica præmotio ad variam operationem, seu hanc ex illa sequi nario non necessitate antecedenti (seu ut ipsi vocant consequentiæ) sed illationis, et consequentiæ ex suppositione scilicet facta ita ut recte valeat datur præmotio phisica ad talem operationem ergo datur talis operatio: quam consequentiam nec Deus ipse impedire potest, aut suspendere supposita præmotione, quæ est ans, videatur Bañes supra in responsione ad 6um articulo 5. ad 1um Nuño, Cabezudo 3ª parte questione 62ª. articulo 5. questione sua 1ª. et adhuc latius questione 2ª. articulo 3º. ad 6um Navarrete 2º tomo controversia 21ª. §. 18. Cabrera, et alij.

5º docent hanc indigentiam prædeterminationis quam causæ secundæ liberæ habent ad operandum oriri, et nasci ex duplici capite 1º ex subordinatione essentiali quam habent ad causam 1am, quod capud commune etiam est causis naturalibus. 2º ex indiferentia intrinseca, et essentiali voluntatis, seu causæ liberæ, ratione cujus primi capitis eget præmotione ut complemento actus primi, ratione vero 2i secundi egent eadem, ut determinatione, et applicatione ad operandum. Nam cum voluntas creata nequeat esse 1um determinans nequit se determinare, nisi prius a causa 1ª determinetur. ita Alvarez libro 3º. de auxilijs disputatione 23ª n. 25. Joannes a Sta Maria in tractatu thomistico questione 4ª articulo 4. Ubi sic supponitur dij 4., et ubi sic deinde. Navarro tomo 2º. in questione 19 articulo 8. controversia 21ª §. 8.

Ex dictis colliges longe alterius naturæ esse præmotionis

motionem, quam admissit Guilliehmus Gibeuf. lib. 1.º de libertate capite 29.º numero 4.º siquidem dicit nos posse ei resistere, et ab ea recedere, quin ad hoc recurrat ad sensum divisum, ut Thomistae recurrunt, atque ideo a videtur admittere nec huius praemotionis, quod cum illa componatur oppositum.

Sectio 2.ª
Punctum dificultatis, doctorum sententiae, et vetrionis ellectio.

Praecogitata iam natura praemotionis rogamus in praesenti an auxilium eficax sit phisice praemovens, ac praedeterminans, et ideo eficax, quia phisice praedeterminans, ita ut eficacia illius consistat in vi praedeterminandi phisice nostram voluntatem, et arbitrium ad operationem tali energia, et eficacia, ut prorsus implicet, etiam per dispotentiam cum illa componi opositum? 1.ª sententia afirmat.

Ita Matheus Rispolij in tractatu de praedefinitionibus, et praedeterminatione lib.º 2. multoties. Alvarez disputatione 23.ª et 82.ª 83.ª et sequentibus. Navarro tomo 2.º tota controversia 2.ª de auxilio eficaci; Nunius; Caboredo 3.ª parte questione 62.ª articulo 5. questione sua 2.ª versu 2.ª conclusio, et alii; Banes 1.ª parte questione 14.ª a capite 13.º questione 10.ª a capite 8. questione 22.ª articulo 4. et questione 23.ª a cap.º 3.º Cabrera 3.ª parte questione 18. articulo 4. Masarius 1.ª parte questione 22.ª articulo 4. Ramel sepissime Bartholomeus a Medina Ledesma, et communiter Thomistarum Schola.

Unde haec sententia conformiter ad sua principia docet auxilium eficax habere eficaciam extrinsecam sua natura independenter tam a libero arbitrio, et nostra cooperatione, quam a scientia conditionata, circunstantijs conditionis, et loci, et temporis, atque ideo ubicunque

vbicunque, et quandocunque conferatur, dicunt hére congruitatem, et esse eficax differre que intrinsecè, et essaliter a sufficienti, et per suam intrinsecam entitatem, et nám inferre infalibiliter operationem, quin fieri, i. divinitus possit, vt hec copulativa sit vera: stat auxilium eficax secundum vim intrinsecam, quam hét in nostra voluntate ad conversionem, et voluntas non convertitur sic. Alvarez et alij.

Postrea docet hanc eficaciam auxilij esse præsciencientem vel nostri liberi concensus, atque ideò ipsum esse prius quam sit consensus, imo ex vi illius detrahi voluntatem, vt consentiat, unde hec causalis é vera, ideo voluntas vult, et consentit, quia datur auxilium eficax: hec autem falsa, ideo datur auxilium eficax, quia voluntas vult, et consentit. hec item vera ideo voluntas vult, et consentit, quia auxilium hét eficaciam, hec vero falsa ideo auxilium hét eficaciam, quia voluntas vult, et consentit, ita doctores Thomistæ iam citati.

Denique docet ea oïa de auxilio eficaci, quæ de phisica prmotione diximus sectione præcedenti, cum etiam auxilium eficax in hac sententia claudat in suo conceptu intrinseco, et essali eficaciam, et hæc sit phisica prædetatio, seu vis phisice prædetrativa ea vi convenire debent, quæ propria et essentialia sunt prædeterminandi.

2ª sententia huic extremè opponitur, et ait, neque eficaciam auxilij consistere in phisica prædeterminatione, neque auxilio in esse vim intrinsecam prædeterminandi, et sic infalibiliter inferendi effectum, vt repugnet cum illius entitate componi oppositum, ita tenent innumeri, tam ex nostra societate, quam ex alienis ex nostra societate omnibus. P. Molina in concordia, questione 14ª. articulo 13º. disputatione 39ª et 40ª. questione 23ª articulo 4. disputatione 1ª membro 6º

et 1º

et 7.° et 1.ª parte 14.ª articulo 13.° disp. 15.ª et 18. Pater Vasquez 1.ª parte tomo I.° disputatione 88.ª a cap.° 7.° per Suarez multoties tribus libris de auxilijs praesertim lib.° 3.° capite 8. et sequentibus. Pater Tannenus tomo 2.° disputatione 6. quaestione 2.ª dubio 3.° Pater Martinez Bresserus lib.° 3 de conscientia cap.° 4 n.° 52.° usque satis item et libro quinto capite 13. numero 110. et 111 Pater Meratius tomo secundo tractatu de gratia disputatione 6.ª sectione 1.ª, 2.ª et 3.ª et sequentibus. Pater Belarminus libro 1.° de gratia, et libero arbitrio capite 12.° libro 4. capite 14. libro 6. et ultimo. Pater Lesius in opusculo de gratia efficaci capite 3. editionis novissimae. Pater Valentia 1.ª 2.ª disputatione 8. quaestione 3.ª puncto 4. Pater Iustinianus in epistola ad Romanos capite 9. versu 16. Pater Magallanes in epistolam 2.am ad Thimotheum cap.° 2. versu 7. Pater Maldonatus Ioannis 6. versu 44.° et sequentibus Albertinus 2.° Corolario Theologico, et 6.° principio philosophico, Pater Henrike tractatu I.° disputatione 6.ª capite 2. Pater Franciscus Costerus, Pater Fonseca, Pater Salas, ut praeteream alios, tam expositores divinarum literarum, quam scholasticos.

Ex alienis vero multi, primique gravissimi Authores Curiel lib.° primo controversiae controversia 1.ª quae est in capite quartum sapientiae articulo quarto, et libro secundo controversiae quarta in ordine a numero 160. Pennotus in propugnaculo humanae libertatis lib.° 9 c. 15.° Petrus a Sancto Ioseph de suavi concordia disputatione secunda sectione secunda Fabri de praedestinatione disputatione 60.ª capite 3.° Mascarenas in opere de auxilijs disputatione secunda in tertia parte disputationis a numero

a numero nono et quarta parte numero decimo octavo Pedantus prima parte questione decima nona articulo octavo disputatione secunda, et secunda secunde questione centesima vigesima a 1. disputatione quarta, et tertia parte, questione decima octava articulo primo disputatione tertia Stephanus item in promptuario chatolico in feriam sextam hebdomade secunde quadragessime ad illa vis salvus fieri, item in antidotis evangelicis Mathei secundo versu vigessimo secundo ad illa verba si in Tyro, et Sydone Joannis primo versu decimo tertio, et sepe alibi. Castro lib.º sexto contra hereses verbo gratia heresi prima, et libro nono verbo libertas heresi prima Basilius Ponce prima parte variarum questione quarta expositiva capite tertio Cristalinus, et perplures alii, quorum longum chatalogum faciunt Fanneus, et Mascarenias possentque usque ad fastidium longiorem facere, si his temporibus maiori doctorum numero ad suam probabilitatem hec sententia indigeret.

Solum addo vi-ros gravissimos his etiam addere nonnullos ex dominicana familia, qui phisicas premotiones antecedenter ad nostram liberam operationem sic voluntatem ad operandum aplicantes, et determinantes, ut cum illis nequeat componi, seu contingi oppositum reijciunt, tanquam incompatibiles cum libertate inter quos annumerant Sotum libro primo de natura, et gratia capite decimo sexto Catharinus in opusculo de die predestinatione, et reprobatione capite vi[ce]simo Conradum prima secunde, questione octogesima articulo primo. Capreolus in primo distinctione 3.ª questione prima, articulo 1.º et Caietanus.

Iam pridem

Iampridem huic ultimæ sententiæ, quasi nativo candorem adhesi, quia ulnior intellectu facillis, et ad tuenda humanæ libertatis iura aptissima, et accommodatissima; nontamen contrariæ sententiam ullam impingo censuram; illam, eam appellare improbabilem, alios impiam, alios erroneam, alios hæresim lutheranam, alios denique Calvinianam; cum enim tanti, ac tam præclari viri illam doceant, sufficit eorum autoritas, ad reddendam probabilem et 99. Sectio 3ª. 3ª vero ex eo quod contraria sententia videatur adversa concilio tridentino et Senonensi. —

Sectio 3a.

Prima ratio ex eo quod contraria sententia videatur adversa concilio Tridentino, et Senonensi.

[illegible] Pr 1º nostra sententia. Si auxilium, quo a Deo excitamur, et movemur, quam consentimus, et gratiam obtinemus, (quale est eficax) phisice prædeterminaret et dissentire non posset arbitrium nec resistere; at dicinequit quod ei resisti non possit ergo dicendum est auxilium, quo consentimus, et gratiam obtinemus non phisice prædeterminare; et consequenter nec illius eficaciam consistere in vi phisice prædeterminante, ut adversarii volebant; contraria patet. minor etiam videtur clara ex concilio tridentino, et Senonensi. tridentinum enim sessione 6ª de iustificatione cap. 5º. sic ait. eidem gratiæ libere assentiendo, et cooperando disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspiratione

operationem illam recipiens quippe qui illam abiicere potest, abiicere autem est ei contradicere et resistere, cum non sit abiicere receptionem, sed operationem ad quam movet deinde canone 4°. si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti atque vocanti; etc. neque posse dissentire si vellit, anathema sit. Senonense vero celebratum anno 1528° in decreto 15°. non minus clare loquitur, audi, nec denique tale sit Dei trahentis auxilium, cui resisti non possit. et paulo inferius explicat nam huius tractionis dicens, trahit quidem Deus, sed in eius odorem currimus non vi, non unca raptamur. [illegible]

Maiorem probo, quia posse dissentire et resistere motioni est posse componere dissensum, sed [illegible] tum operationis cum motione. sed si auxilium physice [illegible] [illegible] aut pre[illegible] non posset cum motione [illegible] componi dissensus, aut negatio operationis ergo non posset ei resisti, et dissentiri. minor et consequentia clarent, minorem probo, quia actu dissentire motioni, vocationi, excitationi, inspirationi, et si liber est actu componi et simul esse dissensum et negationem operationis cum motione, vocatione etc., neque enim dicimus resistere motioni, et vocationi, ne heant operationem, et sortiantur effectum, ad quem dantur de hac enim resistentia loquuntur concilia, quando nec movemur, nec vocamur, sed quando vocamur, et durante vocatione nollumus converti, et spernimus respondere. ergo posse dissentire et resistere est posse componere dissensum cum motione, et vocatione. probo consequentiam quia posse dissentire, et resistere est posse ponere ipsum dissentire actu, quod diximus importare sensum compositum dissensus cum vocatione

tione, et motione. ~ —

Contratur 1º. posse dissentire ē pos-
se componere oppositum operationis cum motione, et vocatione
sed si motio auxilii esset phisica non posset componi oppositum opera-
tionis cum motione et voca-tione ergo nec posset dissentiri; maior que probatio-
ne egetostenditur: nisi componatur oppositum operationis cum mo-
tione, et vocatione non datur dissensus: ergo nisi possit com-
poni oppositum operationis cum motione, et vocatione non pote-
rit dissentiri, seu dari dissensus: ergo posse dissentire ē
posse componere oppositum. ~ —

Contratur 2º. non possumus quod
impole: sed si auxilium efficax ne est vi phisicē prede-
terminantem impole ē dissentire: ergo non possumus dissentire.
minorem probo: quia impole ē dissentire nisi possit poni quod
requiritur ad dissentire: sed non posset poni, quod requiritur
ad dissentire, siquidem ad dissentire requiritur, quod auxi-
lium nos moveat ad opus, et opus non fiat a nobis, quod ē sen-
sus compositus, et complexum secundum contradictionis impo-
le: ergo impole ē dissentire. ~ —

Contratur 3º. ponere oppositum opera-
tionis in sensu diviso motionis, et vocationis non ē dissentire
motioni, et vocationi, sicut ponere oppositum precepti in sensu
diviso precepti non ē dissentire precepto, nec ei contrave-
nire, aut contradicere. ergo posse ponere dissensum in sen-
su diviso motionis, et vocationis non est posse illis dissentire
probo consequentiam, quia non ē posse dissentire posse ponere id
quod aut quo muis, patet: ergo ut dicatur arbitrium posse dis-
sentire non solum debet ponere oppositum in sensu diviso
motionis, quia hac rone non ē dissentire, sed etiam in sensu composito.

Confirmatur.

Confirmatur 4.º si non obstante quod auxilium efficaresset phisice predeterminans posset arbitrium illi dissentire, da ab arbitrio fieri quidquid ex vi talis pot. potest. l. ergo tunc essent simul phisica predeterminatio auxilij, et dissensus, l. non. si 1.º iam das componi oppositum operationis cum phisica predeterminatione auxilij, quod negas, et in tuis principijs implicat. si 2.º non dissentit, cum nihil sit cui dissentiat. atque ideo colligam non potuisse dissentire siquidem fecit quod potuit, et non dissentit, nec fecit quod dissentiret quod circa non erat dissentire quod potuit. sectio 4.ª effugia adversariorum precluduntur. ——

Sectio. 4.ª

Effugia adversariorum precluduntur.

Ut vim huius rationis eluderent contrarie sententie patroni varias excogitarunt solutiones. nam 1.º recurrentes ad sensum divisum, et compositum, dicunt concilium solum definire, quod arbitrium possit dissentire motioni et excitationi in sensu diviso, non in sensu composito. verum quia hec evasio satis preventa est in contrationibus argum. precedentis, non est cur in ea amplius immoremur. sed pergendum erit ad alias: ——

2.º Volunt concilium loqui de auxilio sufficienti non de efficaci. atque ideo solum contendere quod possit componi dissensus cum auxilio sufficienti, quod non negant premotores inde tamen nihil concludi contra phisicam premotionem, quam dicunt inesse auxilio efficaci. hec solutio nil aliud videtur habere, colorem, et speciem veritatis multa habet contra se, et vel ipsis doctoribus thomistis non placet ut liquet ex Alvarez lib. 9. de auxilijs disp. 9. [illegible] 8.º

et 10

et. 10. ubi fatentur concilia loqui de auxilio efficaci.

1.o igitur habet contra se, quod concilium tridentinum loquitur de auxilio, et gratia, quibus cooperamur, et assentimus, ibi cap. 5.o, eidem gratiae libere assentiendo, et canone 4.o cooperari assentiendo deo gratia autem cui cooperamur, et assentimus efficax est. Deinde de ulio loquitur de auxilio, quo a deo trahimur. ibi: deitrahentis auxilium at auxilium, quo non solum possumus trahi sed re ipsa trahimur quis unquam dixit esse mere sufficiens, et non efficax? 2.o concilium tridentinum agit ibi contra Lutherum, et alios haereticos, qui asserebant non posse resisti gratiae dei; at haeretici de gratia efficaci loquebantur non de mere sufficienti. ergo, et auxilium loquitur de efficaci, alias non dagnaret, quod haereticus docebat, sed id quod negabat. 3.o quia mens concilij est definire deum per suam gratiam, quando nos vocat non tollere libertatem, et probat ex eo, quia potest ei dissentiri, et resisti: ergo si non loqueretur de gratia efficaci in sua definitione sed de sola sufficienti non probaret efficacem non tollere libertatem, siquidem non probat ei resisti posse sed solum sufficienti.

Praeterea potest 3.o adhuc posita motione gratiae efficacis, et vocationis dei, atque in sensu composito illius posse quidem voluntatem dissentire, et oppositum ponere, idque definire Tridentinum, nunquam tamen dissensuram, seu positeram opositum, sed infalibiliter consensuram. quare ne credeant optime componi, et cohaerere infrustrabilitatem efficacitatis auxilij ex parte dei ad dissentiendum, quam Tridentinum docet.

Verum haec solutio, aut non est solida, et constans, aut destruit prima physicae praemotionis. Nam 1.o

Nam 1.º composse dissentire. Sic posse componere dissensum cum auxilio, ut sectione praecedenti ostendi, non sufficit ad nam auxilij praemoventis phisice quod nunquam componatur cum illo dissensus, illud opus erit quod nequeat componi, et consequenter quod nec possibili dissentiri quod dignatur a concilio. patet, quia si possit dissentiri posset componi dissensus cum auxilio.

2.º, quia 1. posito auxilio efficaci praedeterminante ad consensum, et ex suppositione quod detur potest poni dissensus licet non ponatur, aut non? Si dicas 2m? ergo non istum facit auxilium quod nunquam ponatur dissensus sed quod possit poni, quod absolvitur concilio, si dicas primum: ergo auxilio efficaci praedeterminanti non repugnat oppositum, atque ideo non habet necessariam connexionem cum consensu (siquidem non habet necessariam connexionem cum eo, cuius oppositum est possibile et potest poni) quod stare non potest cum principijs phisicae praedeterminationis.

3.º quia 1. auxilium efficax praedeterminans ita facit quod semper, et infallibiliter ponatur consensus ut repugnet poni dissensum, stante suppositione auxilij. 1. non? Si 2m. ergo non potest, facta tali suppositione, dissentiri (contra definitum in concilio) probo consequentiam, quia impossibile est dissentiri quando repugnat dissensus. Si 1m. ? ponatur, quia possibili posito in esse ea ratione, qua est possibile nullum sequitur inconveniens, et si ponatur facta tali suppositione auxilij stabit simul, quod auxilium praedeterminet phisice ad consensum, et quod non detur consensus, quod est destruere principia phisicae praedeterminationis.

4.º in principijs phisicae praedeterminationis impossibile est separare auxilium phisice praedeterminans a consequenti ergo stante auxilio efficaciter praedeterminante, non

solum

solum non ponetur effectus, sed nec poni potest, quod é non posse dissentire contra Tridentinum, probo consequentiam, quia si posset stante auxilio efficaciter praedeterminante poni dissensus, posset separari auxilium eiusmodi a consensu.

Sectio 5.a

2.a ratio ex eo quod contraria sententia videatur de medio tollere auxilium sufficiens.

Si efficacia auxilij consisteret in phisica praedeterminatione nullum daretur auxilium sufficiens ad conversionem, et bonam operationem in ijs qui de facto nec convertuntur, nec bene operantur, quod é hereticum, et inter dogmata Lutheri, et Calvini adnumeratum. adversatur que clarissimis sacrae paginae testimonijs, Isaiae 5. quod ultra debui facere vineae meae, et non feci? Ecclesiastici 15. Ne dixeris per Deum abesse. ad Philippenses 4. omnia possum in eo, qui me confortat. Apocalipsis 3. Ego sto ad ostium, et pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad eum etta. Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, ut omittam concilium Tridentinum c. Arausicanum, et unanimem sensum, et concensum ecclesiae, ac patrum.

Sequela per nomen auxilij absolute, et simpliciter sufficientis intelligimus illud ultra quod non requiritur aliud in genere auxilij ad conversionem, aut bonam operationem. requiritur autem aliud in genere auxilij in eo qui non convertitur si consisteret efficacia in phisica praedetratione: ergo in eo, qui non convertitur non datur auxilium sufficiens ad conversionem. consequentia é legitima minorem probo, quia hi autores dicunt phisicam praedetrationem

determinationem requisi[illegible] ad operationem, et nihil nos profit illa, ut ex superioribus constat, insuperque addunt posita praedeterminatione infallibiliter sequi operationem, nec posse simul stare, quod detur praedeterminatio physica ad conversionem et quod non detur conversio, atque ideo convincitur plane in eo qui de facto non convertitur non dari ad conversionem physicam praedeterminationem, quae cum ad genus auxilii pertineat, siquidem est vis effectiva non habuit omnia necessaria in genere auxilii, et consequenter ultra id quod habuit, qui non convertitur requiritur aliud in genere auxilii, quod est non habuisse auxilium absolute et simpliciter sufficiens.

Urgetur hoc, et declaratur amplius, vel in eo qui non convertitur dantur omnia, quae in genere auxilii requiruntur, et necessaria sunt, ad conversionem, vel non? si primum ergo non datur auxilium sufficiens, patet consequentia, quia non est auxilium sufficiens, quoties non dantur omnia necessaria in genere auxilii ad operationem. Si secundum vel praemotio physica non pertinet ad genus auxilii requisiti, vel stare simul potest cum non conversione, seu cum negatione conversionis, quod utrumque negant. consequentiam probo, quia non pertinet ad genus auxilii requisiti sine quo dantur omnia, quae requiruntur in genere auxilii ergo si non datur praemotio, et dantur omnia necessaria in genere auxilii, praemotio non pertinet ad genus auxilii requisiti, si autem ideo dantur omnia necessaria quia etiam datur praemotio; ergo cum supponamus non dari conversionem stat praemotio simul cum negatione.

Confirmatur. 1º. Voluntas creata, ut est indifferens ad utrumque est secundum hos authores cum quibus ago insufficiens ad operandum, quantumcunque auxilia accumulentur, nisi physice praemoveantur, et praedeterminentur

hec eo quod nequeat egredi operatio determinata a principio indifferenti, quamdiu non tollitur indifferentia, at non tollitur, nisi per physicam praedeterminationem: ergo is, qui non convertitur quantumcumque habuerit cumulum auxiliorum non insufficiens fuit ad conversionem, atque ideo caruit auxilio sufficienti. alias sufficeret ad illam. consequentiam probo, quia is, qui non convertitur, quantumcumque habuerit cumulum auxiliorum caruit praemotione physica, ac praedeterminatione, quae tolleret indifferentiam.

Confirmatur 2° non dat Deus sufficiens ad conversionem hominis, nisi det quidquid requiritur ex parte actus primi ad illam condistinctum ab usu libertatis; siquidem physica praedeterminatio est requisitum per se ex parte actus primi condistinctum ab usu libertatis, ut illius autores tradunt: ergo non dat sufficiens, atque ideo solum datur auxilium sufficiens, quando datur auxilium physice praedeterminans, et homo operatur, non vero quando non operatur, et caret auxilio physice praedeterminante.

Confirmatur 3. vel iis, qui non operantur, et carent auxilio praedeterminante dedit Deus, quae sufficiunt ad actu operandum, vel non? Si 2um. ergo solum habent auxilium sufficiens ad actu operandum, qui de facto operantur, non vero, qui non operantur. Si 1um. ergo non requiritur auxilium praedeterminans, seu physica illius praedeterminatio ad actu operandum, ut asserunt. probo consequentiam, quia id non requiritur ad actu operandum, sine quo homo habet, quod sufficit ad operandum.

Confirmatur 4°. quando homo habet auxilium sufficiens ad conversionem, et non convertitur, per ipsum stat, quominus convertatur, sed quando caret auxilio praedeterminante (si hoc requiritur, ut adversarij volunt, ad conversionem) non stat per ipsum, quominus convertatur.

ergo

ergo quando caret auxilio predeterminante, vi caret, qui non consentitur non habet auxilium sufficiens ad consentiendum. Minorem probo, quia non stat per ipsum, quando ideo non consentitur, quia caret requisito ad consentiendum quod habere non est in sua potestate, nec per ipsum stat, quominus habeat, at vere non stat per eum, qui non consentitur, siquidem a Deo solum confertur cui vult independenter ab humana libertate.

Sectio 6ª

Concluduntur plura absurda adversus contrariam sententiam

Ratio proxime facta validissima est, et deducit adversarios ad plura absurda concedenda. 1º etiam et vi illius concluduntur non posse hominem alia bona opera facere nisi, quae re ipsa fecit contra illud Ecclesiastes, qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit, et omittam alia, et contra decretum Tridentinum sessione 6ª de iustificatione canone 29. Siquis dixerit eum, qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere etc. anathema sit. Constat autem non omnes resurgere: ergo cum potuerint fit clarum ex hac definitione plura posse, quam re ipsa fecerint.

Sequela probatur, quia ea non possumus ad quae non habemus auxilium sufficiens, sed non habemus auxilium sufficiens ad plura, quam quae re ipsa fecimus, siquidem ad ea tantum habemus auxilium sufficiens praedeterminationem, seu physicam praedeterminationem, sine qua non datur auxilium sufficiens iuxta dicta: ergo non possumus plura facere quam re ipsa fecimus.

2º concluditur Deum praecipere impossibilia iis, qui

re ipsa

re ipsa non convertuntur, nec præcepta implent, quod est hæreticum, et contrarium pluribus locis sacræ scripturæ, quorum aliqua retulimus pro auxilio sufficienti expressissime quæ damnatur in Tridentino prædicta sessione de iustificatione canone 18. ubi habetur, Siquis dixerit Dei præcepta homini etiam iustificato, et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia anathema sit. et cap. 11. dixerat nemo autem quantumvis iustificatus liberum esse ab observatione mandatorum putare debet nemo ~~[illegible]~~ temeraria illa, et a Patribus sub anathemate prohibita voce uti Dei præcepta homini iustificato ad observandum esse impossibilia, nam Deus impossibilia non iubet, idem docuit Arausicanum 2um canone 25. et consentiunt Patres inter quos sic loquitur Augustinus lib. de natura, et gratia cap. 43. Deus impossibilia non præcipit sed iubendo monet, et facere, quod possis, et petere, quod non possis, et adiuvat, ut possis.

Probatur 2o sequela, quia impossibile est implere præcepta sine auxilio sufficienti ad impletionem, at iis, qui non implent non datur auxilium sufficiens ad impletionem, siquidem non datur auxilium prævalens physice sine quo cætera auxilia non sufficiunt, ut ostensum est: ergo Deus præcipiendo eis impletionem præcipit impossibilia.

3. concluditur non peccare, qui re ipsa violant præcepta Dei, quod est hæreticum et damnatur a Paulo 1a ad Corinthios 6o. an nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt nolite errare, neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt. et a Tridentino sessione 6a de iustificatione cap. 15. ubi eadem repetens subdit ceterosque omnes, qui lethalia committunt peccata etc. pro quibus a Christi gratia separantur. ac canone 28. Siquis dixerit nullum esse peccatum mortale

mortale, nisi infidelitate, anathema sit.

§ Sequi probatur, quia non pecat, qui non habet sufficiens auxilium ad vitandum pecatum, quia item se ipsos pecant non habent auxilium sufficiens ad vitandum pecatum, siquidem non habent auxilium phisice praedeterminans ad non pecandum, sine quo caetera non sufficiunt, et impossibile est vitare pecatum.

4º. concluditur hominem non posse puniri iuste pro violatione praeceptorum, aut omissione boni operis, quod iniungitur, sed iniuste ei inferri poenam, iusteque posse conqueri, quod sic cum illo agatur. Probatur, quia iniuste punitur, qui non habet culpam, sed qui pecat, et omittit opus iniunctum, non habet culpam, nec enim dici pecat: ergo iniuste punitur, et iuste potest conqueri, quod puniatur.

5º concluditur hominem prius deseri a deo, quam deum deserat, quod damnatur in tridentino sessione 6a de iustificatione cap. 13º. deus enim nisi ipsi illius gratiae defuerit, sicut coepit bonum opus, ita perficiat, quibus Augustinus consonans lib. de natura, et gratia cap. 16. ait deus non deserit, si non deseratur, ut pie semperque iuste vivatur.

§ Sequi probatur, quia deum nos deserere est negare quae requiruntur ad operandum nos autem deserere deum est postquam habemus sufficientia ad operationem non operari, et prius deus nobis negat auxilium praedeterminans phisice, quod dicis esse necessarium, et caetera non sufficere ad operationem sine illo, quam nos habendo sufficientiam non operemur, siquidem ideo non operamur, quia deus non praedeterminat et non est contra: ergo.

6. conclusio

6. concluditur deum aliquid ultra debuisse facere vineæ suæ contra illud Isaiæ 5. habitatores Ierusalem, et viri Iuda iudicate inter me, et vineam meam, quid est ultra debui facere vineæ meæ, et non feci. Sequi probatur, quia cum deberet dare auxilium sufficiens ad faciendum bonum opus, et non faciendas labruscas male non dedit, siquidem non dedit auxilium prædeterminans, sine quo alia non sufficiunt, ut dictum est, quare respondere optime possent habitatores Ierusalem, domine debuisti dare prædeterminans quandoquidem sine illo nec vinea potest facere uvas, nec non facere labruscas.

7. concluditur frustra deum stare ad ostium peccatoris, aut non operantis, et pulsare, ut ei aperiatur, et intret iuxta illud Apocalypsis 3. Ecce ego sto ad ostium, et pulso, siquis audierit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum. nam si ille non habuit sufficientia ad operandum, ut ostendimus non habere deficiente auxilio prædeterminante, si hoc requiritur frustra pulsatur ianua, nam perinde est, ac pulsare ianuam non potentis audire, aut impotentis se movere ad aperiendum.

8. concluditur otiosum esse deum invitare ad conversionem peccatorem, qui non convertitur, invanumque clamare ecclesiastici 5. Non tardes converti ad dominum deum tuum, nec differas de die in diem, et Isaiæ 31.° convertimini, sicut in profundum recesseratis, et Ezequielis 33. convertimini a viis vestris pessimis, et Mathei 11.° venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis. respondere enim possent se non posse accelerare conversionem, imo, nec converti, quoniam non habent auxilium sufficiens nec requisita ad id, eo quod careant auxilio prædeterminante.

Denique concluditur, nec deum

serio, et ex animo voluisse omnes homines salvos fieri, et bene testatur Paulus prima ad Thimotheum secundo, nec gentes esse inexcusabiles, quod deum non glorificaverint, ut esse testatur Paulus ad Romanos primo, Nam qui fieri potest, quod deus velit serio, et ex animo salutem hominum, si non dat quod ipse solus dare potest, et sine quo impossibile est salutem obtinere? qui etiam fieri potest, ut inexcusabiles sint gentes si deum non glorificare, nascitur ex eo, quod careant auxilio sufficienti, et simpliciter requisito ad glorificationem, nec illud habent in sua potestate, sed, sed deus qui solus dare potest negat, seu dare non vult. multa etiam concludentur, quae veritatis causa silentio committuntur. Sectio septima impugnatur solutio ex eo quod non requiratur ad posse, sed ad actu operari.

Sectio 7a

Impugnatur solutio ex eo quod non requiratur ad posse, sed ad actu operari.

Ne adversarii videantur succumbere argumento facto respondent vim praedeterminandi physice, quae auxilio efficaci inest, et in qua consistit efficacia non requiri ad posse operari, sed ad actu operari, atque ideo quamvis in iis, qui non convertuntur non detur auxilium sic determinans, datur auxilium requisitum ad posse, quod satis est, ut dicantur habere auxilium sufficiens, quoniam auxilium sufficiens est, non quod habet seu importat quidquid requiritur ad actu operari, sed quod dat posse operari, ita Alvarez libro tertio de auxiliis disputatione 13

putatione 18. numero 10. et disputatione vigessima tertia numero vigessimo secundo, et est modus frequens respondendi Patrum praedicatorum.

Unde colligit Suarez deum non praecipere impossibilia iis qui de facto non convertuntur, quia non praecipit aliquid, quod non possint, sed dat auxilia sufficientia, ut possint, quae praecipiuntur, esto non habeant requisita ut actu faciant, similiter non stat per deum, quod non operentur, sed per ipsos, qui cum possint non faciunt. Rursus non est deum, quod non possint plura, quam quae re ipsa faciunt, siquidem habent auxilia sufficientia ad posse alia, quamvis non habeant, ut faciant, quod si possunt non otiosse irritantur, nec iniuste puniuntur, si non bene operantur, quandoquidem, quae sufficienter possunt non faciunt, cum tamen debeant facere.

Haec solutio facile potest refutari primo, quia non solum deus praecipit hominibus, quod possint mandata servare, sed quod servent de facto, alias qui non servant, sed possunt non pecarent, cum solum eis praecipiatur, quod possint, et id faciant, seu habeant, imo cum non sit in nostra libera potestate non posse servare, non erit in nostra libera potestate peccare, quod absurdum est, et plane erroneum, ergo si qui non convertuntur solum habent sufficientia ad posse, non vero ad actu servare mandata, deus illis praecipit impossibile, cum praecipiat id ad quod non habent requisita necessaria.

Confirmatur deinde, non damnantur homines, quia non possunt servare mandata, sed quia de facto, et actu non servant: ergo si solum habent auxilium sufficiens ad posse, et non ad actu servare damnantur propter id

ad quod

ad quod carent auxilio sufficienti, quod perinde est, ac damnari, quia non faciunt rem illis impossibilem, cum impossibile sit facere rem sine requisitis ad illam faciendam.

Confirmatur denique si deus praecipiat, quod non est in hominis libera potestate sane praecipit rem illis impossibilem, sed si solum dedit auxilium sufficiens ad posse, et non ad actu servare mandata praecipiet rem, quae non est in hominis libera potestate: ergo praecipit rem impossibilem. minorem probo, quia neque est in hominis libera potestate ipsum posse quandoquidem praevenit, et antecedit libertatem, neque esse potest in hominis libera potestate, quod illius libertatem antecedit, confertur que independenter ab illa: ergo neque etiam esset ipsis actu servare, cum id in hominis libera potestate non sit ad quod caret requisito necessario (ut est auxilium praedetermin[ans]) nec illud here libere potest.

Refutatur secundo, quia eo ipso, quod auxilium praedeterminans sit praerequisitum ad actu operandum illo deficiente non solum non habent homines auxilium sufficiens ad actu operandum, sed neque ad absolute, et simpliciter posse, atque ideo docent incompatibilia. probatur, quia ad id quod implicat contradictionem non datur auxilium sufficiens, nec simpliciter posse, ut ex terminis patet, et manifestum est, sed implicat secundum te actu operari, nisi praecedat auxilium praedeterminans: ergo si non praecedat auxilium praedeterminans non datur auxilium sufficiens, nec simpliciter posse.

Tertio sine praemotione physica nihil possumus, ut semel, et iterum inculcat Alvarez, ergo qui de facto non servant mandata non

non possunt illa servare, cum ad id careant physica praemotione, alias sine praemotione possemus aliquid: non ergo habent auxilium sufficiens ad servanda mandata, nisi qui vel ipsa servant, ut nostra ratione concludebamus.

Quarto si absque auxilio praemovente habent, qui non servant mandata auxilium sufficiens ad simpliciter posse: ergo absque auxilio praemovente habent simpliciter posse, seu possunt simpliciter actu servare mandata: probo consequentiam, quia simpliciter posse est in ordine ad aliquid faciendum actu, imo nihil aliud est, quod possimus nisi ipsum actu facere, si etiam non est actu facere, quod dicimus simpliciter posse quid possumus non etiam possumus ipsum posse, ita ut terminus huius dictionis possumus sit ipsum posse: atqui ipso, quod possimus simpliciter actu servare mandata habemus sufficientia ad actu servanda: ergo si ut adversarii volunt non habent sufficientia ad actu servanda, qui actu non servant, planum est non habere sufficientia ad simpliciter posse.

Si nulla implicatio é in eo quod ~~possumus~~ actu ponamus, quod simpliciter possumus. possibili etiam posito in esse nullum sequitur inconveniens: ergo si absque praemotione, et auxilio praemovente absolute possumus, seu habemus simpliciter posse converti, nulla implicatio erit si absque physica praemotione, seu auxilio praemovente ponatur ~~conversio~~. Ast per te est implicatio, quod actu ponatur conversio absque auxilio praemovente: ergo convinciter nos minime posse simpliciter converti deficiente auxilio praemovente, nec habere sufficiens ad simpliciter posse, ut asserebas.

6°.

§. 6.° non habet su-
ficientia ad posse, qui non habet omnia requisita ex parte
prinsipij, seu antecedentia petita ad actum secundum, et
operationem, sed in contraria sententia non habet, qui non
convertitur omnia requisita ex parte prinsipij, seu antece-
dentia ad actum secundum, et operationem conversionis:
ergo qui non convertitur non habet suficientia ad posse.
Minorem probo, quia in contraria sententia praemotio phy-
sica est requisitum necessarium ex parte prinsipij,
quanvis in ordine ad ponendum actum secundum, seu ante-
cedens ad actum secundum, et operationem conversionis.

Si recte perpenda-
tur haec nostra resolutio comperiet facille quisque non so-
lum vim habere adversus eos, qui praemotionem dicunt
esse necessariam ad operationem tanquam prinsipium
agendi, sed etiam adversus eos, qui dicunt esse tantum com-
plementum, seu aplicationem, nam cum impossibile sit age-
re sine eo quod praecedant omnes conditiones complementa,
et aplicationes, quae praecedere debent ex parte prinsipij, qui ca-
ret ea aplicatione caret suficientia ad operandum, et si de-
ficiente tali complemento, et aplicatione imperaretur operatio,
certè imperaretur res impossibilis, non secus ac si alicui iu-
beretur videre obiectum extra spheram potentiae visivae
constitutum, aut movere lapidem dirutum. unde sicut non
esset in homine potestate movere lapidem non apli-
catus, et videre obiectum praedicto modo opositum,
ita non esset in potestate carentis praemotione operatio.
Sectio 8. tertia ratio ex eo quod contraria sententia
videatur pugnare cum libertate formali voluntatis.

Sectio 8.

SECTIO VIIIª.

Tertia ratio ex eo quod contraria sẽtentia videatur pugnare cum libertate formali voluntatis.

Si eficacitas auxilij consisteret in physica praedeterminatione, auxilium eficax tolleret libertatem, atque ideo non libere converteremur, nec libere pia opera exerceremus, aut Dei, et Ecclesiae praecepta adimpleremus, quod cum salva fide defendi non possit dicendum est eficaciam auxilij non consistere in physica praemotione. tota dificultas est in probando huius rationis assumpto, quod dupliciter probatur.

Primo, quia si ratione causae, et potentiae formaliter liberae est, ut positis omnibus requisitis ex parte principij possit proxime operari, et non operari; sed si eficacia auxilij consisteret in physica praedeterminatione, potentia libera nostrae voluntatis positis omnibus re-

quisitis

quisitij ex parte principij, non posset proxime operari; et non operarentur: ergo non operaretur libere. maior est communis definitio potentiæ liberæ, ut satis probat Raynaudus in Theologia morali distinctione secunda, et admittunt ex Thomistis Capreolus princeps Thomisticæ scholæ in primo distinctione sexta quæstione unica articulo tertio, Sotus libro primo de natura, et gratia capite decimo sexto, et apud Pennotum libro primo propugnaculi capite decimo tertio, Medina, Vanez, et Alvarezius videtur quæ clare id intendisse Augustinum, quando libro tertio de libero arbitrio dixit, hoc verbis [illegible], quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur. Minorem probo, quia contraria sententia asserit physicam præmotionem a qua habet, quod sit efficax esse requisitum necessarium ex parte principij ad operationem, et ipsi fatentur, ea posita impossibile esse, quod non efficiatur illa operatio, ad quam datur præmotio: ergo non potest proxime non operari.

Secundo, quia necessitas antecedens repugnat libertati, illamque destruit, sed si efficacia auxilij consisteret in physica prædeterminatione daretur in voluntate necessitas antecedens ad operandum: ergo si efficacia auxilij consisteret in physica prædeterminatione repugnaret libertati, illamque destrueret. Maior nec a meis adversarijs, neque a nullo alio catholico negatur. Traditurque a Sancto Anselmo libro de concordia prædestinationis capite primo, et secundo. Unde Sanctus Thomas libro secundo Perihermenias lectione quinta dixit necessitas, quæ pendet ex causis prioribus est necessitas absoluta, hoc est absolute tollens libertatem.

Minoris

Minorem probo, quia necessitas ante, quae oritur ex suppositione antecedenti, quamque nec tollere nec ponere est in nostra potestate: sed si efficacia auxilij consisteret in phisica predeterminatione daretur in voluntate necessitas ad operandum orta e ad operandum ex suppositione anti, quam nec tollere, nec ponere esset in nostra potestate: ergo si efficacia auxilij consisteret in phisica predeterminatione daretur in voluntate necessitas ans ad operandum. minorem probo, quia ex suppositione quod conferatur auxilium predeterminans necesse e operari, ut adversarij fatentur: at ea suppositio e ans, et quidem prevenit usum libertatis, nec in nostra potestate e, quod ponatur, aut tollatur, ut etiam admittunt et docent ij, cum quibus disputamus eo quod a solo Deo conferatur independenter a nostra operatione libera, et meritis.

Confirmatur 1°. ex S.to Anselmo, quia necessitas precedens (seu ans) e quae causa e ut sit res, et necessitas sequens, quam res facit (verba sunt sibi 2i cur Deus homo capite decimo octavo), sed necessitas quae datur in voluntate ad concentiendum ex suppositione quod sit phisica premotio auxilij non causatur a concensu, sed potius e causa, ut sit concensus, cum ideo concentiamur, quia premovemur et quia ipsa predeterminatio precessit, sed et quia precessit necesse e concentiamus: ergo e necessitas ans (iuxta mentem, et doctrinam Anselmi) quae usum libertatis evertit.

Confirmatur 2°. ex eodem Anselmo, qui lib.° de concordia cap. 1° et 2°. docet necessitatem antecedentem ee, quam non facit nostra libertas: at necessitatem quae ad operandum datur ex suppositione predeterminationis non facit nostra libertas cum non oriatur ab illius usu, sed ex eo quod antea predeterminatur ad operandum, et precedat usum liberum arbitrij non illum sequatur: ergo necessitas

sitas, quæ ad operandum datur ex suppositione determinationis est antecedens et voluntati repugnans libertati illamque destruens. —

Confirmatur 3.° necessitas quæ non sequitur voluntatem liberam causæ, unde oritur, est antecedens, et contraria libertati, propterea enim Sanctus Chrisostomus homilia 12ª in epistolam ad Hebreos dixit Deum non antecedit nostras voluntates, ne laedatur liberum arbitrium sed necessitas quæ oritur ex suppositione prædeterminationis non sequitur voluntatem liberam causæ unde oritur. ergo est antecedens et libertati adversa. minorem probo, quia causa talis necessitatis est suppositio præmotionis, seu ipsa præmotio, at ea necessitas non sequitur voluntatem liberam causæ, cum sit antequam libere vellimus præmotionem, illiusque suppositionem. imo et antequam ullo pacto vellimus, siquidem cum operamur primo non habemus antecedentem voluntatem, qua vellimus, etiam illius suppositionem. —

Confirmatur 4.° effectus non potest esse liber nisi, vel in se, vel in causa; sed si efficacia auxilij consisteret in phisica prædeterminatione nec esset liber in se, neque in causa; ergo non esset absolute liber. maior patet, quia non est alius modus libertatis. minorem ostendo, quia id est liberum in se, cuius productio potest impediri suppositis ijs, quæ antecedant productionem, et se tenent ex parte prius; liberum autem in causa, cuius causa est in nostra potestate, licet ea posita nequeamus suspendere productionem. atqui productionem suspendere, seu impedire non possumus supposita prædeterminatione auxilij efficacis, quæ se tenet ex parte prius, et antecedit productionem, neque ipsa prædeterminatio seu efficacia auxilij, quæ est causa operationis est in nostra potestate, sed a Deo solo confertur, ut ij, cum quibus disputamus, fatentur. ergo. adverte tamen idem esse sentiendum de libertate effectus in causa, atque de libertate effectus in requisitis prævijs ex parte causæ, quod dixi ... propterea ...

quia

qui dicunt premotionem non esse causam electus. Ad requisitum ex parte causae ad illud. Sectio 9a vero proxime facta premittitur ex arte syllogistica.

Sectio. 9a

Ratio proximè facta premittitur ex arte syllogistica.

At vim novam addamus rationi factae magisque adversarios urgeamus summopere oportet ad principia artis syllogisticae, et formam arguendi recurramus: sic enim commodius, et clarius institutum concludemus. arguitur sic: haec est optima consequentia, et legitima argumentatio, quam adversarii non negant; datur efficacia auxilii, seu auxilium phisicè predeterminans ad conversionem ex gratia: ergo datur conversio. sed antecedens est mihi necessarium, seu mihi non liberum, ut fatetur Ledesma questione unica de auxiliis articulo 10 pagina 229a et tradunt reliqui Thomistae, dum asserunt efficaciam auxilii, et phisicam predeterminationem non esse mihi liberam, sed a solo deo conferri, dari quae in nobis sine nobis libere concurrentibus: ergo et consequens est mihi necessarium, seu non liberum. probo consequentiam, quia in bona argumentatione, quando antecedens est mihi necessarium, seu non liberum, nequit mihi esse liberum consequens.

Quod sic ostenditur, si antecedens esset mihi necessarium, seu non liberum, et esset liberum consequens, possem tollere consequens, et non antecedens; quia possum tollere, quod mihi est liberum, et non possum tollere quod mihi est necessarium, seu non liberum, at eo ipso possem stare antecedens verum, et consequens falsum: ergo ...

cum

cum hoc sit impole impole, quod ans sit mihi narium, et colns libelum. minorem probo, quia si tollatur colns non sublato ante stabit ans verum, et colns falsum: ergo si potest tolli colns non sublato anti, potest stare ans verum, et colns falsum. —

Confirmatur 1.º quia si ans esset mihi narium, et colns libelum posset falsum inferri ex vero posset impole, at e... demonstratus in summulis: ergo impole est quod ans sit mihi narium, et colns libelum: maior pr, quia nihil aliud est posse ex vero inferri falsum, quam posse durante anti nondari colns, sed posset durante anti non dari — colns siquidem posset non poni colns stante ante eo quod non deest libertas seu pota ad auferendum ans. ergo. —

Confirmatur 2.º l. voluntas, quae potest tollere colns potest illud separare ab ante l. non? Si dicas 1y.º ergo potest facere quod ans sit verum, et colns falsum, probo colntiam, quia nihil aliud est posse facere quod ans sit verum, et colns falsum, quam ab ante separare et seiungere colns. Si dicas 2y.º ergo si non potest tollere ans non potest tollere colns. patet colntia quia alias posset disiungere. l. aliter ergo ut possit tollere colns opus est possit tollere (si non supponitur ablatum, ut in nostro casu non supponitur) quod inseparabile est a colnte: est autem inseparabile a colnte ans: ergo opus est possit tollere ans, hoc non potest tollere ergo nec colns, atque ideo nequit esse libelum. —

Confirmatur 3.º si posita eficacia, et praedeterminatione phisica faciat voluntas quidquid potest. l. tollet colns solum, et non ans nempe premotionem; l. ans solum et non colns, l. utrumque simul? si 1y.º dabitur ans verum, et colns falsum, quod est impole. ergo et impole est, quod tollat colns, et non ans. Si 2y.º ergo colns non est libelum in se sed in cau-

sa

sa, seu ante. preterquam quod iam subditis ans premotionis humanae libertati, et potestati, quod cum tuis principiis aperte repugnat. Quod dici non potest, quia supponimus ex vestra doctrina ans non posse tolli a voluntate, quia non est in illius potestate, sed a Deo confertur antecedenter, et independenter, ut constat ex dictis. ——

Confirmatur 4°. Si voluntas posset tollere colns, ut parte ei liberum, et non posset tollere ans, ut parte ei naturum, poterit coniungere opositum contradictorium colntis cum ante, quod est in arte syllogistica absurdissimum, et manifeste impossibile iam enim non valeret ab oposito consequenti contradictorio ad opositum antis. Pro sequi: quia posse coniungere opositum colntis cum ante nihil aliud est quam posse tollere colns, quin tollatur ans, hoc posset voluntas, si posset tollere colns, et non ans. ergo. ——

Denique confirmatur quia bene valet: <u>tollit colns; ergo tollit ans</u>, alias staret ans sine colnte: sed huius argutationis colns est voluntati impossibile. ergo, et ans unde infertur; cum nequeat ex ante possibili inferri colns impossibile, nec possibile possit connecti cum impossibili, atque ideo ex positate antis infallibiliter colligatur positas colntis. unde concluditur esse impossibile. quod sit in potestate voluntatis tollere colns predeterminationis, et non sit in eiusdem potestate tollere ipsam predeterminationem, quae est ans. Sectio 10. 1a Solutio de sensu composito, et diviso. ——

Sectio 10a

Prima solutio de Sensu composito, et diviso.

Censere

Hinc e vim precedentis rationis adversarij alii varia que vias tentarunt illam solvendi, quas curabimus referre, ac simul refutare, ut omnia effugia recudamus, et in primis celebris est solutio valde que familiaris de sensu diviso, et composito, ut videre est apud magistrum Alvarez lib.° 3.° de auxiliis disp.e 22.a numero 33.° disp.e 23.a numero 3.° et lib.° 10.° disp.e 92.a numero 4.° et sequentibus, et disp.e 93.a et 94.a Vañes 2.a 2.æ questione 10 articulo 1.° ubi iam ulio ut omittam alios.

Rent igitur supposita efficacia auxilii, seu phisica premotione posse voluntatem facere oppositum in sensu diviso (et hoc sufficere ad libertatem) non in sensu composito (neque hoc requiri ad libertatem) quod perinde est ac voluntatem habere simul cum premotione potentiam ad oppositum non componendum, seu coniungendum cum premotione, sed ponendum prescindendo ab illa, et casu quo illa tollatur, et separetur. unde dicunt posita premotione manere in voluntate simultatem potentiæ ad oppositum, sed non potentiam simultatis; quia licet potentia ad oppositum sit simul cum premotione, non est potentia ad componendum simul oppositum cum premotione. atque ideo credunt sufficere ad libertatem simultatem potentiæ seu retineri simul cum premotione potentiam ad ponendum oppositum in sensu diviso premotionis non ulio requiri potentiam simultatis, que sit ad componendum oppositum cum premotione.

Hec solutio refellitur 1.° in voluntate phisice necessitata datur potentia ad oppositum in sensu diviso, et tamen, quia non datur potentia ad componendum oppositum cum omnibus, que antecedunt ex parte prius tollitur libertas. ergo potentia ad oppositum in sensu diviso non satis est ad libertatem. Maior patet, quia potentia, que in voluntate manet composita cum principio necessitante potens est ponere oppositum si non adsit

tale

tale prium, l. si ablo dividatur, et separetur. ~

Hinc é, quod licet vlatus retineat simul cum visione vlatifica simultatem pot ad oppositum nempe ad odium Dei, ponendum in sensu diviso, non libere amat, quia non retinet poam simultatis, hoc é, non retinet poam ad componendum oppositum cum visione, et amore vlatificis. et quod plus é Brutum apetit sibum supposita viva representatione obti, et cum tali propositione retinet poam non apetendi in sensu diviso, nec tamen ideo apetit sibum cum libertate. ~

2° refellitur. ad libertatem non suficit hére poam ad operandum, quando adsunt óia requisita ad operationem, et ad non operandum, quando non adsunt óia. sed posse voluntatem operari in sensu composito é hére poam ad operandum, quando adsunt óia requisita, et ad non operandum quando non adsunt. ergo. non suficit ad libertatem posse operari in sensu composito, et posse non operari in sensu diviso. maior videtur clara, quia it hén Dola, id héntia se naile, nec tamen ullus dixit quod operentur cum libertate. minorem probo, quia premotio é requisitum et posse operari in sensu composito é posse operari, quando adest illa. posse vero non operari in sensu diviso é posse operari, quando non adest.

3° heretici Lutheriani, et Calbinistae negabant humanam libertatem, et propterea damnantur a Tridentino. sed non negabant posse operari in sensu composito, quando gratia, et requisita óia, et posse non operari in sensu diviso, quando gratia, l. aliquod requisitum deest. ergo non suficit ad libertatem posse operari in sensu composito, et posse non operari in sensu diviso. Confratur, et explatur amplius, id non suficit ad libertatem, quia Luterus admittebat

tebat. Sulms autem admittebat simultatem pos ad oppositum, negabat vero pog simultatis cum gratia. ergo non sufficit ad libertatem simulta. pot ad oppositum, nisi adsit etiam pota simultatis. ——

4°. At pa operatur libere opus est, quod sit domina suae operationis. sed non esset domina suae operationis nisi posset oppositum in sensu composito praemotionis, et oium, quae oio antecedunt ex parte actus primi. ergo non sufficit posse in sensu diviso. minorem probo, quia non est domina nisi possit suspendere suam operationem illam vel impedire. at supposita praedeterminatione non potest suspendere suam operationem, nec illam impedire. ergo nec manet nec est domina suae operationis supposita praemotione. ——

5°. Ut effectus sit liber debet esse absolute in nostra libera potestate: sed nequit esse absolute in nostra libera potestate, nisi haec possit ponere oppositum in sensu composito praerequisitorum ex parte actus primi, aut nisi possit ponere sensum divisum dissolvendo sensum compositum: ergo cum neutrum posset facere, (siquidem, ut ait, nequit componere oppositum cum praemotione, et etiam nequit dissolvere sensum compositum, eo quod praemotio non subiiciatur nostrae liberae potestati, nec ab ea pendeat ut sit) effectus non est absolute liber. maior est certissima. minorem probo, quia nequit esse absolute in nostra libera potestate, nisi vel in se, vel in caussa in se quando cum oibus praerequisitis potest componere oppositum in causa, quando potest tollere caussam, et illam removere. ergo nequit esse absolute liber, nisi possit poni oppositum in sensu composito, aut nisi possit poni sensus divisus, dissoluto composito. ——

Haec explatur exemplo satis apto, quorsus fuit

Fuit quidam recentior ad eandem solutionem impugnandam si hō dormiens constringeretur vinculis sine sua libertate, quae se suis viribus nequiret rumpere, aut solvere, certe nullus asseret eiusmodi hōi eē liberum incedere, quia licet posset incedere, si vincula rumperentur, tamen quia neque potest ligatus incedere; nec potest vincula solvere, aut dirrumpere, ut sic solutus incedat non ē ei liberum incedere, libertas enim ad incedendū exigebat alterum ex illis duobus. ergo similiter si dormiente hōe hoc ē si eius voluntate inconsulta, et independenter ab illa praemotio infundatur, qua constringatur, et detrahatur, quamque abiicere non possit neque illius vincula rumpere, quis dicat liberum ei eē ad operandum incedere? quia licet posset si vincula praemotionis rumperentur, quia tamen neque potest ligatus praemotione incedere, nec potest talia vincula rumpere, ut sic solutus ad operandum incedat, non ē ei liberum ad operandum incedere, quia alterum ē duobus libertas incedendi ad operationem exigebat. Sectio IIa. 2a solutio ex modo operandi accommodato nae causae liberae.

Sectio IIa.

Secunda solutio ex mō operandi acommodato naturae causae liberae.

Alia via venit adversariis asserendo quod Deus movet, et detrahit causas 2as conformiter ad earum naturas, seu acommodando se naturis illarum – unde cum nā voluntatis sit primum pōe liberae, Deus cum illam praemovet se acommodat mō libero, atque ideo praemovendo phisice facit quod operetur infallibiliter

libiliter, et acommodando se naturę voluntatis, facit q ope fiat libetie

autem modo libero, quo circa licet prę motionis supp.o sitans, et voluntati

naria; nec possit cum illa componere oppositum. adhuc stat li-

bertas. sic navarrete tomo 2.o Controversia 1.a de auxilio

excitante conclusione 1.a alvares lib.o 3.o de auxiliis disp.e 22.a nu

mero 20. et satius numero 36.o ac non semel alibi. cum quibus

videtur concidere Matheus Rispolis tractatu de prę definitionibus,

et prę determinationibus lib.o 2.o pagina mihi 295; cum ait hanc sup-

positionem autem destruere libertatem, quando id, quod supponi-

tur, supponitur per modum naturis secus quando per modum lenientis con

fortantis, et dulciter trahentis, ut supponitur prę motio phisica, et au-

xilium eficaix phisice prę determans. qua solutione ipsius hic

author dicit se nihil dificultatis invenire in nostro argumento, quamvis

illud aliquos ex suis adeo turbaverit, ut dixerit convin-

cere omnem intellectum.

Cęterum hęc solutio refutatur 1.o quia eo

dem pacto vere possent luterus, et Calbinus, nempe gratiam dei

eficacem licet antecedat humanas voluntates, eaque ita poten

ter dirigat, ut infalibiliter faciat consentire, et prorrumpere in operatio

nem, quin possit cum gratia componi oppositum, non tollere libertatem,

sed illam servare in deg.em, quia gratia eficax non datur per

modum natis, sed per modum lenientis, et confortantis modo quę acommoda

tone prę liberę.

Refutatur 2.o quia na. pot liberę eo posse

cum oibus, quę precedunt ex parte pris componere oppositum ergo si de

us ita prędeterat, ut nequeat cum prędeterminatione, quę antecedit ex par

te pris, componere oppositum, ut adversariis ipsi verbo et scriptis fa-

tentur non prędeterat deus per modum lenientis, sed per modum naris,

non acommodando se nę pot liberę, sed illam destruendo

et acommodando se nę causę narię. atque ideo evertit liber-

tatem

tatem.

Refutatur 3.º quia nonminus est de ratione pot. liberae posse, positis omnibus requisitis, suspendere operationem, quam de ratione causae naturalis nonposse suspendere eisdem positis: ergo sicut ageret contra rationem causae naturalis si faceret quod positis omnibus requisitis posset suspendere operationem, nec in hoc se acommodaret illius rationi; ita aget contra rationem causae liberae si faciat media praedetratione, quod positis omnibus requisitis nequeat suspendere operationem nec in hoc se acommodavit rationi illius.

Refutatur 4.º quia si causa creata poneret in humana voluntate eam ipsam praemotionem, quam deus ponit, humana voluntas non operaretur libere sed naturaliter, ut adversarij fatentur dicentes quod si, ut a Deo praemovetur voluntas praemoveretur a causa creata voluntas non operaretur libere sed naturaliter. ergo modus quo voluntas praemovetur a Deo, non acommodatus potentiae liberae, atque ideo tollit libertatem. probo consequentiam, quia si esset acommodatus, etiam esset, quamvis fieret a causa creata, cum haec servaret eundem, eandemque rationem praemotionis conferret. nisi forte dicas albedinem collatam a Deo, facere subiectum album collatam vero a causa 2.ª facere nigrum, seu nonalbum. gratiam santificare subiectum si confleratur a Deo, non vero si confleratur ab Angelo; idemque esset de reliquis formis.

Refutatur 5.º quia ut bene Petrus a S.to Joseph et Petrus Vanrecun notant videntur adversarij petere principium, nam dicere, quod praemotio phisica nontollit libertatem, quia non supponitur per modum naturalis, sed per modum clementis acommodatum naturae pot. liberae est quod dubitamus, contendimus enim eo ipso quod praecedat; et cum illa non possit componi oppositum, suponi per modum naturalis, et non modo acommodata naturae pot. liberae, sed modo illi repugnante.

Denique

Denique refutatur, quia ille mus non acommodatur ne causę liberę, quę facit ne causa dum operatur, sit domina suarum actionum: sed mus concurrendi media premotione facit ne voluntas, dum operatur, sit domina suarum actionum. ergo non e acommodatus ne causę liberę. maior mihi e certa, et ideo Tertullianus lib. 2° adversus Marcionem cap. 6° dixit tota libertas arbitrij in utramque partem concessa e illi, ut sui dominus constanter occurreret et Ctro apud Suarium definivit potestatem (quę importat dominium) operandi pro libito et faciunt verba Pauli 1a ad Corintios 7° potestatem autem hens suę voluntatis. minorem probo, quia nequit operari ut domina, nisi ita operetur ut prius (na, l. rone) quam incoet operationem possit illam suspendere, aut impedire, sed mus concurrendi media premotione facit ne prius quam incoet operationem possit illam suspendere, aut impedire. ergo minorem ostendo, quia nequit suspendere, aut impedire operationem retenta, et stante premotione, alias cum premotione posset coniungere negationem operationis, quod dicis implicare. neque etiam potest tollere premotionem, ut ea sublata impediat, cum premotionem ee, aut non ee minime pendeat a nostra potestate, ut ait nec illi subiiciatur. ergo cum non sit alius mus impediendi, semel admissa in voluntate premotione, concludendum e mus concurrendi media premotione non relinquere voluntatem dominam suarum actionum, neque ee acommodatum ne illius, ut libera e, et consequenter adversarii libertati. ——

Accedit quod tunc deus vult effectum produci liberè, quando preparat cas defectibiles, seuque deficere possunt, et tunc vult produci nario, quando preparat cas indefectibiles, seuque deficere non possunt: atqui hoc posito non mo se het deus, quando premovet voluntatem ad operatione

tionem: ergo non vult operationem voluntatis produci liberè, nec vult se acommodare ne pos libere, sed illam existere. maiore: sti Thome 1a parte quest. 19a art. 8 vbi sic ait, vult autem deus, quedam fieri nario, quedam contingenter etta et ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias, que deficere non possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt; quibusdam autem aptavit causas contingentes, defectibiles, ex quibus effectus contingenter eveniunt. Minorem probo, quia premotio, quam deus preparat è causa indefectibilis, et adeò efficax, vt implicet eam dari, et non dari operationem.

Sectio 12a.

Solutio ex eo quod precedat iudicium de indifferentia obti.

Alia solutio ex Solemnioribus è ideò non tolli per premotionem libertatem, quia precedit iudicium indifferens, in quo tanquam in radice, stat libertas subsequentium actuum nostre voluntatis. quod explans Vanek 1a parte questione 19a articulo 10 documento 3o. ita evenire ait. proponit intus voluntati obiectum, quod de se ipso indifferens è ad assequtionem obti voluntatis, neque cum illo necessariam connectionem het, et nihilominus iudicat ordinabile ee ad finem voluntatis, l. ad assequtionem illius, l. ad participandum aliquam bonitatem ex fine, et tunc iudicat, vt ordinetur ad finem, et statim voluntas elligit; actntali actione formaliter è libera, que libertas oritur tanquam ex radice efficaci ex predicto intellectus iudicio,

Observat item obiter indifferentiam a se collocari in ipso obto iudicato, nec opus ee intelligere in ipso intellectu, l. in actu ipsius indifferentiam esse. Vnde 2o colligit 1um quod actus voluntatis semper erit liber si oriatur ex predicta radice iudicij. 2um quod quidquid ante cesserit, vel commitabitur, vel supervenerit ad actum voluntatis, si non tollat

lat iudicium illud circa medium respectu finis non destruet libertatem operationis, quae licet nostrae voluntatis operationem antecedat aeternum, et immutabile Dei decretum praefinitio, praedeterminatio etiam, non laeditur libertas, quia non tollitur praedictum iudicium. haec solutio, et explicatio fideliter desumpta est ex Vanes, et fere eisdem verbis, cui etiam consentiunt Alvarez libro secundo de auxilijs disputatione decima octava numero vigessimo tertio, libro tertio disputatione vigessima sexta numero decimo secundo libro decimo secundo disp. 11 5a. numero 7, et disputatione 116a numero 9. Navarrete tomo 2. controversia 11a. § 3o. et etiam alibi author libelli de hac materia exhibiti initio litis pro instructione causae et alij.

Caeterum haec solutio non est solidior praecedentibus, nam primo Lutherus, et Calvinus non negaunt praedictum iudicium indiferens, seu de indiferentia obiecti, ut bene observavit Pennotus lib. 1o. propugnaculi cap. 8. sed illud admittere, et tamen negaunt libertatem universique Theologi adversus eos, tanquam adversus hostes libertatis agunt, copiasque instruunt, ergo quia ad libertatem non sufficit iudicium de indiferentia obiecti, alias heretici non errarent circa libertatem, sed circa nomen concedendo, quod revera libertas est, et negando, quod dici debeat libertas.

2o. saepe in somnis proponitur obiectum, ut indiferens, et non nario amandum, nec ex se , et tamen non illud amplectimur libere alias daremus in dormientibus libertatem, meritum, et demeritum, quod absurdissimum: ergo non satis est iudicium de indiferentia obiecti ad salvandam libertatem quod argumentum instaurari etiam potest in motibus primo primis, qui fuerint circa obiectum, quae non proponuntur, ut nario amanda. 3o: quia 1. quando honario operatur proponitur illi obiectum, ut in se, et ut se habet in ordine ad finem:

.1. aliter

nd. aliter ac in se habet; et in se est? si dicas 1um? ergo cum in se sit indifferens proponetur ut indifferens, et dabitur iudicium de indifferentia obiecti, quamvis naturaliter, atque ideo corruit tua solutio. si dicas 2um? ergo quoties naturaliter operamur precedit iudicium falsum, et erroneum? quod quis dicat. — —

4o. quia ut bene Docta (et colligitur ex angelico preceptore questione 22a de veritate articulo 8.) non obstante iudicij indifferentia impediri potest dominium voluntatis supra actum; sive negando concursum generalem ad unam partem, sive impellendo, et cogendo determinate ad aliam; sine concursu enim universali, quo cause 2e indigent ad operandum stare nullo pacto potest libertas. ergo non sufficit iudicium de indifferentia obiecti ad libertatem; siquidem, eo stante, potest voluntas necessitari. — — —

5o. impugnat Per Meratix, quia iam deus non posset necessitare voluntatem creatam ad amorem illius boni creati contra communem Theologorum doctrinam. probat: quia deus non potest facere, quod proponatur obiectum creatum aliter ac in se est, et cum in se sit indifferens, et non necessarium non poterit tollere indifferentiam iudicij, et consequenter nec necessitare. —

Contrarium 1o quia si voluntati antecedenter necessitate, ad non peccandum; per unionem hipostaticam aut visionem beatam preciperet deus aliquod opus cum omnibus suis circunstantijs nulla dempta libere operaretur, si haberet iudicium indifferens. Contrarium 2o, quia libertas desumenda est ex opposito illius, unde sumitur necessitas. at necessitas sumitur in agentibus naturalibus et naturalibus non ex eo quod precedat iudicium determinatum, sed ex eo quod nequeat componi oppositum cum

omnibus

ribus requisitis, et iis, quae antecedenter se tenent ex parte prij et actus. ergo. Sectio. 13a. rursus impugnatur solutio de iudicio indifferenti.

Sectio 13a.

Rursus impugnatur solutio de iudicio indifferenti.

Nondum exhaustae sunt impugnationes aliae adhuc restant, quarum 1a é, . l. quando praecedit iudicium de indifferentia obti, et phisica praemotio potest voluntas suspendere operationem componendo opositum cum praedeterminatione, l. non? si 1a. ergo non repugnat cum praemotione componi opositum quod aperte negat. si 2a. ergo non é in potestate voluntatis suspendere operationem, atque ideo non é illius dominatrix quoad talis operation. probo consequentiam, quia nequit ee in potestate voluntatis suspendere operationem, nisi sit in illius potestate tollere praemotionem (si non tollat, dum suspendit operationem, componat opositum cum praemotione) l. praemotione non sublata possit cum illa componere negationem operationis. atqui neutrum potest. Cum te. ergo quantumcunque praecedat iudicium de indifferentia obti libertas evertitur si phisica praemotio praecedat. — —.

Confirmatur, et declaratur amplius. dominium, et potestas suspendendi actum duplex ee potest, l. rei in se. l. in causa, seu antecedente. prior potestas non extat posita praemotione, cum nequeat facta tali suppositione voluntas suspendere operationem. posteriorem etiam non dari probo; quia tum datur potestas in causa suspendendi actum, quando datur potestas tollendi causam, unde sequitur actus, ut postea suspendat actum: sed non datur potestas tollendi praemotionem, quae é ca determinans

ad actum

ad actum

2.a quando activitas unius est maior quam potentia et vis resistiva alterius, cooperatio egreditur necessario rationi praeexistentis, neque in potestate resistentis est, quod operatio non fiat. Sed vis activa praemotionis quantumvis praecedat iudicium de indifferentia obiecti est maior quam potentia, et vis resistiva voluntatis. ergo operatio egreditur necessario rationi voluntatis, quantumvis praecedat iudicium de indifferentia obiecti, neque in potestate voluntatis est, quod operatio non fiat.

3.a actus non dicitur formaliter liber ex indifferentia obiecti, sed ex principio sic procedit ut possit non procedere, seu suspendi: ergo quoties non sic procedit ut possit non procedere, seu suspendi, nullatenus procedet ut liber, neque principium a quo procedit se exercet ut liberum. at quando datur praemotio in voluntate ~~2 indiv~~ nequit tunc non procedere actus, nec potest suspendi: ergo nullatenus procedit, ut liber, nec principium a quo procedit se exercet, ut liberum.

4.o urgetur Pater Montoia: si sufficeret ad libertatem indifferentia iudicij in Deo, ubi impossibile foret iudicare creaturas non habere necessariam connectionem cum fine, sed esse secundum se indifferentes non esset libertas, probat quia si non fuit in Deo alia ratio libertatis in creatione michaelis exemplificata praeter cognitionem illam, seu iudicium, supposita tali cognitione non fuit in Dei volitione possibilitas, ut non vellet creare Michaelem, et impossibile fuit non creare, quia supposita volitione efficaci Dei necessario sequitur creatio, unde tandem sequitur hanc veritatem ~~sequitur hanc~~ fuisse cognitam a divino intellectu absolute necessarium est ~~Deum~~ velle creare, et de facto creare Michaelem, cuius contrario iudicio deciperetur Deus, nimirum si iudicaret.

ret Michaelem non hēt nariam connexionem cum Deo, sed ēē indiferentem, ut Deus velit illum creare, aut non vellit, sed nolit, en inquit hēc sententia se implicat in terminis.

5ª Ultra idem autor sequeretur ex contraria sententia nullam prorsus ēē indiferentiam in Deo, neque quoad operationes increatas ad intra, puta intellectione, et volitionem, neque quoad creatas ad extra, quia nihil ē unde incipiat indiferentia, nam in primis divinus intellectus nārio detratur ad iudicandum circa Michaelem ēē possibile, et dignus opus infinito artifice. Rursus Michaelem ēē de facto creandum iudicare, aut imperare non potest divinus intellectus, nisi dependenter a divina voluntate determinante se ad volendum creare, quod si voluntas divina non hēt in se indiferentiam ad volendum, et non volendum creare Michaelem supposita cognitione, quē prēcedit in intellectu, nam voluntas nārio detrata ē, ut vellit creare, et consenter intellectus divinus nārio detratus ē ad creationem imponendam, et afficiendam; creatioque nārio erit. quapropter omni ex parte ē detratio, et necessitas, nullaque prorsus indiferentia.

Sectio. 14ª

4ª solutio ex eo quod voluntas possit componere oppositum, sed non componet.

Aliquibus visum ē suficienter solvi nostrum arguitum, si ex una parte debent posse componi cum prēmotione, et reliquis, quē prēcedunt ex parte actus primi negationem conclusionis, seu operationis si voluntas vellit, (eo quod

(eo quod aliter salvari nequeat libertas) ex alia vero dicant quod nunquam componet, nec potentia ad componendum oppositum reducetur ad actum; nam ratione primi salvatur libertas voluntatis praemotae, et ratione secundi salvatur eficacia, infrustrabilitas, et infalibilitas praemotionis, quae in hoc stat, quod nunquam ea durante ponatur oppositum, quod si nunquam componitur cum praemotione, licet possit bene valebit, et erit infalibilis coentia, est praemotio: ergo voluntas operatur ita Alvelda 1ª parte quaest. 19. articulo 8. disputatione 58. sectione 3ª n.º 34.º vers. dico, et sequentibus.

§. Haec solutio a rigore praemotionis Thomisticae degenerat, et videtur dare manus nostrorum argutiis omnium etiam ex pratis, illudque praecipuum praemotionis hactenus a Thomistis excogitatum est quod cum illa repugnet negatio operationis, nec ea stante, possit componi oppositum. unde illius autores non solum dicunt nunquam ea stante ponendum fore oppositum, sed nec dari potentiam ad componendum.

Quidquid tamen de hoc sit impugnatur 1.º solutio Alveldae, quia si, ut ait, cum phisica praemotione potest voluntas coniungere oppositum. ergo potest frustrare voluntatem divinam eficacem? quod nullo pacto concedis. probo consequentiam, quia voluntas Dei qua nostram praemovet ac phisice praedeterminat ad operationem est eficax; hanc posset voluntas nostra frustrare. ergo posset frustrare voluntatem Dei eficacem. minorem probo, quia nihil aliud est posse frustrare voluntatem illam divinam, quam posse cum illa componere oppositum, posset secundum te; siquidem posset componere oppositum cum praemotione, quae est illius strumentum ergo.

2.º si, stante phisica praemotione potest proxime poni oppositum, seu componi? ponatur de facto, et componatur; nam possibili posito in esse nullum sequitur, ut dici solet, inconveniens.

inconveniens. Unde statim colligam non sequi infallibilitatem operationem ex premotione, neque hanc esse ineuitabilem, neque voluntatem Dei absolutam, et efficacem talem esse, ut ei resisti non possit, neque hanc incompatibilitatem cum negatione operationis, et alia multa praeterea, quae phisicae premotionis autores constantissime negant.

Resp. Alvarez §. Si vero illud axioma solum verificari in iis, quae omnibus modis sunt possibilia, non autem in iis quae sunt impossibilia aliquo modo, ut est quod re ipsa ponatur negatio operationis stante premotione, et cum hac illa componatur. Contra, quia vel est absolute, et simpliciter impossibile omnibus consideratis, et inspectis, quod componatur oppositum cum premotione vel non? si 2us ergo absolute est impossibilitatis compositio, atque ideo non habet voluntas potentiam ad illam; secus diceretur posse, quod est simpliciter impossibile. Si 2us ergo absolute potest poni, et tamen nullum sequitur inconveniens, si ponatur, et si sequitur signum clarum est non esse absolute possibile.

Confirmatur, quia vel ut sit possibilis compositio oppositi opus est, quod possit poni omnibus modis, vel non. si sum, ergo non est possibilis compositio oppositi quandoquidem ais non esse possibilem omnibus modis. si 2us. ergo licet ponatur non sequitur inconveniens, quamvis non sit possibilis omnibus modis, quia ut ponatur non opus est quod ponatur omnibus modis. Confirmatur praeterea, quia vel ut ponatur, opus est, quod ponatur omnibus modis, vel non. si 1us ergo cum non possit poni omnibus modis, quia non est possibilis omnibus modis non poterit poni oppositum ut ais. patet quia non potest poni oppositum nisi ponatur eo modo quo opus est, ut ponatur; sed opus est, quod ponatur omnibus modis, ut ponatur. ergo cum non possit omnibus modis non poterit poni. si 2us. ergo ut oponatur non opus est quod possit poni omnibus modis, atque ideo non sequetur inconveniens si

ponatur

ponatur eo mō quo poni potest nec opus erit poni eo mō quo non potest.

Deinde 3º. l. ex hoc ante ac deinde ponitur re ipsa oppositum, stante premotione infertur aliquod impossibile, l. non? si sequitur ergo non est in voluntate pōa illud anteq re ipsa ponendum, at ideo non solum voluntas non ponet, sed nec poterit poni, posset colin-tiā; quia in voluntate non est pōa ad ponendum re ipsa aliquid, ex quo sequitur impossibile, l. quod est conexum cum aliquo impossibili. si non sequitur? ergo nihil obstat quominus re ipsa componat oppositum; nec si ponat, et componat, dabitur aliquid in conveniens, quod negas.

4º l. expositione praesupposita premotionis in voluntate creata valet ad positionem operationis; hoc pacto datur premotio physica, ergo datur aut dabitur operatio? l. non? si hoc? ergo premotio physica non determinat ex se infallibiliter voluntatem, sed est indifferens donec voluntas se, et illam determinet. atque ideo frustra erit talis premotio ad determinandam voluntatem, et tollendam illius indifferentiam. si alio illud? ergo qui nequit tollere ans, sicut voluntas nequit, etiam nequit tollere cons, nempe operationem. ac proinde tam impossibile est quod voluntas, posita premotione, non operetur, quam quod abiiciat premotionem semel acceptam, impediat vel recipiendam, alias posset tollere cons, et non ans, et consequenter daretur ans sine conste, et ans verum, et cons falsum, quae sunt impossibilia, et in arte syllogistica prorsus absurda.

Petunt aliqui ulterius ab Adversario, unde colligat, aut quis ei dixerit quod nunquam voluntas ponit oppositum stante premotione, si adhuc hac stante habet potentiam proximam, et expeditam ad illud ponendum, et destruendum si velit? Veram ipse habet recurrendo ad efficaciam auxilii, nec opus est modo solutionem impugnare.

Sectio. 15.ª

relique

Reliquę solutiones impugnatę

Supersunt adhuc aliæ solutiones, quas oportebit etiam refutare inter quas primo numeranda ē illa quam gravissimi quique ex Thomistis coiter adhibent, videlicet præmotionem physicam, seu vim præmovendi, quę auxilio inest non inducere necessitatem consequentis, sed consequentię, quę non tollit libertatem, sicut neque illam tollit scientia visionis, aut prędestinatio, quamvis ex his deducatur necessaria consequentia effectus; quia hęc necessitas non ē ipsius consequentis cum non faciat ipsum in se ēē necessarium, sed consequentiam, qua deducitur ex antecedenti, et facit esse necessarium quod infertur. At quod sit consequentię, et consequentis ex eo colligunt; quia necessitas consequentię illa ē, quę inducitur ipsa operatione. Unde cum voluntas divina concurrat simul cum nostra, cum illa que constituat unum principium adęquatum non minus debet atendi ad necessitatem voluntas divina, quam nostra, atque ideo licet præmotio antecedat nostram cum non antecedat divinam, sed operatione ipsa divina inducatur ē consequentię, et non consequentis.

Verum cum supra ostensum sit necessitatem, quam præmotio physica inducit ēē antecedentem, et non pure consequentem sufficienter hęc solutio impugnata ē, quę solum voce differt ab illa, eadem etiam ē necessitas antecedens seu necessitate consequentis, et necessitas consequens cum necessitate consequentię.

Nihilominus impugnatur rursus, quia ut optime Dosa ait, inde sequeretur non posse deum necessitare nostram voluntatem, quia medium quo eam deberet necessitare, esset consequens voluntatem divinam, et non antecederet

cederet divinam operationem, quamvis antecederet voluntatem creatam: ergo si ad salvandam libertatem, et vitandam necessitatem consequentis satis est, quod necessitas, quae inducitur non antecedat, sed sequatur voluntatem divinam, quamvis antecedat voluntatem creatam impossibile foret deum necessitare nostram voluntatem.

Deinde amor beatificus esset libera, et non necessarius (accipit liberum non pro voluntario, et spontaneo, seu ut opponitur violento, sicut Scholtus, et sui accipiunt, sed prout dicit potentiam proximam ad utrumque) patet: nam amor divinus esset consequens divinam voluntatem confirmatur, quia quod necessitas per praedeterminationem inducta non antecedat divinam voluntatem, solum facit quod sit consequentiae respectu illius, non quod non sit consequentis respectu nostrae, quam antecedit.

Denique probatur falsitas huius solutionis, quia etiam deus concurrat simul cum voluntate creata ad actus indeliberatos; et tamen hi fiunt necessario necessitate consequentis; non obstante quod eiusmodi necessitas sit consequens divinam voluntatem: ergo ad necessitatem consequentiae respectu nostrae voluntatis non satis est, quod sit consequens divinam, sed requiritur, quod sit etiam consequens nostram. Confirmatur respectu illius est consequentis, et non solum consequentiae, respectu cuius antecedit, et respectu illius est consequentiae, et non consequentis respectu cuius non antecedit, sed respectu voluntatis creatae antecedit, et non antecedit respectu divinae. ergo respectu creatae est consequentis, et non solum consequentiae; respectu vero divinae erit consequentiae. confirmatur 2°. respectu illius necessitas est consequentiae solum, et non consequentis, in cuius potestate est tollere consequens

colus: sed in potestate libera voluntatis præmotæ non è tollere colus, ut supra ostensum è: ergo illius necessitas non è solu coltiæ, sed volunt.

2ª solutio ait præmotionem non evertere libertatem, quia licet ea posita, operatio fiat nãria rõe præmotionis, tamen rõe voluntatis fit liberè, nec mirũ videri debet, quod concurrentibus duabus cis parialibus altera libera, altera nãria operatio evadat libera respectu causæ liberæ, et nãria rõ nãriæ, quemadmodũ combustio, quæ ab igne, et deo procedit è libera, et nãria; libera rõ dei, qui è causa libera, et nãria rõ ignis, qui è cã nãria.

Hæc solutio debilis è, nã 1º. supra ostendimus non servari iura libertatis in voluntate, si physice prædetur, atque ideò voluntatẽ non concurrere, ũt cãm liberam, sed ut nãriã, neque ex illa, et præmotione resurgere complexum causæ liberæ, ut talis, et nãriæ, sed unã totalẽ cãm nãriã.

2º. quia l. voluntas potest resistere eficaciæ, et prõ activitati præmotionis impediendo illius operationẽ aut non? si dicas sum? destruis nã præmotionis de cuius conceptu è habere repugnantiam cum negatione operationis, et nãriã colitiã, et connexionẽ cũ operatione, si 2ũ? ergo non operatur liberè, neque liberè a voluntate procedit operatio. patet cõntia, quia tunc non procedit operatio liberè ab aliqua cã, quando sic procedit, ut nequeat absolutè impediri, quod procedat.

3º. quando concurrunt duæ causæ ad operationem altera ex se libera, altera necessaria, si necessaria rapiat liberã, sibique subdat, non autem è converso, actio, et operatio fient nãrio ut sencere è in oium sententia, quando deus mõ aliquo necessitat voluntatem humanam ad operandum; non enim aliunde necessitat, nisi quia voluntas subditur medio, non autem è converso, sed præ detratio phisica sibi subdit voluntatem eamque ad operandum rapit ut adversarij fatentur. non autem è contra ergo.

4º. l. voluntas potest absolute, et simpliciter facere ne sit operatio ad quam præmovetur l. non? si 2ũ: ergo

ergo absolute operatur nariy? Si Lyb. ergo le potest tollere predetrationem, l. potest coniungere, et copulare, cum illa negationem operationis quod vtrumque e intra sententia impolle. non ergo egreditur operatio libere a voluntate, sed tum ab ipsa quam a premotione fit naria.

Si quando causa naria plus potest agere quam possit ei altera concausa resistere nesesario fit operatio ab vtraque nec ru concause erit operatio liblera, siquidem non relinquitur in illius potestate; alias posset plus resistere, quam alia agere. sed premotio e causa naria operationis, et plus potest agere quam voluntas, que e concausa, resistere; alias posset voluntas detrationem frustrare, et operationem suspendere, contra eaque de predetratione dicunt illius autores. ergo nec ru premotionis, nec ru voluntatis erit operatio liblera, sed ru vtriusque naria. mitto quod heretici liblitatis evlusores possent eadem solutione respondere, nimirum posita gratia eficaci in voluntate humana adhuc operationem evadere liblram, quia licet fiat naria ru gratie, non fit naria ru voluntatis.

Ad ronem, qua nitebatur proxima solutio retur, quod licet quando concurrunt ad operationem causa liblera, et naria, operatio sit liblera ru cause libere sitaliter concurrat, vt sibi heat subditam causam nariam, adeoque dependentem, vt possit si vellit causalitatem cause narie impedire, plus que ei resistere, quam ipsa agere, vt contingit in deo ru ignis, secus quando non sibi eam subdit nec potest ei plus resistere, vt in voluntate contingit ru premotionis.

Alie solutiones minoris momenti solent exhiberi ab adversariis, quas nec referre nec refellere opus e, cum l. facille ex dictis impugnari possint

possint, l. ipse ex se sufficientis impugnationis maz exhibeat, debilique nitantur fulcro alia q nos vocant maioris momenti. Sectio decima 6ª. 4ª ro ex eo quod premotio non sit nasia.

Sectio. 16ª

4ª ratio ex eo quod premotio non sit necessaria.

Cum autores contrarie sententie ex eo indicant vim predetrandi in auxilio eficaci, quia credunt ad opera gratie requiri etiam premotionem sicut ad caetera ne, nec aliter credant salvari posse debitam subordinationē cause rē ad Dg. nec debitam detrationem cause indiferentis, vt ē voluntas, profecto eficax argūtū insurget, si ostendatur premotionem ex nullo eorum capitum ēē nasiam, videlicet, neque ex subordinatione debitā ad causam Dg neque ex indiferentia voluntatis, precertim si monstremus ex oposito sequi deum ēē autorem pecati. —

Igitur pr premotionem non ēē nasiam ad aliquid ex predictis, nam ad subordinationem cause create ad Dg suficit quod ad operandum ab illa per se dependeat, ita vt nihil possit agere nisi deus simul adiuvet, l. concurrat. ad detrationem autem satis ē quod deus voluntati tribuat oia requisita, et suficientia cum pra ad se detrandum; sic enim ipsa se poterit detrare, quod ita ostendo l. cum auxilio suficiente voluntas potest absolutē se detrare, l. non? si sis hablo intentum ergo absque premotione potest atque ideo ipsa non ē nasia quando quidem id nasium non ē, sine quo res fieri, et obtineri potest. si 2s? ergo auxilium non ē suficiens cum id non suficiat ad operandum, vltra quod requiritur aliud. ore etiamq

quod

quod iam quando ad unam partem determinatus non habet omnia requisita ad oppositam, cum requiratur determinatio, quae ad oppositam partem non datur, . ~~deinde~~

Deinde quia si voluntas absque praemotione non potest se determinare ergo determinatio non est ei libera, neque ad illam pertinet electio sed ad deum, atque ideo frustra deus hominem reliquisset in manu consilii sui, ut reliquisse testatur ecclesiasticus cap. 15. inquiens, Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii. frustra item ante illum poneret ignem, et aquam, vitam, et mortem, bonum, et malum, ut eligeret, et ad quod vellet porrigeret manum, dicens ecclesiastici 15. apposui tibi aquam, et ignem ad quod volueris porrige manum tuam, ante hominem vita, et mors, bonum, et malum, quod placuerit ei dabitur illi.

Praeterea si absque praemotione non potest homo se determinare ergo quod non se determinet ad bene operandum non sibi imputabitur, cum non stet per ipsum, sed per deum, ad quem pertinebat determinatio, non ad hominem, qui se determinare non poterat, nec bonam operationem potius, quam malam amplecti, et sequi. unde nec ei imputandum erit, quod praecepta non servet, quando tempus urget implendi. sed neque laudandus erit ex eo quod se determinaverit ad bene operandum, cum ea determinatio solum sit a deo, et non ab ipso.

Rursus praecepta dei rem impossibilem injungerent, nam quando homo peccat non habet determinationem ad non peccandum sed potius ad oppositum. ergo nequit se determinare ad non peccandum sive illum consideres eo ipso instanti quo peccat, sive tempore ante. ergo cum deus praecipiat homini, ut se determinet ad non peccandum, scilicet ad vitandum peccatum rem homini impossibilem praecipit. ex quo ulterius fieret praecepta dei esse vana, temeraria, ridicula, et sapientissimo conditore indigna.

Adde, quod homo iuste queri posset, quod Deus illum non determinet ad bene operandum, quando praecepta bene operandi viget, siquidem ipse de se non potest, et expectans divinam praedeterminationem, quam Deus noluit concedere et absque culpa hominis negavit, recte quae dicere posset: domine ego si possem, me determinarem ad bene agendum, tu me determinare debebas, et si determinares bene agerem, sed quia non me determinasti, non bene operatus sum, per te stetit, tua, ut sic loquar, culpa accidit, non mea. Sed et queri similiter posset quod raperetur ad poenam, et aeternis destinaretur cruciatibus, eo quod non se determinavit ad praecepta implenda, beneque agendum.

Hinc alia consequuntur satis absurda, ut quod homines dum determinantur ad pecandum, aut pecata elligunt non peccent nec demereantur, aut ~~non illae~~ puniri pro ptea possint, non pecavint, quia non ipsi non se determinant, sed determinatur a Deo, et pecare non possunt in eo quod Deus, ipsi non praestet non possent demereri, quia demeritum fit per culpam. ~~fit per culpam~~, quam dicimus tunc abesse. non possent puniri, quia poena supponit culpam et culpa vacant in tali determinatione homines, ut intulimus ex contraria sententia.

Quibus adiungere possis, quod dicit Fabri in disputationibus de praedeterminatione disp. 60. cap. 3° versu 3.° ro prinsipalis, videlicet contrariam opinionem inducere homines in quandam desperationem: si enim Deus decreto immovili decrevit huic dare gratiam eficacem, et praedeterminare phisice humanum arbitrium independenter ab ipsa illius operatione, bona, vel mala nonne quisque ibi dicet; si de mea salute vel damnatione iam definitum est, meumque arbitrium praedeterminatum, nonne est, ut labo rem, nam a meo labore non pendet praedeterminatio, et tandem talis ero, qualem me esse Deus absolute decrevit atque praedeterminavit, at-

queita

que ita torperet hó segnities subreperet. neque e.t eadem rõ in scia, et predestinatione ea rone qua iuxta nostram sententiam res eveniunt, ut suo loco dicemus. Sectio 17.a 5.a ro ex eo quod videatur inferri deum ẽe causam, et autorem pecati.

Sectio. 17.a

5.a ratio ex eo quod videatur inferri deum ẽe cawsam, et autorẽ peccati.

Autores cum quibus agimus eo promiuntur ad constituendam eficaciam auxilij in phisica premotione, quia credunt illam ẽe nariam ad determinandam eficaciter indiferentiam voluntatis, que alias non determinaretur, nisi premoveretur, atque ideo auxilium redderetur ineficax, et relinqueretur intra limites mere suficientis.

Ut hoc fundamentum convellamus illius que eversio sit arguty fortissimum pro nostra sententia sic argumentamur: si eficacia auxilij ad opera supernalia consisteret in phisica predeterminatione, maxime ob voluntatem determinaret eficaciter ad agendum, que alias per se determinari non posset. atqui per se determinari potest eficaciter ad agendum: ergo non consistit eficacia auxilij in phisica premotione. maior videtur fundamentum precipuum contrarie sententie. minor, preterquam quod suficienter constat ex dictis sectione precedente, pr quia eadem ẽ rõ indiferentie ad agendum bonum opus, et non agendum, atque ad agendum malum, et bonum, l. ad agendum malum, et non agendum: sed non obstante indiferentia voluntatis ad agendum malum, et non agendum, l. ad agendum bonum, et malum voluntas eficaciter per se ipsam determinatur absque eo quod a deo

premoveatur

premo Vlatur: ergo: ~~ergo~~ non obstante eadem indifferentia ad agendum bonum, et non agendum poterit voluntas eficaciter per se ipsam determinari.

Videns Sumel quanta sequantur absurda si concedatur Deum predeterminare phisice nostras voluntates ad actus pecati tribuit, et plane concessit Deum non predeterminare ad tales actus, sed solum ad bonos, precertim supernales, vide eum tomo 1º in 1ª partem questione 22ª articulo 4. in apendice, tomo 1º in 1ª partem ques. 22ª articulo 4. in apendice tomo 1. in 1ª 2ª que. 79. art 2 quesua 2ª concl 2ª et 3ª conclusione 2ª, et 3ª. ceterum hic autor inconsequenter procedit, sicut et alii, ei consentientes, nam omnes rationes quas adducunt ad predeterminationem adstruendam, militant cum actu pecati. cum enim ad illam entitatem voluntas vere, et proprie concurrat efficienter, oportet subordinetur Deo tanquam cause prime. quod fit, ac fieri debet, ut aiunt, per phisicam premotionem.

Preterea cum voluntas sit indiferens ad producendam entitatem pecati, et ad non producendam oportet alaunde a Deo predeterminetur, quia a principio indiferenti, ut tali non potest exire actio determinata, et si semel hec tua principia destruas recte que capias phisicam, et veram operationem veramque subordinationem, et determinationem atque premotione, otio otiose, et absque ratione suficienti illam introduces.

Propterea fere omnes alii premotionis autores audacter docent Deum non solum predeterminare phisice, ad opera bona, et honesta, sed ad actus pecati, et entitates positivas rerum turpium, et obscenarum ad easque antecedenter nostram voluntatem aplicare potenter impellere, inclinare, trahere, movere, eaque proprie illarum authorem, ac eficaciter velle ut fiant ab homine, quanvis entitates sint eorum actuum, quos vocant intrinsece malos. et preterea addunt

dunt posita tali premotione holm̄ trahi necessitate quadam volun-
tie ad ponendas predictas entitates actuum turpium, et obsce-
norum.

Cæterum ex hac doctrina videtur sequi Deum ẽẽ causam, et autorem pecati, quod impium ẽ asserere, et ut tale dagnatur a sacro sancto concilio Tridentino sessione 6ᾱ de iustificatione contra caluinum, vesam, Busenum, et Suinglium. satis que clare fr: nihil aliud ẽ ẽẽ authorem, et caussam pecati quam ẽẽ sq radicem, et causam, ut hic et nunc ametur cum plena advertentia obiꝭ vetitum; non enim hō aliter pecat, quam volendo hac rone tale obꝭum: sed deus esset sq radix et causa, ut hic, et nunc cum plena advertentia rōnis vellit hō obꝭum vetitum, siquidem antecedenter ad id efficaciter predetrat impellit, et trahit; ergo. —

Confratur 1º. quia qui ẽ causa antecedentis ẽ causa coꝭtis ex illo nā̃rio illati: sed deus ẽ causa premotionis et, predetrationis ad entitates pecatorum rerum que turpium, quæ ẽ ans, vnde nā̃rio sequitur pecatum, cum valeat nā̃ria coꝭntia deus phisice predetrat ad entitatem pecatiꝭ: ergo fit pecatum: ergo deus ẽ causa pecati. Confratur 2º, quia ut autores contrariæ sententiæ fatentur deus non solum voluit permittere ut iudas cristum venderet, sed etiam id decretale, eficaciter, et antecedenter voluit, quinꝭ et ante quam venditionem previderet preordinavit, ideoque voluit Iudas vendere, quia deus voluit ut id vellet, et quod plus ẽ fecit etiam ut vellet. quid ergo illi deꝭt ut sit causa proditionis, et autor pecati Iudæ. confratur 3º. quia qui ẽ causa, ut ponatur id, vnde oritur malitia moꝭtalis nā̃rio, et tale pecati ẽ autor, et causa pecati: sed per te deus ẽ causa, ut ponatur de libertate entitas actus pecati, vnde nā̃rio oritur malitia moꝭtalis ~~et~~ et fratē pecati. ergo. —

Probatur 2º.

Pr.º qui provocat suadet, et ultimo determinat ut fiat res prohibita in iis circunstantiis, et eo modo, quo est prohibita est causa moralis peccati. ita se haberet Deus si nostram voluntatem predeterminaret phisice ad entitates turpes, et actus peccati. ergo esset causa moralis peccati. minor ostenditur, quia Deus provocat suadet, et ultimo determinat ad entitatem, et substantiam furti, adulterij mendacij, et homicidij; in his circunstantiis in quibus prohibentur, et eo modo, quo prohibentur siquidem prohibetur entitas furti, adulterij, entitas mendacij etc. cum plena deliberatione, et hac ratione Deus ad illas determinat.

Probatur 3.º nihil aliud est peccare, quam facere rem prohibitam, aut omittere rem preceptam stante precepti prohibitione cum advertensia, sed Deus predeterminat ad omittendam rem preceptam, et ad faciendam rem prohibitam stante precepto, et prohibitione cum advertentia: ergo predestinat ad peccandum, et consequenter est author, et causa peccati, itemque vult peccatum fieri, si vult, ut res prohibita fiat. maior patet, quia peccare nil aliud est, quam facere oppositum precepti, minorem probo, quia Deus prohibet, ne advertenter proferamus verba mendacij, ne exerceatur copula cum aliena, sed Deus predeterminat ad proferenda illa verba stante advertentia, et ad exercendam copulam cum aliena: ergo Deus determinat ad peccandum.

4.º quia est causa, ut fiat deliberate aliquid contra preceptum est causa peccati, sed si Deus predeterminat ad actus peccati, et entitates turpes esset causa, ut fieret deliberate aliquid contra preceptum: ergo esset causa peccati, maior mihi est certa, quia peccare est aliquid deliberate facere contra preceptum: ergo qui est causa, ut hoc fiat, utique est causa peccati, minorem probo, quia Deus est causa, ut fiat actus adulterij, et proferantur advertenter verba mendacij in iis circunstantiis, in quibus prohibentur

substantia

substantia adulterij, et ubi bamendacij, siquidem, utaris potenter, et determinat efficaciter movent; ut haec fiant, amatque desiderat, et inclinat, ut fiant ergo.

5°. Ut aliquis peccet, non requiritur, quod directe vellit maliciam formalem, aut ad illam immediate determinet, seu illam intendat, sed satis est, si vellit entitatem unde ipsa necessario oritur, quamvis eam odio prosequatur, nec vellit, quod ex actu oriatur: ergo si deus vult entitatem pecati unde necessario oritur malitia formalis pecabit quamvis nec intendat, nec vellit directe malitiam formalem, ad illam ve immediate determinet, sed odio eam prosequatur, eo enim ipso quod ex se vellit entitatem illam positivam, cui inedificatur malitia formalis, vult interpretative ipsam malitiam formalem ad illam que determinat media entitate actus. Confirmatur, quia non est alius modus causandi malitiam formalem, nisi media entitate positiva actus, causando videlicet entitatem positivam illius: ergo si media entitate deus illam causat est causa malitiae formalis.

6°. quia sectatores Calvini, Theodori Bezae Zuingli, et Buceri, aliorumque quorum meminit Costerus tomo 2°. lib°. 2. articulo 1°. disserte fatentur se nihil aliud velle, quando dicunt deum esse authorem pecati, deum velle, ut fiant pecata deum impellere ad pecatum etta quam deum velle, ut fiant actus, et entitates pecati, deum esse authorem, etiam ut tales entitates fiant deum ad illas efficaciter impellere, et ad hunc sensum explicat Calvinum Beza in responsione ad Sebastianum Castilionem in refutatione secunde calumniae, neque aliud docere potuerunt, ut infra dicam: ergo si authores predestinationis hoc ipsum concedunt sane concedunt debere deum esse causam, et authorem pecati ea ratione, qua habebatur, nuper dicti licet voce negent.

Sectio. 18.

Sectio. 18.ª

Alia absurda ex contraria senten=tia deducenda.

§. Primo deus vetaret, et sub gravissi=mis pœnis ea ipsa, quæ vult, amat desiderat fieri, et ut fi=ant determinat, excitat, et provocat, imo et impellit, quæ est ma=nifesta contradictio. Probatur sequela, quia per te deus amat, et vult fieri entitates materiales, et possitivas pecati, et eficaciter determinat, ut fiant. atqui ipsas entitates inter=dicit, vetat, et sub æternis pœnis prohibet ergo minorem os=tendo, quia prohibitio sic habet, non concupisces, non oc=cides, non mechaberis, non furtum facies, non adorabis de=os alienos, quæ omnia tendunt in entitates possitivas illas præ=cipiendo, aut prohibendo: et secundo, quia vetat nobis liberum et in nostra potestate positum, at in nostra potestate non est, quod posita entitate pecati sequatur, aut non sequatur mali=tia moralis cum posita delibera[ta] entitate, et stante præ=cepto necessario sequatur malitia, sed ipsa entitas, et hac mediante, malitia ~~moralis~~ formalis: ergo vetat prohibet, etc. entitatem materialem, et possitivam pecati, et hac mediante malitiam formalem.

Secundo de=ducitur homines non pecare deliberate amando, volen=do, et desiderando entitates possitivas fornicationis mendacii, furti et cetera. Probatur, quia vel amare il=las entitates possitivas est malum, et prohibitum vel non?

Si primum

Si primum? ergo Deus illas amando peccat, atque ideo velle potest, quod homines eas ament, nam ut recte Concilium Francofurtanum secundum canone vigesimo tertio suam voluntatem homines faciunt non Dei, quando id agunt, quod Deo displicet, idest, quod vetat. Si secundum ergo cum non sit peccatum velle amare, et desiderare quod non est malum, nec prohibitum non peccabunt homines illas amando etc. Unde cum homines solum intendant entitates positivas ex quibus capiunt utilitatem, aut delectationem etc. latissimus eis aperiretur campus impune vagandi, et suas complacentias extendendi sine periculo peccandi.

Tertio homines exercendo actiones positivas furti, fornicationis, periurij et caetera bene facerent, ac per consequens possent petere a Deo, ut ad illa determinaret. Probatur, quia bene facit, qui id vult petit, et facit, quod Deus vult fieri, siquidem Deus non potest amare nisi honesta iuxta illud psalmi vigesimi quarti. universae viae domini misericordia, et veritas. at perte Deus vult fieri praedictas actiones: ergo illas exercendo bene facerent homines, imo male facerent, si omitterent quoniam facerent contrarium illius, quod Deus efficaciter vult, ut fiat.

Quarto quia vel quando homines peccant stat peccatum, et immutabilitas in hoc, quod ponant entitates positivas peccatorum, vel in hoc quod illis positis sequatur malitia formalis. Si primum: ergo Deus determinando ad positionem illarum entitatum determinat ad peccandum. Si secundum: ergo homini imputatur ad culpam quod non est in illius potestate, cum non sit in illius potestate, quod posita entitate positiva peccati sequatur, aut non sequatur malitia moralis, et nihilominus imputatur praeter

quamquod

quamquod, quando unum ex alio necessario sequitur, si non est pecatum ponere illud, unde aliud sequitur, neque est pecatum, quod sequatur, nam quod sequatur non est positum in nostra potestate, sed contingit necessario supposita priori suppositione.

§ Quinto deus hominem iustum, qui pecat deturbaret ab statu iustitiæ et in profundissimum baratrum pecati letalis præcipitaret. Probatur, quia impelleret, et efficaciter traheret ad res prohibitas committendas, et ea facienda, quæ secum habent coniunctam et medulitus affixam malitiam moralem.

§ Sexto deus prædestinaret aliquos homines ad malum contra expressam definitionem Arausicani secundi canone vigessimo quinto ubi sic habet, aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint cum omni detestatione in illos anathema dicimus. Probatur, quia prædestinare, et prædeterminare idem significant iuxta mentem concilii: sed deus prædeterminat physice ad malum, entitates videlicet turpes cum omnibus suis circumstantiis. ergo et prædestinat. unde ulterius videtur colligi esse admittendas, ut veras obiectiones Vincentianas, nempe adulteria, et correptelæ virginum sacrarum ideo contingunt, quia illas deus ad hoc prædestinavit, ut caderent: quando patres incestant filias, aut matres filios, vel quando servi dominos occidunt, ideo fiti quia deus prædestinavit, ut fieret.

§. Septimo deus non præmisive solum concurreret.

adopera

~~concurrere~~ ad opera mala, sed propriè, et per se, atque ita proprium qui esset proditio iudæ, sicut vocatio Pauli, contra apertam de finitionem Tridentini sessione 6a. de iustificatione canone 6o. prob. quia ~~Deus~~ non minus proprium influxum haberet, et causalitatem per se directam ad entitatem et operationem malam, quam in vocationem pauli ad illamque praedeterminaret non minus propriè et per se quam ad hanc. — —

8o. Deus tentaret hoes contra illud Iac. 1o. Deus intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. prob. sequi; quia nihil aliud est tentari homines, quam eos movere; inclinare, incitare, et provocare ad actus, et operationes malas, atque hac ratione diabolus tentat et vir feminam, aut femina virum. Deus, per te, inclinat movet, et determinat voluntates ad actum malum, et operationes turpes. ergo. imo multo maior veriorque foret tentatio Dei, quam demonis, aut unius hominis respectu alterius, quoniam demon, et homo si excitant, et provocant, aut inclinant ad malum non infallibiliter faciunt consentire sua excitatione, et tentatione neque est tentatio ineluctabilis eorum, et infrustrabilis, sed ei resisti potest, et componere oppositum: at Dei excitatio, et inclinatio a deo potentissima, efficacissima, ineluctabilis, et infrustrabilis est, ut nemo ei resistere, nemo illam frustrare posset. certe, ut stat sancti prosperi verbis in responsione ad 14 obiectionem Gallorum, non sunt Dei opera ista sed diaboli, cuius gaudium est ruina sanctorum. — — —

9o. iuste quaeri possit homo, quod impulsu Dei premotione in actum peccati poena mulctetur, quod Dei efficaci voluntati et premotio obtemperans actio afficiatur: quod illud ipsum ad quod Deus determinavit, et quod fieri voluit, exequens severissimè, et rigidissime tractetur. quid hoc esse miserius potest — vel liba

Verba sunt S.ti Crisostomi. tomo 5.o rone 5.a de providentia, quam in quibus nos miserinos in improbitatem conicimus, propter suplicia colligi, parricidam te factum (dicta, deus efficaciter, infallibiliter, et potentissime predetrans) fecit, et te morte multat, quia obtemperabas ei, que hac opinio pernisiosior ee potest? quemadmodum si quis in precipitem locum aliquem impellat, et postea eundem precipitatum offenden poenam huius ~~facta~~ se facti exposcat, aut quemadmodum si quis efferatus alicui domine flectendum aliquem ac oi malorum genere colligendum tradat triunc tamen ipsum propter hoc servitium, et captivitatem deposcatisse sum ad supplicium. an vero .l. immanius, .l. miserius, quel. illo, genere hoc quidquam ee potest.&

Concludamus ergo cum S.to Augustino lib.o de articulis falso sibi impositis articulo 5o. ~~de de~~ detestanda, et abominanda e, que deum cuiusque male voluntatis, aut male actionis credit autorem, cuius predestinatio (vre definitio, seu premotio) nunquam extra iustitiam e. universe enim vie domini misericordia, et veritas. adulteria enim matronarum, et corruptelas virginum non instituerit S.ta divinitas, sed dagnare, nec disponere, sed punire, et paucis intercilectis non ergo casus ruentium, nec malignitatem iniquorum, nec cupiditates pecantium predestinatio dei, aut excitavit, aut impullit. vide Ambrosium lib.o lib.o 1. exaemeron cap. 8. eleganter pro nostra sententia, et adverse opositum discurrentem. Sectio 19.a vires ronum precedentium augentur impugnatione solutionum.

Sectio 19.a

Vires ronum precedentium augentur impugnatione solutionum.

Ret.

Ret Alvarez lib.° 3.° de auxilijs disp. 24.ª et reliqui tomistae deum non praedeterminare ad formale pecati, sed ad entitatem positivam actus mali; nec movere ad peccatum, ut peccatum est sed inquantum actus, et ens est. unde cum ratio actus, et entis non sit mala, sed bona, praedeterminando deus ad actum pecati, ut ens est. non praedeterminat ad aliquid malum, sed ad aliquid bonum, atque ideo ex tali praemotione, non sequitur quod sit autor, et causa pecati, sed tota malitia tribuenda est nostrae voluntati, quae determinante deo ad id, quod est bonum in actu pecati determinat ad malitiam, deficiendo a regula, quemadmodum, inquiunt, quando motus claudicationis fit per motivam tribuitur motus, curvitati vero tibiae defectus claudicationis, quia potentia motiva tendente in motum, ut rectus fieret, curbitas tibiae detorsit, ut defectum claudicationis contraheret, atque ideo potentia solum est causa, quod sit motus, curbitas vero tibiae, quod hic motus sit claudicationis.

Haec solutio multis exposita est impugnationibus (imo etiam dictis sufficienter impugnata est) nam 1.° posito mali pecati, necessario, et infallibiliter ponitur formale pecati: ergo si deus est causa malis est etiam causa formalis pecati, quoniam qui est causa causae est causa causati.

2.° enim homo dicitur causa pecati alterius quatenus eum provocat, inclinat, suadet impellit, et determinat ad male pecati, neque enim suadet malitiam formalem, sed acceptionem rei alienae, actum fornicationis etc. unde malitia formalis sequitur. ergo si deus determinat movet, et impellit ad male pecati, unde sequitur formale, est causa pecati.

3.° quia deus non solum prohibet formale pecati, sed etiam male iuxta illud apocalipsis 2.° odisti facta Nicolaitarum: imo non potest prohibere formale, nisi prohibendo

tribendo male, cum l. constituatur per illud, l. poni; aut auferri nequeat nisi medio illo. ergo et Deus e ca mali pecati e ca illius, quod prohibet, et actus pecati quia prohibitus et pecatum e. ——

4°. quia eatenus causa 2a operatur, ut deficiens, quatenus operatur actum, quem scit ee prohibitum, sed Deus e ca, ut ca 2a operetur actum, quem scit ee prohibitum ergo e ca, ut ca 2a operetur, ut deficiens minorem: quia e ca, ut ponatur male pecati, quod ca 2a scit ee prohibitum.

5°. quia si voluntas creata precisse faciat id, ad quod Deus phisice predetrat peccabit: ergo Deus predetrat ad actum, qua pecatum e. alias voluntas creata non poneret precisse id ad quod Deus predetrat. ans pr. quia si posito precisse eo, ad quod Deus predetrat, non pecaret. ergo ut peccet aliud debet voluntas ex se ponere independenter a predetratione dei, l. ergo illud e positivum, l. negativum, si 1m? ergo aliquod positivum voluntas ex se ponit, cum pecat, ad quod Deus non predetrat. ergo a causa indiferenti, ut tali ra illius positivi egreditur actio detrata ad illud positivum, et consequenter ruit fundamentum astruendae premotionis ad tollendam indiferentiam voluntatis, ut operetur. si 2m? ergo ex se, et independenter a phisica premotione tollit entitatem positivam, quae tali negationi contradictorie oponitur, atque ideo se detrat ad unum contradictorium tollendum, et aliud detrare ponendum independenter a phisica premotione. cur non idem prestabit circa reliqua. ——

Contra tui quia a ca indiferenti, ut indiferens e non potest exire aliquod detratum, ut toties clamas, sed pecatum, ut pecatum e, et ut het malitiam formalem e aliquid detratum. ergo sub hac rone, et ut e pecatum

tum; atque ut hēt malitiam formalem nequit provenire a cau-
sa indifferenti, ut indifferens sit. ergo nequit provenire à
voluntate, nisi haec à Deo determinetur, cum voluntas nisi
aliunde à Deo praedeterminetur sit indifferens. non ergo Deus prede-
terminat solum ad peccatum ut actus entis est, sed etiam ad pecca-
tum formaliter est. — — —

6°. quia l. in actu peccati est aliquid posi-
tivum, cuius Deus non sit causa, aut ad quod non determinet, l. non?
si 1ū. ergo ad aliquid positivum voluntas non determinatur à Deo, sed
se determinat, atque ideo intelligi potest quod non obstante indifferen-
tia, quam ex se hēt possit se determinare, nec egeat aliena determina-
tione. si 2ū. ergo causat quidquid causari debet ut ponatur
formale peccati; atque ideo causat peccatum. patet consequentia quia
solum causari debet quidquid positivum est in actu peccati su-
pposita prohibitione, et praecepto; neque enim aliud facit volun-
tas creata, dum causat peccatum, nisi ponere quidquid posi-
tivum est in actu peccati. — — —

Deinde quia l. est malum, et prohibitum
velle quid positivum est in actu peccati, l. non? si 1ū. ergo non
male aget, nec prohibitionem ullam violavit, qui voluerit for-
tum positivum fornicationis, actus odij Dei, vindictae, et pro-
ditionis, displicendo in quocunque alio subsequuto, quo quidem absur-
dum sit. nemo enim aliud amat, nec vult ut malitia sequa-
tur; sed solum ei imputatur, quia vult id unde necessario se-
quitur. si 2ū. ergo Deus vult, et causat actum peccati 2ū.
id quod prohibitum est, et sic eum quod malum est velle. — —

Adde quod actus peccati secundum suam
differentiam specificam, et ut est tendentia ad obiectum prohibitum est
dissonum rationi, et contrariatur praecepto, et legi. ergo si Deus est ca
actus secundum ultimam suam differentiam (alias non causaret

secundum

secundum totum, quod habentis est ad illa, prædeterminatè ea illius secundum quod rationi dissonat, et contrariatur præcepto, et legi.

Neque exemplum de motu claudicationis solidum est, sed etiam claudicat, quantumvis adversarii illud extollant; nam ostensum non solum voluntatem debere determinari à Deo, ut efficiens est, sed ut est deficiens, cum defectus sit aliquid determinatum, et nihil determinatum possit provenire à causa indifferenti qualis voluntas est, nisi aliunde determinetur. deinde si per physicam Dei prædeterminationem ad entitatem peccati manet sufficienter voluntas creata determinata ad peccatum ut peccatum est, seu ad formalem malitiam peccati. vel non? si primum? ergo Deus non solum determinat ad male, sed ad formale, non solum ad actum peccati, ut actus est, sed ut peccatum est, quod negas. si secundum? ergo ad reliquum peccati, seu ad peccatum, ut peccatum est manet voluntas indeterminata. quis ergo eam determinat ut ponat, numquid ipsa? ergo ipsa, quamvis ex se indifferens, potest per se ipsam se determinare. numquid Deus? ergo tandem Deus totum determinat male scilicet, et formale, et est ea non solum efectus, sed defectus; non solum motus, sed etiam claudicationis, non solum efficiens, sed deficiens.

Ad utrem hanc magis evolvamus, et quantum differat exemplum a nostro casu luce clarius pateat advertite claudicationem esse motum mixtum ex duplici motu positivo, videlicet ex progressivo, qui provenit a potentia motiva animæ et ex alio proveniente ex pondere, et nativa gravitate corporis se in unam partem inclinantis, quando vis motiva, ob debilitatem vel curvitatem tibiæ non potest resistere. ex his motibus progressivus directè provenit a vi motiva animæ, et est secundum se indifferens, ut coniungatur cum illo defectu, vel cum carentia illius. motus vero inclinationis, qui per accidens illi coniungitur directe provenit à pondere,

a pondere et gravitate corporis. — —

Unde facta nunc collatione inter exemplum, et rem nostram fieri non potest, quin manifestum appareat discrimen, et notabilis disparitas. nam 1.º id quod directe provenit a potentia motiva animae indifferens est ad illum defectum; id vero quod directe est prefixum, et volitum a Deo, et ad quod determinat (v.g.ª odium Dei) non est secundum suam speciem indifferens secundum adversanos ad bonum, et malum, sed est per se malum. — —

2.º ille defectus in motu progressivo non resultat ex ipsa specie motus progressivi, quam causat anima, sed est quid positivum distinctum proveniens directe ab alia causa positiva, nempe a gravitate corporis. defectus vero peccati resultat ex ipsa specie actus liberi, et fundamenti positivi proximi, neque aliam positivam causam (supposito precepto legis, et advertentia) requirit. —

3.º defectus qui constituit claudicationem non est aliqua privatio, aut quid resultans ex motu, quem causat anima sed est motus distinctus ab illo motu, et facit cum illo unum motum compositum, quem apellamus claudicationem. at malitia peccati scilicet est privatio resultans ex illa entitate, quam Deus vult, et ad quam predeterminat, scilicet est difformitas actus cum regula, quae difformitas etiam oritur ab ipso actu. — —

Alii propter haec nent Deum determinare ad malum remotum peccati, seu ad fundamentum remotum malitiae formalis, non ad proximum. malitiam autem non adscribi causae fundamenti, et mali remoti, sed proximi, cuius creatura sola est causa. Ac tum haec solutio directe observentur, quae diximus locum non habet. scilicet terce omnia argumenta instaurari possunt quae ad ulterius solutionem praecedentem instruximus. etenim scilicet illud fundamentum proximum nascitur infallibiliter, et necessario ex remoto, quod Deus causat, scilicet non

dicas

dicas 2um? Deus erit causa fundamenti proximi, nam quod est causa antis est causa consequentis, et non alio ex capite negamus deum esse causam malitiae proximi nisi quia inde resultat formale peccati, cuius etiam diceretur causa. ——

Deinde, quia l. detrahendo deus ad fundamentum remotum eo ipso sufficienter detrahit voluntatem ad proximum, l. non sed relinquit indifferentem? si 1m: ergo deus detrahit ad fundamentum proximum et consequenter est illius causa et malitiae naturae subsequentis. Si 2m? quis ergo voluntatem detrahit ad fundamentum proximum? nam si ipsa se detrahit, et non ratione detrahitur, ergo causa indifferens potest se detrahere, et a causa indifferenti ad utrumlibet potest provenire aliquod detractum. ——

2o. l. illud fundamentum proximum est aliquid positivum, l. negativum: si positivum? ergo est ens, ergo cum ad omnem rationem entis deus predetrahat, etiam predetrahit ad illud fundamentum proximum atque erit illius causa. si est negativum? Ulterius rogo an totum positivum, unde oritur ea negatio sit bonum, atque ideo possimus in illo complacere, et non erit peccatum nec prohibitum velle totam entitatem odii dei, fornicationis etc. l. non? et sic nec deus poterit causare aut velle fundamentum remotum. mitto repetitionem aliarum impugnationum; nam ex his constat istam solutionem non esse solidiorem precedente. Sectio 20. 6a vero ex eo quod videtur destrui libertas radicalis. ——

Sectio. 20a

6a ratio ex eo quod videatur destrui libertas radicalis. —

Conati sumus sectione 8a. nostri ingenii

ingeniis

argumentis ostendere, quod præmotio auxilij videatur pugnare cum formali libertate nostræ voluntatis, nunc curabimus ostendere, quod etiam videatur pugnare cum radicali. arguitur sic libertas radicalis est potentia ex natura sua potens, positis omnibus requisitis positis ad operandum operari, et posse eisdem positis non operari; seu quod idem est potens posse cum omnibus requisitis ad operandum coniungere operationem, et negationem operationis: sed si esset prærequisita ad operandum prædeterminatio physica, destrueretur natura prædictæ potentiæ: ergo destrueretur libertas radicalis.

Maior huius syllogismi, satis superque constat ex supradictis minorem probo, quia si unum ex prærequisitis ad operandum est præmotio physica, cum aliunde asseras non posse cum illa nostram voluntatem coniungere negationem operationis, nec præmotione supposita non operari, manifeste convinciter nostram voluntatem non posse coniungere operationem, et negationem operationis cum omnibus prærequisitis, nec posse non operari, quod est destruere naturam potentiæ liberæ, seu libertatis radicalis.

Deinde qui tollit a potentia libera vim ~~radicalem~~ se determinandi pro arbitrio suppositis præcisse ~~requisitis~~ antecedenter requisitis tollit naturam potentiæ liberæ, et libertatem radicalem: sed præmotio physica tollit prædictam vim: ergo tollit naturam potentiæ liberæ, et libertatem radicalem. maior ex eo constat, quod de quidditate, et conceptu potentiæ liberæ est ea vis, minorem probo, quia præmotio physica est prærequisita, et facit, ne potentia possit illam frustrare flectendo se in oppositam partem, infallibiliterque, et ineluctabiliter sibi subijcit trahens ad unam determinatam partem.

Rursus hæc est opposita coexistentia dantur præcisse omnia antecedenter requisita ad operandum, et potentia potest operari, sed non potest non operari: ergo non est potentia libera, nec habet libertatem radicalem, sed præmotio physica est causa

ca antis: ergo et colntis, atque ideo tollit, et destruit libertatem radicalem. maior constat, quia, quia poa libera, seu libertas radicalis e ad utrumque extremum contradictionis: minorem probo, quia prmotio physica e ca, quod cum ipsa nequeat componi oppositum, seu quod ex suppositione, quod sit nequeat ulla poa poni oppositum, seu non poni id ad quod determinat.

Denique poa, qua ut non operetur requiritur per se, quod deficiat aliquod ex requisitis ad operandum non e libera, nec het libertatem radicalem, sed si prmotio physica requireretur per se ad operandum poa voluntatis requireretur per se, quod deficeret aliquod ex requisitis per se ad operandum: ergo non esset libera, nec heret libertatem radicalem. maior facille ex eo constat, quod causae nariae ex co tales sunt, quia ad operandum requirunt per se omnia requisita, et ad non operandum requirunt per se, quod aliquod ex illis deficiat. minorem probo, quia per se requireret, quod deficeret prmotio, quae e per se requisita, siquidem impossibile e deficere, aut cessare operationem deficiente prmotione.

Dices si prmotio physica destruit nam poe liberae, seu libertatem radicalem: ergo sicut implicat, quod deus destruat nam poe liberae, seu libertatem radicalem, implicabit quod deus prmoveat physice, hoc autem sine fundamento diceretur, nec ullus e qui dicat. colntiam probo, quia si prmoveret destrueret. Respondetur negando coentiam, quia natura poe liberae, seu libertatis radicalis, non e, quod nunquam impediatur, seu quod impediri non possit, ne libertate operetur sublato requisito, aut apposito aliquo impedimento, sed quod per praecisam positionem oium requisitorum, non impediatur, neque impediri possit, quominus libertate operetur, prmotio ... requiratur, ... adversatis vo... faciet Lum.

faciet 1um, si non requiratur, ut ego credo, et nihilominus ponatur faciet 2um. atque ideo si in mea sententia deus praemoveat physice voluntatem existet libertas actualis, et formalem non radicalem utramque autem existeret, ut ostensum est, semel concesso, quod praemotio sit necessaria.

Sectio. 21a.

Septima aliorum ratio ex eo, quod contraria sententia videatur per omnia convenire cum errore Calvini.

Aliqui doctores gravissimi in ea fuere opinione, ut existimarent sententiam de praemotione physica, et auxilio praemovente, aut esse errorem Calvini, et Luteri, aut parum ab eo distare sic Marchaena̅s in opere de auxiliis disp. 2a in 3a parte disputationis n.o 9. Cardinalis Belarminus lib.o 1.o de gratia, et libero arbitrio cap. 12.o et expro fesso Author libri, cui titulus Calvinismus, seu religio bestiarum per totum tractatum Fabr de praedestinatione disp. 60a cap. 3.o §. 2.o principaliter, et alij.

Qui, ut intentum probent, ita discurrunt: sententia de physica praemotione, et auxilio praemovente quinque notissimum conclusionibus constat in quarum 1a, docet deum suo aeterno absoluto, et efficaci decreto antecedenti ad omnem praescientiam nostrae futurae cooperationis praedefinire omnes actus, qui a nobis elliciuntur, et in tempore movere motione efficaci voluntatem nostram, ut eos actus elliciat, quos suo aeterno consilio statuit, ut fierent, in 2a docet posita eiusmodi motione, auxilio, aut decreto necesse esse voluntatem operari, in 3a posse voluntatem in sensu diviso praemotionis auxilij, et decreti dissentire, et facere oppositum, non vero in sensu composito, in 4a in hac necessitatem non oriri ex voluntate, sed ex praemotione, auxilio, et decreto, atque ideo, si attendatur voluntas, et illius natura posset dissentire, et facere, ut evenit et oppositum, attenta vero praemotione, et gratia efficaci non posse; atque ideo

atque ideo operationes solij esse necessarias ex suppositione decreti, praemotionis et gratiae efficacis. in qua deus praemovere, et praedeterminare ad actus malos, et materiale peccati, non ad formale; atque ideo deum non esse auctorem, et causam formalis peccati, sed malis ad quas conclusiones reducuntur caeteraque quae contraria sententia docet de physica praemotione, et gratia efficaci praemovente. —

Sed easdem conclusiones tradunt Calvinus, et sequaces illius: ergo sententia de praemotione physica et auxilio efficaci praemovente per omnia convenit cum errore Calvini atque ideo non est admittenda. consequentia est manifesta minorem probabunt ij qui hanc rationem instruunt discurrendo per singulas conclusiones, et speciatim referendo verba Calvinistarum, quibus eas tradunt. — — — —

Et inprimis 1am conclusionem habet Calvinus lib. 1o. institutionum cap. 16o. ubi sic ait indubie sic tenendum est; quaecunque sentiuntur in mundo conversiones ex secreta manus dei agitatione prodire; et dat rationem (quae magis mentem et sententiam explicat), quia causae 2ae sunt organa, et quasi instrumenta dei per quae, et in quibus operatur, otiosae plane, et mortua, si non moveantur a deo, quae etiam sunt fere verba Alvarez conferentis causas 2as oraculis, et virgis, quae nihil agunt nisi moveantur, ubi etiam agnoscit in Calvino subordinationem causarum 2arum permissionem. —

Clarius adhuc Bregueus in antidoto erroris Bolsii cap. 17. sic ait quamvis causae 2ae natura sua indefinite in utramque partem propendeat, puta voluntas hominis ad eligendum, aut respuendum, illae tamen a deo aeterno suo consilio ad unam partem fuerunt definitae, et suo tempore ad hanc unam partem ab ipso deo providentiae suae manu inclinantur. — —

Nec minus clare Petrus Martyr apud

apud Bezam in responsione ad 190, et 149 calumniam Castanij: audi: voluntas eorum nã sua erat indefinita, ut q. darent illi aliquid, l. non darent: sed eam voluntatem deus sua providentia in alteram partem detraxit vide etiam eundem tomo 1° locorum com.orum 1a classe loco 18°. et 9a classe loco 5°. ac sepe alibi. ——

Idem clarissime testatur Amesius loquens de eo ipso auxilio efficaci premovente, quod defendit Alvares, ut ex verbis infra referendis constabit, neque de convenientia autorum premotionis cum calvino, et hereticis in 1a conclusione potest eē difficultas, cum Thomistę fateantur teste Petro a Santo Jos. de Suaris concordia disp. 2a. sectione 7a. numero 1°. se in hac parte convenire cum calvino. ——

Conveniunt vero in 2a probant ex calvino lib. 2° contra Phigium ubi sic hēt, que fortuita maxime videntur, ea fieri dicimus nario, non suapte nā, sed quoniam eternum, et stabile concilium in illis gubernandis regnat. similia hēt lib. 1° institutionum cap. 16°. et ei consentit Petrus Martir de locis com. loco 13°. quod probant ex sacra scriptura Isaie decimo ait, agit de eversione Babilonici regni, que fuit contingens quoad suas mundanas causas, nam id aliter se here nihil obstabat: at nihilominus profeta volens ostendere id futurum indubitato respicit tibi nunc propositum, et ait, dic deus ita consuluit, quis poterit dissolui? manus domini iam ē extensa, et quis detrahere potest? res ergo iam ista rone erat naria. universaliora adhuc sunt, et insc clarissima que inferius referemus. ——

Conveniunt etiam in 3a probant ex calvino,

Calvino, qui lib.° 1. institutionum capite ~~cap~~ 16° ita loquitur, quæ cunque feruntur in mundo conversiones ex secreta manus Dei agitatione prodire, in illa, quod statuit Deus, sic necesse est evenire, ut tamen neque precise, neque sua natura necessarium sit. et hoc constat exemplo ~~ossium~~ ossium Christi, quæ seorsim spectata frangi poterant, spectata tamen decreto Dei qui servabat, ut illa, et integra permanere, frangi non poterant. eodem exemplo idem intentum suadet Besa in libello quæstionum, et responsionum christianarum, Rursus idem Calvinus in canone 4° concilij tridentini hæc habet. dissentit quidem a Deo hominis voluntas, quando erit contraria. l. si in obedientia composita fuerit, iam ablatum est dissentiendi periculum. quasi diceret in sensu composito prædestinationis ad obedientiam, tam non potest fieri dissensus, sed in diviso. — —

Hoc ipsum probant ex Petro Martire lib.° 1°. Regum cap.° 12°. ubi inquirens, an Roboamus fuerit liber ad senum consilium elligendum quemadmodum ad sequendum iuniorum sententiam, hæc scripsit. Reor voluntatem Roami posse dupliciter spectari: 1°. simpliciter in se, atque iuxta naturam suam qua ratione minime repugnabat, ut seniorum consilium sequeretur est etiam voluntas humana vertibilis, et tamen et tamen potens ad unam, quam ad alteram deliberationis partem flecti at si cum Dei providentia copulatur aliter, quam factum fuit fieri non potuit. et tomo 1° locorum comunium 1a classe loco 13° postquam dixit, quæ eveniunt contingentia esse, si proximas causas respiciamus, necessaria vero si considerentur, ut divinæ subduntur providentiæ abiecit. datur siquidem duplex necessitas scilicet absoluta, et ex hypotesi, at fieri potest, quæ ex hypotesi sunt necessaria, si ea extra hypotesim sumas (vide sensum divisum, et compositum) contingentia, et non necessaria esse. ac rursus 3a classe loco 1°. habet

Sane

sane aptitudinem nostra voluntas, ut in utramque partem per inde uti possit, sed illius actionem, conclusionem scilicet non habebit, nisi ad eam partem, quam deus praescivit cadit ergo necessitas supra connexionem (en necessitatem ms, atque coniunctionem divine praedestinationis cum nostris operibus. quod illi (Thomistae) intellexerunt per sensum compositum, non etiam opera nostra si seorsim (hoc est in sensu diviso decreti praedestinationis, ac praedeterminationis) et solum spectemus proximum eorum principium, hoc est voluntatem, non sunt naria. eiusdem sensus, et intentionis sunt ceteri Calvinistae.

Conveniunt praeterea in 4o. probant 1. ex Calvino loco supra allegato ex cap. 16. et ex Petro Martyre etiam supra, quibus consentiens Bucchenus in antidoto errorum Vossei cap. 17. ait quamvis decretum dei de rebus omnibus est ab omni aeternitate non ita propterea, contingentia in rebus funditus evelitur, nam quod est narium ratione decreti dei illud potest esse contingens, ratione causarum secundarum.

Denique conveniunt in 5a. probant ex Petro Martyre tomo 1o. locorum comunium Ia classe loco 13o. ubi haec habet. si ergo disputatur de peccato distinguendum est; videndumque quod sit ibi positivi; ut in scholis loquuntur, ac perinde subtum ipsum est considerandum ex altera vero parte quod defectus, atque privationis inhaereat in ipsa vero privatione cum defectum videamus, eius causa non eficiens, sed deficiens quaerenda est, at quod illic positivum reperitur id causa eficienti opus habet, summa autem omnium eficientium causarum est deus.

Deinde ex Beza qui in responsione ad 11am. calumniam Castalli, cum dixisset deum movere voluntatem ad actum pecati addidit, non sic eam movere, ut truncum, aut lapidem, sed ut voluntatem, quae et ipsa sic agitur, ut agat, nec in deum tribuit efectum, sed in voluntatem,

quia ipse

quia ipse non é ca, ut defectiosse fiat, siquidem licet pecatu a voluntate dei prodeat, non procedit formaliter, quatenus pecatu eo, audi quae in responsione 14.ª scribit, pecata vero a voluntate dei procedere quatenus pecata sint, si . l . in mentem nobis venisset, ut diceremus, aut scriberemus nos eē oibus suplicijs dignissimos fatemur. Haec the verba premotionis autores.

Rursus ex Petro Molino in libro inscripto Sebouclier de la foy, post articulum quum serio ostendit deum (iuxta calvinistas) nullo mo eē authorem pecati, et oppositum falso illis afirat, atque ideo distinguit in pecato actum ipsum, et malitiam ei adiunctam, et prioris dicit deum eē cam, non vero posterioris, sed solam voluntatem, et item in brevi delineatione eddita anno 1603. Authore Joanne Ferrerio, (qui postea calvinismum eiuravit) Thesi 106ª asserit deum nulla róne posse dici causam, l. authorem pecati, et si verum sit nihil fieri in mundo, quod deus non prescivit tanquam a se ab eterno decreto.

Eandem doctrinam hent Brecheus in antidoto errorum cap. 14. et Isacus Camiel, qui lib. 4. conclusionis disputationum Papesticarum graviter queritur, de Panigarolio, Bosio, Campiano, et alijs, quod dicant eos facere deum autorem pecati eo quod determinet ad actus malos, seu materiale pecati. Sed et Beza generaliter queritur in responsione ad 3am Calumniam Castalli, quod Calvino atribuatur fecisse deum authorem pecati.

Sectio. 22ª

Urgetur discursus precedens amplius.

Utrem manifestiorem faciant, qui hoc argum formant, exhibent loca in quibus dissertissimis verbis ipsi Calvinistae fatentur se oio convenire, et concordare cum Thomistis, neque ab illis dissentire, tam quoad mum, quo deus predetrat nostros actus quam quo ad mum, quo concurrit, seu causat actus pecati.

Nam inprimis

Nam in 1° Amesius tomo 4 Bellarmini enervati lib. 2°. cap. 2°. n.° 4. miratur, quod Bellarminus vitio vertat Zuinglio, et Calvino, quod dixerint non solum deum velle fieri, sed etiam ab eterno decrevisse, ut fierent quecunque fiunt ab hominibus etiam peccata, idque non pręvissa hominum predeterminatione, et subdit. Nunquamnon legit hoc Bellarminus nisi in Zuinglio, et Calvino? Alvarez in tractatus disp. 22a. n.° 7. deus, inquit, eterno suo decreto atque absoluta, et efficaci voluntate predeterminat omnes actus nostros in particulari, ante eorum pręvisionem, et independenter ab omni scientia media liberę cooperationis futurę ex hypotesi, et lib.° 3°. cap. 3. referens ex Alvarez disp. 83a. de auxiliis conclusione 3a. hęc, (deus per auxilium eficax gratię physice, seu admodum causę physicę predeterminat arbitrium creatum, ut libere, et infalibiliter consentiat, et cooperatur [illegible] excitanti, et vocanti subiungit: hęc sententia Bellarmino explicata est plane nostra. et lib.° 2°. cap. 2. n.° 5. explans quo sensu apud ipsos (calvinistas) deus dicatur homines impellere ad peccata ait: quoad rem ipsam atinet nihil aliud volunt nostri, quam quod scholastice docent Thomistę deus motione pura eficaciter aplicat voluntatem creatam, ut libere, et infalibiliter operetur, sicut etiam aplicat causas secundas, ut naturaliter operentur. Alvarez disp. 26a. n.° 9. rursus ait idem Amesius sensus nostrorum, non est alius, quam qui a Thomistis aprobatur; hominis voluntas, est quodamodo dei instrumentum non purum, et merum, sed liberum, Alvarez disp. 68. n.° 5.

Atque ut ultimam manum imponant suo discursui non satis eis videtur ostendisse, quoad substantiam, et doctrinam convenire Thomistas cum calvinistis, sed pergunt ulterius volentes monstrare, quod etiam conveniant in modo solvendi arguta, et quod eisdem solutionibus Thomistę, et Calvinistę utantur, nam 1°. cum urgentur Calvinistę ex eo quod tollant libertatem, quia de ratione causę liberę

est posse

é posse operari, et posse non operari; posito autem auxilio prædeterminante, aut decreto absoluto independenter a nostra cooperatione efficaciter decernente non potest voluntas non operari sic vet Amesius tomo 4.° lib.° 4. cap. 3. n.° 1.° illud posse operari, et non operari, sicut Alvarez disp. 115.ª n.° 4. bene observat, dupliciter intelligi potest, 1.°, ut sensus sit, quod pot.ª ad non operandum stet simul in eodem subiecto cum gratia et auxilio, quod requiritur ad operandum, et hic sensus é verissimus. 2.° modo potest intelligi, ita ut gratia, et auxilium ad talem operationem particulare datum, et carentia talis actus, seu actus contrarius possint esse, aut aliquando sint simul in eodem subiecto, qui sensus é Bellarmini, et falsus.

Deinde sicut Thomistæ solent recurrere ad distinctionem sensus compositi, et divisi, et ad necessitatem essentiæ, et consequentiæ ita recurrunt ad eandem Calvinistæ, audi Petrum Martirem tomo 1.° locorum communium 3.ª clase n.° 90. cadit ergo necessitas supra connexionem, atque coniunctionem divinæ prædestinationis cum nostris operibus, quod illi (Thomistæ) intellexerunt per sensum compositum, et per necessitatem consequentiæ: non etiam opera nostra, si seorsim considerentur, et solum spectemus proximum eorum principium, hoc é voluntatem, sunt varia.

Rursus sicut Vañez, et Thomistæ recurrunt ad iudicium indiferens, ut salvent libertatem, ita Calvinistæ recurrunt ad idem, ut de Calvino probat autor libelli, cui titulus Calvinismus, seu religio bestiarum, qui nec pauca nec exiguæ eruditionis opera in lucem edidit.

Præterea sicut Thomistæ quando premuntur ex eo quod prædeterminante Deo ad actus peccati sequatur esse causam, et autorem illius, distingunt materiale, et formale positivum, et privativum effectum, et defectum, dicuntque prædeterminare ad primum, illudque causare non ad secundum; et defectum

non provenire

non provenit a causa eficiente, qui est deus, sed a beficiente, quę est voluntas, ita prorsus Calvinistę, ut constat ex Petro Martyre tomo primo locorum communium classe prima loco dessimo tertio his verbis. Si ergo disputatur de pecato distinguendum est, videndumque quid sit ibi positivi, ut in scholis loquuntur, ac primum subiectum ipsum est considerandum ex altra vero parte, quid defectus, atque privationis inhęreat in ipsa vero privatione, ut defectum videamus eius causa non eficiens, sed deficiens quęrenda est ac quod illic positivum reperitur, id causa eficiente opus habet, summa autem eficientium causarum est ~~Deu~~ Deus.

Tandem

Sicut Thomistę ad hoc explicandum utuntur exemplo tibię curvę, et motus claudicationis in fundentis in potentiam motivam motus, et incurbitatem tibię defectum claudicationis, ita eodem utuntur Calvinistę, ut patet ex Petro Martyre ubi nuper numero vigessimo primo. his verbis similem rem illustro, in animantibus vim habemus, quę locomotiva ~~ita eodem utuntur Calvinistę patet ex Petro Martire, ubi nuper, numero 21. ijs verbis rem illustro, in animantibus vim hemus, quę loco~~ motiva dicitur, movetque animalia ad ambulandum, l. ad currendum, ea vero ut recipiunt motum a loco motiva, moventur; at si tibia fuerit visiata, laxa, aut curba, ille motus cursus claudicationem hēt. sed illa claudicatio, ut motus ē, a facultate animi motiva ē, ut visiosa, et clauda pendet a vitio tibię, quę tracta fuit. sic ē de motu illo Dei perenni, quo agit creaturas. ē sane coīs influentia, et recipitur in rebus pro qualitate earum. unde actionis vitium non a Deo,

sed

sed a proxima ca̅ hetur. hęc calvinysta. —

Sibi ferè het Beza ad 11am Castani audi: age vero ponamus etiam hoc exemplum; ex quo diversitas ista principiorum possit intelligi: ponamus claudum a sinum ex vagatione agi in pristinum; actio ista; quatenus a vagatione ẽ reprehendi non potest, si admo sit moderata; sed claudicatio ab asino ẽ. —

Hij adduntur autoritates totius huius discursus intentum clarissimum convinci patenterque monstrari sententiam de premotione, et auxilio efficaci premovente, per omnia (hoc ẽ, tanquoad substam, quanquoad mum, et quod plus ẽ, quoad solutiones obiõnu, et quoad verba ipsa) convenire cum Calvino, et suis. verum ego non possum in animum inducere viros adeò praestantes doctrina, et sanctitate excellentes hoc vaxatrum non vidisse, aut iniam visum se precipitare voluisse. retuli tamen proximam ronem, et discursum, ut quid alij sentiant, et quo fundamento nitantur constet. sectio 23a ultima probatio ex patribus. —

Sectio 23a

Vltima probatio ex Patribus. —

Post adeò prolixam ronum probationem congruum ẽ, ut aliquid autoritatis, quamvis subsit plurimu adiungamus, ne videamur aut sanctorum patrum dissitui patrocinio, aut extra commeastra pugnare. Iº igitur stus cirilus Alexandrinus libº 8º. contra Iulianum a nobis ẽ, dum sub finem ait. si ~~[illegible]~~ inefabili quadam, et divina virtute Deus mutasset singulorum mentem, ad bene agendum, et indidisset postea bonum, a quo egerrime disce dere posset.

(imo

(ime impoßle ôio esset disce dere, data premotione) et non a sponte, vitra non esset fructus mentis, neque res digna laude, sed necessitatis, et cupiditatis non voluntarie (id est non libere) vides ipsum sibilum merito fructum mentis, et libertatem de medio tolli, fateri ex eo quod deus ita movet mentem id est decreto ad bonum, a quo tali motione, et decretatione, iacta discedere nequeat. — — —

2.º S.tus Clemens Papa epistola 3.a pagina 3.a inter alia ait si aliquid esset, quod audientes fidem vel ad credendum, vel ad non credendum detraheret, extra arbitrium eorum, (id est independenter ab arbitrio) meritum, et libertatem tollit etc. quis autem dubitet premotionem esse aliquid, quod audientes fidem vel ad credendum, vel ad non credendum decreto extra arbitrium, deus independenter ab arbitrio eorum? tollit ergo meritum, et libertatem ex mente Clementis. aut certe non datur. — —

3.º S.tus Chrisostomus homilia 22.a in Genesim sic loquitur. In nostra voluntate, post gratiam, totum derelictum est, id est gratia excitando incoat, quidquid autem, et sequitur post excitationem, in potestate voluntatis est, fiet, si vellit, non fiet si nollit; sequitur si vellit, non sequetur si nollit. post gratiam autem premoventem non est totum derelictum in nostra voluntate, cum ipsa nequeat aliud facere, quam prescribit premotio, neque operationem, que post gratiam premoventem sequitur possit impedire, aut suspendere. non ergo gratia est premovens secundum Chrisostomum, qui homilia 12.a super epistolam ad Hebreos dixit, non antecedit nostra voluntates ne ledatur liberum arbitrium, et homilia 4.a de laudibus Pauli, non cohibit inquit, deus homines vocando, sed post vocationem quoque permittit eos proprium esse dominos voluntatum, non autem essent domini, si premoverentur physice, cum

premotio

premotio dominetur sibi que subiiciat voluntatem ad determinandum actum, et operationem, ita ut non ei permittat declinare in oppositum. — — —

4º S.tus Augustinus lib.º 7. de civitate cap.º 30 dichet, ita deus administrat res, quas condidit, ut eas motus suos agere sinat, non autem sinerent eas motus suos agere, si premoveret physice, cum liget, et plus quam ferrea catena, que dissolvi nulla vi potest ad unam partem immobiliter fingeret, et lib.º 3. de libero arbitrio cap.º 18. sic loquitur, si laboriossum e omnia mandare memorie hoc brevissime tene, quecunque ita ca e voluntatis si non potest ei resisti sine pecato ei ceditur: ergo si premotio e ca voluntatis qua determinamur ad amplectendum pecatum nec tali premotioni resistere possimus, ut vere non possumus sine pecato ei cedimus et pecatum amamus, quod cum absurdum ee nemo neget, et vitare infrat, Augustinus, ex mente illius voluntas humana non predetratur physice, aut premovetur. ———

5. S.tus Ambrosius in psalmum 50, breviter, sed pro re nostra satis apte dixit. negas libertatem arbitrii, si dixeris, deus si vult, bonus sum, si non vult bonus non sum. essent autem vere he propositiones, si deus predeteret physice voluntatem, quia verum est, quod si deus vult predetrare bonus sum, et si non vult predetrare bonus non sunt. vide similia vel alia apud Anastasium tomo 6. Bibliothecarum ques.e 59.a neque etiam opus e aut ea referre, aut plures alios Patres commemorare.

Sectio. 24.a

Obijciuntur aliqua ex ratione. —

1º, Obijcies 1º argutum palmare Alvarez ab eo, quod e indetratum, et indiferens ad utrumlibet non potest oriri detrata operatio, neque efectus determinatus, nisi prius ita ab aliquo

aliquo agente ~~de~~ extrinseco determinetur, ut S. Thomas supra docet atqui voluntas creata est indifferens ad utrumlibet, et ex se indeterminata: ergo non potest exire in actum, nisi prius aliunde determinetur, aut nisi praedeterminetur.

Resp. 1° hoc argumento probari in nobis nunquam dari libertatem ad operandum, quia neque illa datur ante determinationem, siquidem nequit tunc operari, cum sit indifferens; neque post determinationem, quia facta suppositione physicae praedeterminationis impossibile est, quod ponatur oppositum, et necesse est illud solum extremum poni, ad quod voluntas praedeterminatur, atque ideo nunquam potest utrumque contradictorium, sed deficiente praedeterminatione potest negationem operationis dumtaxat, et posita praemotione potest solum operationem.

Resp. 2° distinguendo maiorem ablo quod est indifferens per modum potentiae pure passivae, aut activae naturae concedo maiorem, per modum potentiae activae liberae, quae est domina suorum actuum nego maiorem, seu aliter: ablo quod est indifferens ad utrumlibet cum potentia tamen se determinandi, nequit exire determinatus effectus nego maiorem: ablo quod est indifferens, et caret potentia se determinandi concedo maiorem, voluntas est quidem potentia indifferens, sed non pure passiva, neque activa naturalis, sed potens se determinare, nec opus est, quod ab extrinseco agente determinetur, ut plane docet S. Thomas quaest. 6. de malo articulo 3. ad 3um dicendum, quod cum voluntas sit ad utrumlibet per aliquid determinatur ad unum, scilicet per consilium rationis, nec oportet hoc esse per aliquod agens extrinsecum. Unde ex mente Sancti Thomae non requiritur quod voluntas a Deo, qui est agens extrinsecum, determinetur, ut adversarii contendunt.

Objicies 2°. id quod non habet esse a se non habet a se operari aut in operationem determinatam influere, sed sicut totum esse habet ab alio, ita et totum actualiter operari totamque determinationem ad actualem operationem, quia ratione concilium Florentinum in decreto fidei probat Filium habere a Patre hoc ipsum quod est spirare Spiritum Sanctum quia non a se ipso

a se ipso, sed a Patre hét ēē a quo æternaliter genitus ē, sed volun-
tas creata non hét a se ipsa ēē, sed a Deo: ergo non hét a se hoc
quod ē actualiter influere in suam operationem, sed hoc ipsum acci-
pit a Deo, et Deus influit in ipsam voluntatem motione physica. Res-
pondetur 1º hoc argumento convinci, quod voluntas nihil actu agat per
proprias vires, nec partialiter influat in operationem, quum nihil ha-
bet a se: ergo a se nihil hét operari, nihil que operatur, et sicut
oīa que hét, hét oīo ab alio, ita oīa, que operatur erunt oīo ab alio,
et nihil erit ab ipsa.

Rētur 2º. id quod non hét ēē a se, non hēre a se
operari independenter ab alio, hēre vero a se poām operandi, cum de-
pendentia ab alio, qui cooperatur, et adiuvat. Unde voluntas, quia
ē ab alio eget adiutorio Dei a cuius cooperatione per se pendet ad auto-
rem concilij, dic Patrem divinum dedisse filio spirare, quia dedit
virtutem spirandi, et eodem mo dicere possumus Deum dedisse volun-
tati actualiter operari, quia ei dedit poām operandi, hoc ē, qua
ad actualem operationem se determet.

Obijcies 3º. Si voluntas non primo vretur a cā 1ª. actu-
aliter ageret essent plura 1ª. pria, quod ē error Manicheorum. pr.
quia de rone primi prij ē, quod possit agere sine auxilio prioris ac-
tionis, et absque influentia illius: ergo eo ipso, quod voluntas huma-
na aliquam motionem produceret absque motione, et influentia illi-
us actionis vē illius voluntatis voluntas humana ē sum se mo-
vens, sum ē determinans, et primum agens.

Rētur negando sequelam ad probatione, concesso antecedente
negatur colntia, quia licet voluntas possit se detrare absque prmo-
tione physica Dei non absque auxilio, in ab imine, et cooperatione sit
opus erat ad ronem primi principij. Scio alias solutiones ēē apud
Petrum a Stº. Soseph disput. 3ª. de suavi concordia, sed hęc sufficientissima.

Objicit 4º. Alvarez si liberum arbitrium actu auxilio, ita

vt pro-

Ut pro sua libertate debeat illud ad secum concurrendum, et non potius è contra auxilium debeat arbitrium, ut secum concurrat, sequitur, quod adiutorium gratiæ subiungatur humilitati, aut obedientiæ humanæ, siquidem quando voluntas vellit obedire auxilium gratiæ concurret cum illa, si autem nollit auxilium gratiæ non efficiet nobiscum propriam operationem. at hoc damnatur in concilio Arausicano canone 6º. ubi sic habet, siquis humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium, nec ut obedientes, et humiles simus, ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit apostolo dicenti, quid habes quod non accepisti. Rt.

Rlt Petrus a Sto. Ioseph, ex nostra sententia solum sequitur quod auxilium gratiæ subijciatur nostro arbitrio quo ad usum, et hoc non damnat concilium cum ibi agat contra semipelagianos, qui dicebant quærentibus, pulsantibus, et conantibus per suas vires negæ auxilium gratiæ conferri, atque ideo auxilium ipsum quo ad se, seu quo ad esse, et conferri subijci voluntati nostræ illud propterea virtute, et aliquali merito obtinenti, et ad se trahenti longe aliud nos dicemus, siquidem asserimus gratiam divinam prævenire nostros actus nostramque liberam operationem, et meritum conferri que independenter ab illis, neque quo ad conferri subijci humilitati, aut obedientiæ nostræ. —

Sectio. 25ª

Alia argumenta denuo obijciuntur. ~

obijcient denuo 1º. id quod est potentius in agendo superat, ac sibi subijcit id quod in agendo, aut resistendo est minus potens, atqui voluntas Dei efficax est multo potentior in agendo, quam nostrum liberum arbitrium in resistendo. Aiente Augustino libº. de correptione, et gratia cap. 14. cui volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium; sic etiam velle, et nolle, in nollentis, aut volentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem; de his etiam qui faciunt, quod non vult facit ipse quod vult.

vult. ergo Deus sibi subijcit nostrum liberum arbitrium, adeoque potenter determinat, ut nequeat efficaciter resistere, et vocem frustrare.

Respondeo distinguendo maiorem, quod est, potentius in agendo, et vires suas non attemperat, sed agit secundum totum, quod potest, concedo maiorem; quando vires suas attemperat, et imbecillitati debilioris accommodat nego maiorem. Deus autem cum arbitrio concurrens non agit secundum totum, quod potest, sed cum posset, si vellet, voluntatem abrripere ad agendum, eamque infinita sua potentia, et praemotione, ita subijcere, ut tali motione posita nequiret resistere, longe aliter fecit, et suavi sua providentia attemperavit se illius ingenio, et connaturali modo operandi ne libertatem læderet, sed servaret indemnem.

Objiciunt 2°. posito auxilio efficaci non potest homo non converti: ergo illud ex se habet vim physice determinandi voluntatem ad actum conversionis. patet consequentia, quia secus adhuc auxilio posito posset homo non converti, et vim illius cassam reddere, atque enervare: quod est contra naturam auxilij efficacis de quo Augustinus ait, quod a nullo corde duro respuitur, et alias esset inefficax, et non esset.

Respondeo distinguendo antecedens posito auxilio efficaci praecisse secundum vim intrinsecam, quam importat entitas auxilij efficacis, et nulla facta suppositione determinationis voluntatis non potest homo non converti nego antecedens; posito auxilio efficaci, ut tali, hoc est, ut dicit, et involvit determinationem voluntatis concedo antecedens, et nego consequentiam. ad probationem dic posse hominem non converti posita praecisse vi intrinseca auxilij et nulla facta suppositione determinationis voluntatis, secus facta tali suppositione, ast haec impotentia est consequens non antecedens, cum nascatur ex determinatione libera voluntatis non ex vi praecissa auxilij secundum se considerata, de quo, et de mente Augustini dicemus latius inferius.

Objiciunt 3°. integram efficacem, et inefficacem aliquod discrimen assignandum est ex parte ipsius gratiæ, neque etiam tota diffe[rentia]

differentia desumenda est ex humana voluntate, quasi illa gratia sit efficax cui homo pro suo arbitrio non resistit, sed vult consentire, quia ex eo sequeretur hominem consentientem seipsum discernere a non consentiente, cui aequale auxilium datum est, quod repugnat Paulo 1a ad Chorintios 4. itemque sequeretur eum, qui convertitur converti quia vult, et voluntati esse volentis, et currentis ad verbum eundem Apostolum ad Romanos 9. ac denique iustum non gratia Dei, sed voluntate propria esse id quod est contra Paulum etiam 1a ad Corintios 15. sed illud differentiae se tenens ex parte ipsius gratiae efficacis est vis praemovendi, et praedeterminandi physice: ergo efficacia gratiae consistit in vi physice praedeterminante.

Resp. inter gratiam efficacem semper dari aliquod discrimen se tenens ex parte gratiae, quando utraque comparatur in ordine ad eandem actualem resistentiam voluntatis eandem vim tentationis etc. secus quando fit comparatio in ordine ad resistentias, et vires tentationum inaequales, quemadmodum inter calorem vincentem frigiditatem, et non vincentem semper datur discrimen aliquod se tenens ex parte caloris, quando comparatio fit in ordine ad eundem gradum resistentiae frigiditatis, secus quando in ordine ad diversos, et inaequales: nam eadem entitas, et activitas caloris, quae est efficax respectu frigiditatis, ut duo, illamque superat, ac vincit est inefficax respectu frigiditatis ut octonae illam superat, aut vincit quin potius ab ea superatur, et vincitur, ita gratia, quae est efficax in ordine ad resistentiam actualem, ut duo non est efficax respectu resistentiae, ut octo, atque ideo non colligitur diversitas se tenens ex parte gratiae praecise ex eo quod sit efficax, et inefficax, nisi ulterius declaretur efficaciam, et inefficaciam esse respectu eiusdem omnino resistentiae.

Sed neque bene colligitur illam differentiam se tenentem ex parte gratiae efficacis, quando efficax, et inefficax comparantur ad eandem resistentiam esse vim praemovendi, ut etiam infra dicturi sumus, et explicaturi

explicatur abstque vi physice predeterminante salvatur illud discrimen ex parte gratie adea, que ex Paulo objiciuntur dicemus, cum illam questionem decidamus, cur stare possit quod ex duobus hominibus equali auxilio preventis unus convertatur alter in suo delicto, culpa que manente, nunc sufficiat scire, quod homo non se discerneret sine adiutorio gratie neque esset unde volentis, et currentis, sed volentis, et currentis cum consortio, et adiutorio gratie, neque denique foret voluntate propterea nude accepta, id quod est, sed voluntate adiuta gratia Dei.

Objiciunt 4. quando ad aliquam operationem concurrunt duo principia partialia, alterum liberum alterum necessarium operatio evadit absolute libera, ut videre est in igne producto a Deo, et igne: ergo quamvis premotio physica sit principium necessarium sicut ignis, quia tamen non se sola concurrit, sed simul cum voluntate, que principium liberum operatio ab utraque procedens non erit necessaria sed absolute libera, atque ideo premotio non erit rejicienda ex eo quod deleat arbitrij libertatem.

Respondeo antecedens esse verum, quando usus, et exercitium principij necessarij est sub dominio, et potestate agentis liberi, ut est sub dominio Dei usus et exercitium ignis, siquidem potest combustionem pro suo arbitrio suspendere, et omnino impedire, secus quando non est sub tali dominio, ut vere non est usus, et exercitium premotionis sub dominio voluntatis, quia nunquam potest impedire, quod premotio operetur, nec suspendere operationem faciendo, quod premotio sit, et non sequatur, aut sit operatio.

Objicit 5. Estius, quecunque Deus promittit ipse prestat, dicente Apostolo ad Romanos 4. quecunque promissit potens est et facere, et etiam promissio de ijs que prestanda sunt ab ipso promittente iuxta illud Augustini de spiritu, et litera cap. 24. hoc etiam Deus promittit, quod ipse facit, non ethnici ipse.

ipse promittit, quod alius facit, quod iam non é promittere, sed predicere, At Deus promissit se daturum nobis cor novum, et spiritum novum se effecturum, ut in preceptis eius ambulemus. ergo Deus hec oia in nobis pres prestat, neque spectat voluntatem humanam, sed predeterando physice arbitrium eficaciter facit.

Retur 1º quod si probat aliquid argutus probat sané deum oia operari, et nos nihil agere in nostra renovatione, cordisque munditia, sed mere passive nos here contra definitum tridentino sessione 6ª de iustificatione. Retur 2º a Petro de S.to Joseph bona opera dupliciter posse considerari 1º in se ipsis 2. in ipsorum ca nempe in gra, qua deus movet, et inclinat ad illa eficienda; si considerentur hoc posteriori mo, impletio divine promissionis, que illa opera respicit nullo mo pendet a voluntate humana, siquidem deus nos movet, et exitat ad talia opera nullis precedentibus ex parte nostra meritis r. i ulio priori, sicut ipsa opera bona pendent a voluntate divinitus exitata, et preparata quatenus potest pro arbitrio illa eficere, et non eficere, ita ab illa pendet uta causa partiali, et minus prinsipali impletio divine promissionis, qua parte respicit bona opera in se ipsis, et ad Augustinum veit, eum agere contra Pelagianos, qui bona opera tribuebant voluntati humane, et non gratie dei.

Adhuc reti potest 3. deum quando implet predictam promissionem eatenus dici dari nobis cor novum, et facere, quod in preceptis eius ambulemus, quatenus previdens in pluribus circunstantiis cordis duritiam, et voluntatis resistentiam futuram ee tantam, ut non vincatur, nec superetur ab activitate gratie, in aliis ulio futuram ee longe minus, imo adeo exiguam, ut a gratie actione facille vincatur, et superetur, datintis posterioribus, in quibus victa duritia cordis alibi durum molle, et novum appareat, superataque resistentia voluntas alibi revellis, et divinis mandatis inobediens statim

statim in illis incipiat ambulare, hęc autem nullo pacto fiunt medio auxilio præmovente, quod plus potest agere, quam voluntas et cor resistere, nec solum superat resistentiam actualem, quam voluntas ~~de facto ponit~~ seu cor ponit, vtrumquam potest ponere, sed medio alio, quod licet superet resistentiam, quam voluntas de facto ponit in illis circunstantijs, nonquam potest ponere, cum posset maiorem ponere, quę non vinceretur a gratia vrij dedignatius infra dicemus. —

Sectio 26a —

Alia rursus ex ratione petuntur. —

Rursus obijciunt primo prædeterminatio physica non tollit naturam voluntatis, neque in aliquo illius essentiam, aut entitatem minuit: ergo nec tollit, aut minuit libertatem. antecedens satis firmum videtur; præmotio etiam liberæ est deo, nec tamen est liberum est minuere essentiam voluntatis, ac multo minus omnino tollere. confirmatur quia quando datur præmotio ad vnum extremum non tollitur potentia voluntatis ad oppositum, siquidem est quid illi realiter identificatum: ergo adhuc manet libera cum præmotione, nam manere liberam nihil aliud est, quam habere potentiam ad vnum extremum quando determinatur ad aliud. —

Respondetur 1o eodem argumento ~~ng~~ conuinci nunquam deum posse necessitare voluntatem, quia tunc non destrueret illius naturam; et cum poneret extremum ad quod supponimus necessitari retineret potentiam ad oppositum, siquidem est quid realiter illi identificantem. Respondetur 2o illam tollere, vt supra ostendimus, non necessario necessitat actu, sed qua requiritur per se ad operationem cum tamen necessitet, nam hoc est petere per se nunquam operari libere, nec posse cum omnibus requisitis ponere oppositum. Respondetur 3o non tolli naturam voluntatis, sed impediri, ne libere operetur, atque ideo dicimus tolli libertatem voluntatis, quamvis non tollatur natura, de quo etiam

etiam dixi] quia na illius non ē operari liberè si impediatur, sed operari nario si impediatur, sicut libere si expediatur. Ad confractionem similiter dic non tolli potam, sed impediri. ad libertatem autem non satis ē adesse potam, sed requiritur, quod sit proximè expedita.

2° objiciunt non minus pugnat cum libertate Christi praeceptum de morte subeunda, quam cum nostra praemotio: illud non tollit libertatem Christi: ergo neque haec nostram. Rtur 1°, quod neque licet non pugnaret cum libertate praemotio adhuc non esset admittenda, quia non ē naria, ut ostensum ē. Rtur 2. quod si praeceptum ē indispensabile, nec in potestate Christi fuit, quod non poneretur, aut tolleretur, illud non minus tolleret libertatem ad ea, quae praecepta sunt, qua rone sunt praecepta, quam praemotio. Unde si Pater Christo imponeret praeceptum non solum circa substantiam mortis, sed circa circumstantias oēs specificas, et individuales loci, temporis, motivi, intensionis etc. nihil omnino mereretur moriendo, atque ideo ut mereatur moriendo aliquid mors debet involvere non praecepti, aut praeceptum debet ēē tale, ut posit tolli petita dispensatione, aut non poni si Christus vellet verum de his in mā de incarnatione dicemus ex professo.

3° objiciunt nequit à Deo fieri, ut pota non libera feratur libere in suum objectum: ergo neque poterit promovendo facere, ut pota libera feratur nario in suum objectum, atque ideo praemoveri poterit salva libertate. Rtur 1° argūto convinci non posse Deum sua omnipotentia ullo mo, aut via necessitare voluntatem, quod ē absurdum. pr, quia nequit sua omnipotentia ullo mo, aut via facere, quod pota naria operetur libere ergo neque vise versa. Rtur 2. eodem etiam convinci non posse facere quod pota productiva non producat. pr, quia nequit facere, quod pota ex se non productiva producat. ergo et nequit facere, quod productiva ex se non producat. Rtur 3. negando consequentiam discrimen ē, quod pota libera, sicut het ēē liberam quando adsunt oia requisita, et deesse impedimentum: ita het ēē nariam, quando deest

adest impedimentum, l. desunt requisita, atque ideo, sicut potest deus facere, quod non adsint oia requisita, potest facere, quod pŏa libera operetur nẽario, at pŏa non libera minime hẽt ẽe liberam, sive adsint, sive non adsint requisita, atque ideo sive ponat deus oia requisita, sive auferat, sive ponat impedimentum, vel tollat, non faciet, quod operetur libere, quia quod non ẽ ex se liberum sub nullis circunstantijs, aut requisitis potest fieri liberum.

4.° objiciunt cum Magistro Alvarez voluntas non potest ferri in aliquod obtum, nisi secundum quod proponitur illi ab intellectu, ut prosequendum, quoniam nihil volitum, quin prŏcognitum ergo impŏle ẽ de pŏa absoluta, quod tale obtum proponatur per iudicium rõnis indiferens voluntati amanda libere, et nihilo minus ex necessitate absoluta illud amet absque usu libertatis. Unde cum prĕmotionem physicam comitetur, seu prĕcedat iudicium rõnis indiferens prĕmotio non evlitet, nec minuet libertatem.

Resp. retorquendo in hom. argutum non potest voluntas ferri in aliquod obtum, nisi secundum quod proponitur ab intellectu, ut ais, sed per iudicium inferens non proponitur, ut determinate amandum, neque ut amandum infalibiliter ex prĕmotione: ergo nequit amari determinate neque infalibiliter ex prĕmotione, l. si potest determinate amari infalibiliter sub prĕmotione non obstante, quod non proponatur sic amandum poterit amari nẽario ob prĕmotionem, quamvis non proponatur ut amandum nẽario, quare dicendum ẽ mum necessitatis, aut libertatis non amari, quia non se tenet ex parte obti, sed ex parte pŏe, et actus, atque ideo non opus ẽ, quod proponatur, sed sufficit, quod proponatur obtum amandum, ut ametur libere, quando adsunt oia requisita absuntque impedimenta, et nẽario quando desunt, l. impedimenta adsunt.

5.° objiciunt cum eodem Alvarez deus ẽ verus dominus, et quidem supremus oium causarum secundarum: ergo utitur illis et applicet

cat ad suas operationes quando vult, et quomodo vult. probant consequentiam nam dominium est facultas utendi pro arbitrio citra alterius iniuriam, et hic non potest intelligi alius usus huius dominij praeter applicationem causae ad producendas operationes. confirmatur, et urgetur simul: ipsa applicatio, et libera determinatio voluntatis est sub dominio Dei, et deuse ca illius cum sit aliquid creatum; ergo Deus causat determinationem liberam voluntatis, et consequenter hanc physice praedeterminat. confirmatur 2º quia Deo tribuendum est perfectius, est autem perfectius, quod causam 2am non solum adiuvat, sed etiam moveat, et applicet ad agendum, cum sic maiorem dependentiam habeant causae 2ae a 1a.

Circa hoc argumentum multa dicit Pater Suarez lib. 1º de auxilijs. sed Respondetur 1º concedendo antecedens, et simul consequentiam, ex qua nihil videtur inferri contra nos, nam licet demus Deum uti causis, et illas applicare, quando vult, et quomodo vult negamus velle media praemotione physica illas applicare ad operationem, quando libere operaturae sunt, aut posse eas sic velle applicare; quia cum assensus sit praedeterminationem physicam pugnare cum libertate non minus repugnat, quod vellit uti eis applicando illas, ut operentur libere sub praemotione, quam quod vellit uti illas applicando, ut libere operentur sine requisitis, aut sub conditione omnino repugnante operationi.

Ad 1am confirmationem dico applicationem, et determinationem esse sub dominio Dei, quatenus pendet in suo esse a Deo, sive ut conservante eam sive ut illam adiuvante, ut determinatur, qua conservatione, aut in baluimine deficiente, ut deficere potuit ex beneplacito Dei; nec datur determinatio causae nec dari posset, unde ad consequentiam dico Deum causare illam determinationem, non physice praedeterminando, sed simul cum voluntate concurrendo, et cooperando.

Ad 2am confirmationem negatur minor, alias eodem argumento probaretur Deum totum agere, et causas secundas nihil, cum sic maiorem dependentiam haberent a causa 1a. siquidem maior dependentia est dependere a Deo

re a deo, ut efficiat totaliter, quam ut efficiat partialiter, maior si nihil ipsae possunt, quam si possint aliquid: si ergo haec dependentia, ut minus concurrendi non est perfectior, quia repugnat naturis necessariis et secundaris, ita ille modus concurrendi media praedeterminatione non est perfectior, quia repugnat naturae causae liberae. ——

Sectio. 27.a

Multa quae ex sacra pagina depromuntur expedio. —

1.um argumentum desumitur ex eo quod non sit in potestate hominis, stupenès homo ex viarum suarum arbitrium iuxta illud Ieremiae 10.° Scio Domine, quia non est hominis via, etiam neque viri, ut dirigat gressus suos. et illud Proverbiorum 20.° a Domino est gressus viri, et quomodo disponet homo viam suam? esset autem si non praemoveretur a deo, nec indigeret divina praemotione, siquidem in illius potestate esset dirigere pro arbitrio viam in hanc potius, quam in illam partem. ——

Hoc argumento utitur est Calvinus lib.° 1.° institutionum cap.e 16. n.° 6. et eo probatur non dari in homine libertatem ad vias suas dirigendas. Respondetur non esse in pura potestate naturali hominis vias suas dirigere in ordine ad opera supernaturalia, et meritoria vitae aeternae, esse tamen cum adiutorio gratiae, neque aliud probari ex praedictis locis sacrae scripturae. —

2.um desumunt ex eo quod deus auferat a nobis cor lapideum, et faciat, ut in praeceptis eius ambulemus, mandata eius custodiamus et operemur iuxta illud Ezechielis 36. auferam a vobis cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini. si ergo deus facit, ut efficaciter faciamus, et operemur: ergo voluntatem nostram ad faciendum, et operandum praemovet, ac physice praedeterminat, alias non faceret efficaciter, quod faceremus, et operemur. ——

Respondetur 1.° eatenus deus dici a nobis auferre cor lapideum, et facere, ut faciamus,

Ut faciamus, ac in praecepto illius ambulemus, quatenus dat gratiam, illustrat, vocat, excitat, et inspirat in illis circunstantiis, in quibus videt vocationi, et gratiae responsuros, atque operaturos, alias obduratos restituros, et contradicturos, quemadmodum dicitur facere, ut amicus faciat, qui observata, et capta occasione opportuna, in qua scit concessurum, aut facturum, quod alias non faceret, petit, rogat, et consulit, ut faciat, ac re ipsa impetrat, seu obtinet, quod intendit quamvis nulla interveniat physica praedeterminatio. Rt 2°. Pennotus Deus auferre cor lapideum, et facere, ut faciamus, non quia id faciat absque eo quod nos aliquid libere faciamus, sed quia voluntatem praeparat, inclinat, allicit, et inclinatam adiuvat, ut libere vellit, et cordis duritiam abijciat.

Rtur 3°. Deum dici auferre cor lapideum, et facere, ut faciamus, atque ambulemus, quatenus dat gratiam, quae vincat, ac superet nostram actualem resistentiam, qua victa statim sequitur mutatio cordis illius mollitudo, et voluntatis operatio, tunc autem non convincitur praemotio, cum gratia praemovens sit talis, ut vincat, ac superet, non solum actualem resistentiam, quam de facto ponimus, sed quam potest voluntas nostra ponere, cum voluntas non habeat vires sufficientes ad superandam efficientiam praemotionis, gratia vero, quam nos ponimus, et qua dicimus Deum facere, ut faciamus, solum superat resistentiam, quam de facto ponit voluntas, non quam potest ponere, et libere non ponit.

3tio desumunt ex eo quod consilium Dei sit invariabile, firmum, et inconcussum; voluntas quae illius semper impleatur, et fiat, iuxta illud Isaiae 46. omne consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet, et illud psalmi 134°. omnia quaecunque voluit fecit in caelo, et in terra. Si autem voluntatem non physice praedeterminat corruere poterit consilium divinum quo ab aeterno statuit hominem convertendo per tale auxilium, hoc argumento usus est Wiclef apud Waldensem lib°. I° doctrinae fidei articulo I°. cap°. 13°.

Rtur

Rdtur 2º oem voluntatem dei absolute efficacem, et oe consilium absolutum illius impleri, et fieri, at deus non sic decernit nostras operationes liberas, sed conditione, si voluntas nostra se detrat, et consentire voluerit gratię excitanti, neque hoc e frustrasse divinas voluntatę, et consilium, quia cum non decernat absolute, sed sub conditione non dicitur frustrari, nisi posita conditione res decreta non fiat.

4um desumunt ex eo quod non sit volentis, neque currentis sed dei miserentis nostra bona operatio iux Apostolum ad Romanos 9. si autem non daretur premotio esset volentis converti (cum convertatur quia vult, quando poterat pro suo arbitrio non converti si vellet) et currentis (cum currat, quia vult, quando posset non moveri ad bonam operationę, si vellet) dicendum ergo voluntatę physice premoveri, ut sic non sit volentis, neque currentis, sed dei, qui premovet, et ad operationę bonam detrat, miserentis.

Rnt. 1º Pr. Molina, Lessius, et alij (a quibus non longe distat Pennotus) Apostolum loqui de velle, et currere, ut oportet ad vitą ęternam, et hac rone licet nos simus, qui currimus, non tamen a nobis est, quod cursus, seu voluntas currendi sit ut oportet, sed a deo, et illius gra, quę explatio consona e sto Augustino libº 1. ad Simplicianum quęst. 2a. ubi ait, quid e igitur non e volentis, neque currentis, sed miserentis dei, an quia nihil velle possumus, nisi vocati, et nihil valet nostrum velle, nisi ut perficiamus adiuvet deus. et in expositione epistolę ad Romanos cap. 62. non tollit liberum voluntatis arbitrium, sed non sufficere dicit velle nostrum, nisi adiuvet deus. unde patet quod cum deus, et voluntas simul concurrant ad velle, et currere, potius dicatur velle, et currere ee dei miserentis, quam voluntatis volentis, et currentis, quod dificultatę inhęssit Augustinus etenim licet voluntas simul cum deo, et illius gra concurrat ad volendum, et currendum, si sermo e de velle, et currere, ut oportet, et non a voluntate het cursus, quod sit, ut oportet, sed à deo

à deo non ē verū, quod sit volentis velle, scilicet, ut oportet, aut currentis currere, scilicet, ut oportet, sed dei miserentis, qui dat grā, qua cursus, et voluntas sunt, ut oportet.

Rñt alij 2°. dici non ēē volentis, neque currentis, sed dei miserentis, quia non a voluntate nostra, sed a misericordia dei provenit, quod conferatur auxiliū in circunstantijs congruis in quibus prævisum ē, quod si detur cū illo curremus, nā dare posset in alijs incongruis, in quibus, neque voluntas vellet, neque curreret.

Rñt 3°. Stus. Chrisostomus homilia 12a. ad Hebreos ubi cū dixisset nostras non antecedit voluntates (talis scilicet grā, quæ physice prædeterret, ut adversarij contendunt) ne liberū lædat arbitriū, sibique obiexisset quo mō ergo Paulus ait non ē volentis, neque currentis subiunxit, quia cuius ē amplius, totū ēē dixit, quasi diceret in negotio ~~...~~ iustificationis præcipuum agens ē deus qui elevat arbitriū ad ordinē superiorē, et sua grā confortat, adiuvatque, et ideo tanquam autori principali totū opus tribuit, et si nostrum arbitrium sit paciale, nam cum videmus domū bene constructam (addit Chrisostomus) totum arquitecto tribuimus, quamvis operarij aliquid contulerint.

Rñ adhuc 4°. dei miserentis ēē, ēt non currentis, quod deus det grā quæ licet non superet totum, quod possumus resistere sed datur libertas, superet tamen nostram actualem resistentiam, et extorqueat concensum. Posset etiam dare grām minoris eficaciæ, quæ non superaret actualem voluntatis resistentiam, sed potius ab ea superaretur, et pro sua misericordia dedit eficaciorem, ad quam non opus ē physica prædetratione.

Sūt desumunt ex eo quod deus nos dicernat, non nos ipsi dicernamus iuxta illud Pauli 1æ ad Corinthios 4°. quis ē, qui te discernit? non autē deus nos discerneret, sed a nobis ipsis discerneremur, si non deus prædetraret sed a nobis ipsis detraeremur, cū per detrationē fiat discretio.

Rñtu 5°. Apostolū loqui adversus eos, qui bonū ad salutem spectans proprijs viribus natibus, non deo adscribebat, et de illis gloriabantur quasi arbitriū posset se discernere, quin opus esset expectare grā dei; ut clare

stelare constat ex Augustino lib°. de praedestinatione, Isaiae cap. 3. 4. et 5.
Rt 2°. Petrus a S.to Joseph duobus modis posse intelligi illud se discernere 1°, quantum ad vocationem congruam, seu efficacem, quatenus unus vocatur in circumstantijs congruis ubi praevisus est consensus et hac ratione Deus nos discernit, cum ipse libere collocet in his potius quam in alijs. 2° quantum ad actum conversionis, et hoc pacto homo cum gratia Dei se discernit cum cooperetur Deo, et libere consentiat quando libere poterat non consentire, ad modum quo dicitur cum gratia Dei se mundare, se sanctificare, unde Augustinus lib°. 83 quaest. 68. dixit, et si quisque sibi tribuit, quod venit vocatus non sibi potest tribuere quod vocatus.
3°. dic Deum nos discernere, non quia physice praedeterminet, sed quia dat gratiam maiorem nostra actuali libera resistentia, quae vincens efficit operationem, seu conversionem, discernitque iustum ab iniusto, praedestinatum a non praedestinato eo modo, quo in explicatione nostrae sententiae latius infra dicemus.
6um desumunt ex eo quod Deus sit qui operatur in nobis velle, et perficere, ut ait Paulus ad Philipenses 2°. non autem operaretur velle, sed posse velle, si non praedetraheret ad actualem operationem, sed solum gratiam conferret ex se potentem, et indifferentem: ergo Deus physice praedeterminat ex mente apostolicae. obiectio potest tripliciter solvi 1° asserendo, quod Paulus loquitur de velle, ut oportet ad vitam aeternam, et licet a nobis sit illud velle tamen quod sit, ut oportet Deus in nobis operatur per gratiam, quam contulit non nos. 2° asserendo, quod Deus catenus dicatur operari in nobis velle, quatenus confert auxilium, in circumstantijs in quibus praevisa est operatio, et futuritio consensus. 3° asserendo, quod Deus dicatur operari velle, quia confert gratiam superantem, non potentiam resistendi, sed actualem resistentiam liberam nostrae voluntatis, qua victa extorquetur, seu impetratur consensus

consensus, quin opus sit vi aliqua praedeterminante physice, ut adversarij contendunt.

= § Adde ex Anselmo, libro de concordia praescientiae et praedestinationis, quod ut tribuatur deo nostrum velle, et dicatur ipsum operari in nobis velle, et perficere satis est, ut seclusa dei praemotione, omnia necessaria det ad volendum omnes actiones, inquit Anselmus, et omnes motus facit deus, quia (attende rationem, ob quam dicatur facere) ipse facit res a quibus, et per quas, et in quibus fiunt, unde regem dicimus expugnasse urbem consecutum victoriam, et subiugasse nova regna, quia militem, sumptus, et alia necessaria suppeditavit suis militibus.

Hoc alio exemplo Bellarminus explicat.

Si aliquis inquit, cui expediat navigatio in orientem eam facere nolit, amicus autem ad eum accedere vi rationibus allatis tandem persuadeat, et de nolente faciat volentem, procuretque illi navem pecunias, et caetera necessaria ad navigationem, nullus dubitaret quin amicus iure, et cum veritate posset dicere. ego solus feci, ut iste navigationem suscipere vellet (quamvis nullam physicam praedeterminationem interposuerit) nam etiamsi aliter rationes allatas audierit atque apud se expenderit, tandemque assensum praebuerit non tamen ipse sibi persuasit, neque se ipse movit, sed amicus eum movit eique persuasit. Si ergo deus dat omnia necessaria ad velle, si vocat, si suadet, si consulit, ac tandem, ut vellimus persuadet quis ad id non praedeterminet non ne iure dici potest operari in nobis velle?

Sectio 28a. alia desumpta ex patribus perpenduntur. ~

Sectio. 28a.

Alia desumpta ex patribus perpenduntur.

Plura

Plura praeterea sunt Patrum testimonia, ut physicam praedeterminationem probent, adducunt. Seligemus, quae urgentiora sunt, ut ex eorum solutione facile constet quid ad reliqua debeat reddi. atque in primis producit Navarrete autoritatem Sancti Petri, qui apud divum Clementem Romanum lib. recognitionum cap. 19 rens arguto Simonis Magi quo de medio tollebat liberum arbitrium (nempe quod deus vult esse est, et quod non vult esse non est. ergo non est liberum arbitrium) ait, ignoras Simon, et valde ignoras, quomodo in singulis voluntas sit dei, quaedam enim voluit ita esse ut aliud esse non possint, quam id quod ab ipsa instituta sunt: quaedam vero, quae ita esse voluit ut in sua potestate habeant agere, quod vellint. ecce, inquit Navarrete, rationem qua utuntur Thomistae ad reiiciendam necessitatem absolutam voluntatis creatae in operando; si enim deus movet creaturam liberam conformiter ad suam libertatem, tantum abest ut necessitet ipsam sua motione, quod potius proficit in modo operandi libere.

Resp. ex verbis divi Petri solum probari deum quaedam velle necessario esse, et quaedam velle in nostra potestate, et libertate esse, quod verissimum est, nec, l. a longe redolet praemotionem. nos enim fatemur totum id, et negamus praemotionem, nam voluntas qua deus concurrit cum causis liberis l. qua vult effectus a causa libera promanantes non est absoluta resolutoria, et praedeterminans physice, ut adversarii volunt. sed ex suo modo tendendi conditionata, et ideo vult esse, ut in sua potestate habeant agere, quod vellint, quia vult esse si ipsa vellint, et non aliter.

Producit 2° idem autor autoritatem Sancti Augustini, qui loquens de efficacia, qua deus trahit ad se voluntatem hominis sic ait lib. de correptione, et gratia

ne, et gratia cap. 14. Volenti salvum facere nullum hominum resistit arbitrium, sic enim velle, aut nolle in volentis, aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. in quo loco inquit Navarette clarissime fit mentio premotionis phisicae, quae non est impedibilis humanam libertatem, et ut ostendat hic autor Augustinum plane loqui de perfecta subordinatione, et subiectione voluntatis nostrae sub motione divinae subiungit ex eodem Augustino habet sine dubio Deus humanorum cordium, quo placet inclinandorum omnipotentissimam potestatem, et infra, magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. — —

Ceterum non video tam claram esse Augustini mentem pro phisica premotione, quam Navarrete predicat, pro intelligentia germina, et legitima adverte triplicitur fieri posse comparationem efficaciae divinae voluntatis cum resistentia nostri arbitrii. 1° comparando mensuram efficaciae quam Deus actualiter adhibet, cum mensura conatus, seu resistentiae, quam arbitrium de facto ponit. 2° comparando mensuram efficaciae, quam Deus de facto adhibet, cum mensura resistentiae, quam arbitrium potest ponere. 3° comparando mensuram, (si mensuram habet) efficaciae, quam Deus adhibere potest cum mensura resistentiae, quam potest arbitrium ponere. — —

In priori comparatione maior est efficaciae, et efficacia divinae voluntatis quam resistentia arbitrii, atque ideo prevalet, et facit ne arbitrium resistat (cum effectu) aut impediat divinam voluntatem. in 2a maior est potentia arbitrii ad resistendum, quam mensura efficaciae de facto a Deo adhibitae, quia si Deus non ita temperaret, et modificaret vim suam, sed plus adhiberet

ut efficacie, quam arbitrium posset resistere. libertas arbitrij periclitaretur, et ideo augustinus non dixit voluntati suum facere nullum posse potest resistere arbitrium, sed nullum resistit, ut denotaret vim actualem divine voluntatis esse maiorem actuali resistentia arbitrij, sed non maiorem potentia ad resistendum. In 3a maior est efficacia divine voluntatis, quam potentia arbitrij ad resistendum, atque ideo non tantum potest resistere arbitrium hominis quantum dei voluntas agere, idque voluit Augustinus cum dixit, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. et item cum dixit habere omnipotentissimam potestatem ad inclinanda corda quo placuerit, et magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, quia cum non possint homines tantum resistere quam deus agere, habet vim inclinandi corda, et voluntates in contrariam partem, et subiugandi ac vincendi quamcunque resistentiam, etiam si ad id opus sit necessitare. de facto tamen nunquam utitur tota vi nec aplicat maiorem efficaciam, quam possit arbitrium resistere, ut libertas indegnes conservetur, que doctrina utilissima est non solum ad explandam clarissime mentem Augustini, sed ad nostram doctrinam elucidandam, intelligendam, et penetrandam. ———

Producit 3o Sanctum Spiritum in dialoge ad Paladium, ubi sic ait. indicium autem tibi sit valde manifestum, dum non solum ubiq nos stimulet, et adhortationibus menti immissis, ut discedamus a pecato, sed tantam benignitatem nobis etiam exhibet universorum salvator deus, ut efficaci subsidio adiuvet secundum, quod scriptum est psalmo 72. aprehendisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me. em inquit Navarrete, ostendit duplicem motionem, et moralem

empler consilium, et phisicam per aprehensionem dextlq. —

Retur nihil hec Similum tn predic tis ubis, quo P. âlonge salutet phisicam premotionem. dumtaxat enim contendit deum non solum exitare, sed etiam adiuvare eficaci auxilio id ē eficienti, quia sua omnipotentia nobis cum concurrit coeficiendo, P. eficaci auxilio non premovente, cui voluntas nostra nequeat resistere, sed actualem cordis duritiam, P. voluntatis resistentiam superante, iuxta ea, que tetigimus supra, et latius infra trademus. —

Producit 4°. Stum Hyeronimum qui lib° 9° Commentariorum in Ieremiam cap° 24°. explans illud dabo eis cor ut sciant me, dicit, hoc sile ēē dicto apostolico ad Filipenses 2°, deus operatur in nobis velle, et perficere, quod non solum opera, sed voluntas nostra dei nitatur auxilio. vide inquit Navarrete duplicem concursum dei scilicet in opus et in ipsam voluntatem operantem, qui postremus concursus ē, secundum Thomistas, a premotione, Retur mentem Ieronimi ēē claram nisi scienter turbare vellimus, aut detorquere contendit non solum opus ēē auxilio ad operationem, sed etiam ad libere velle, ut oportet, operari. —

Producit 5° Stum Fulgentium lib° P. ad Monimum sic aientem, que quque nobis facienda donat deus, sicut hec non possumus nisi ipse largiatur nobis, sic facere non possumus, nisi ipse in nobis, que largitur ē operetur. ecce distinctionem inquit Navarrete, inter tribuere virtutem ad operandum, et operari, et quod utrunque tribuatur deo (quasi quod possimus tribuatur deo titulo auxilij suficientis, et ipsum operari tribuatur

tribuatur titulo præmotionis. Re[s]p[on]d[eo], quod cum non solum Deus det sufficientia ut possimus, sed per gratiam cooperantem nobiscum cooperetur quando operamur, Deo tribuitur non solum posse, sed ipsum actualiter operari, quamvis nulla interveniat præmotio, nec aliud contendit S[anc]tus Fulgentius. et mitto alios patres, quia nec urgentius loquuntur nec maiori egent explatione. — — —

Addi tamen debet Chatechismus romanus, quia ad illa verba creatorem cæli, et terræ ait, non solum autem Deus universa etc[etera] providentia sua tuetur, atque administrat, verum etiam, quæ moventur, et agunt aliquid intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, ut quamvis secundarum causarum efficientiam non impediat, præveniat ~~tamen~~ cum eius occultissima vis ad singula pertineat, et quem admodum sapiens testatur, atingat a fine usque ad finem fortiter ~~et~~ et disponat omnia suaviter. —

Re[sp]o[n]d[eo] tamen Chatechismum solum contendere, quod effectus non solum proveniant a virtute quam Deus contulit causis secundis, sed immediate etiam a virtute suæ omnipotentiæ, quæ occultissime adiungitur virtuti causarum, et ad illos concurrens quodammodo causas impellat qua tenus concurrit eis conferendo speciales inclinationes naturales ac sibi debitas proportionas operationes quales sunt in gravibus moveri deorsum, et in levibus sursum, in igne comburere, in nive infrigidare, in voluntate velle bonum et in intellectu assentiri vero. — sectio 29ª. Tandem obiiciuntur plura concilia. —

Sectio. 29ª.

Tandem obiiciuntur plura Concilia. —

Pergit Navarrete, et ad suam præmotionem confirmandam plura congerit concilia, quæ tomo 2º controversia 2ª in quæstionem 19am articulo 8º pagina

mihi·

mihi, 336. nobis obiicit. Sum. est Arausicanum 2um. canone 4°. ubi sic ait Siquis ut a pecato purgemur voluntatem nostram expectare contendit, non autem, ut purgari vellimus per spiritus Sancti infusionem, et operationem in nos fieri confitetur restitit spiritui Sancto per Salomonem dicenti: preparatur voluntas a domino, nos autem dicimus, quod deus expectat nostram voluntatem: ergo adversamur concilio; atque ideo ne adversemur dicendum est independenter a nostra libera cooperatione, ea que nullatenus expectata deum predetrare, in nobis operari velle, facere que ut faciamus, et operemur. — —

Resp. mentem concilij esse claram, nec verbum protulisse quo doleat premotionem: solum enim contendit deum non expectare nostram nudam voluntatem, ut a pecato purgemur, quasi deus dependeat ad infundendam suam gratiam a nostra nat. conatu, ut Pelagiani asserebant, et non prius ipse prepararet sua gratia voluntatem, ut purgari vellimus. Voluntatem vero iam gratia preveniente (non premovente) preparatam deum expectare non negat, cum dicatur apocalipsis 3° sto ad ostium, et pulso si quis aperuerit mihi intrabo. et Isaie 5° expectavi ut faceret uvas.

2um. est Africanum contra heresim Pelagianam canone 79° ubi hec sunt quisquis dixerit gratiam dei propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revellatur, et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus; non autem per illam nobis prestari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere debeamus, atque valeamus anathema sit observa diligentissime, inquit,

Navarrete

Navarrete, qualiter distinguatur motio, qua aperitur via et intelligentia mandatorum, et exortatur ut per talem viam hō tendat a motione qua prestatur per talem viam tendere nam per motionem sám que ē moralis non prestatur illa tendentia sed hoc reservatur al motioni, que ē Phisica. ——

Sed certe non video unde colligat Navarrete hanc Phisicam motionem ex concilio, nam quod dicat per gratiam nobis prestari, quod facere diligamus, et valeamus nullatenus infert premotionem Phisicam, sed requiri gratiam, tam, ut possimus, quam ut vellimus, (ut oportet) et faciamus, in quo errabant Pelagiani, l. dic a concilio astrui gratiam sufficientem cum qua possumus, seu valemus, et gratiam eficacem cum qua facimus, nihil statuendo de mō eficacie, an scilicet sit premovens, aut solum congrua, l. in actu 2° per operationem.

Cum ē Cartaginense in epistolam ad Inocentium sum. adolescueos, qui cum preveniente gratia dicebant non stare liberum arbitrium, id enim, ait, agunt isti de qualilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratie dei, qua, et id ipsum nostre voluntatis arbitrium vere sit liberum. Vide, subiungit Navarrete clarissimam distinctionem inter motionem Phisicam, et moralem; nec enim hactenus in mentem alicuius heretici vellit negare liberum arbitrium, supposita premotione morali, quapropter heretici illi insurgebant contra eficaciorem motionem, que non ē alia nisi motio Phisica. — —

Non plus urget hec auctoritas, quam precedens; ē dic agere concilium adversus eos, qui, olim

olim gratiam prevenientem arbitrabantur evertere libertatem, atque ideo asserebant aut nullam dari gratiam prevenientem, si arbitrium operatur libere, aut arbitrium non operari libere si prevenitur a gratia; quod iustissime dagnatur a concilio, cum nullum, ut ait, relinquant locum gratie. Si vero assererent non dari gratiam phisice predeterminantem, dari vero gratiam sufficientem (et eficacem mo inferius explando) sine qua non e arbitrium liberum ad opera supernalia, et cum qua e, quia potest operari, et potest non operari, certe locum relinquerent gratie, ne que a concilio dagnarentur, si quidem dagnarentur non quia non relinquunt locum gratie sed quia non relinquunt locum gratie phisice predeterminanti, atque dagnarentur ole Chatolici, qui phisicam predeterminationem negant. videat nunc Navarrete quanta vi eliceat premotionem ex predicta autoritate. —

Sume Ephesinum tomo 6°. ubi ait, non quia vincit deus, sed quia arbitrio libere potestatis virtutem committit; necessitas enim non cogit te ad correptionem, nec voluntatem trahit ad virtutem, ut tibi virtutem preparans, spontaneam que tuam faciat correptionem. fit sermo, inquit, Navarrete de motione actuali, qua prestatur specialis virtus per mum actus libero arbitrio ad operandum libere, et per istam virtutem ait concilium non cohi hoem. —

Reter potius ex concilio convinci oppositum, ait enim virtutem committi arbitrio libere potestatis, ut ea pro libito utatur; et voluntatem non trahi ad virtutem ne inducatur necessitas, sed spontanea fiat correptio, et operatio. at si gratia esset phisice predeterminans

predeterminans virtus illius non committeretur arbitrio, sed arbitrium illi, nec traheretur ad voluntatem, sed è contra voluntas traheretur ad illam, siquidem assertores premotionis dicunt premotionem trahere, et sibi subdere voluntatem non è contra. vide quam urgens sit concilij authoritas pro premotione.

Tertium è Senonense in decreto 15°. ubi hec posuit, iuxta sacram scripturam eo credimus, ut voluntas humana misericordiæ prevenientis auxilio suffulta, et interiori quodam, et occulto secretionis inspirationis afflatu contacta se se convertat in deum. inspice, ait Navarrete contactum intimum, qui non potest convenire motioni morali, sed phisicæ. Retur concilium per contactum illum intimum, et secretionis inspirationis afflatum intelligere ad summum contactum opportunum et inspirationem congruam, quibus re ipsa operatur voluntas, non quibus phisicè premoveatur. Sectio ultima mens Divi Thomæ exploratur.

Sectio Ultima.

Mens Divi Thomæ exploratur.

certè si ulli magni hendа è autoritas Divi Thomæ, et gloriari debent, qui illum pro sua s... Patronum hent, precipuè è hic ubi controversia è tanta tantique ponderis non habere adversum doctorem tantum, quapropter iustè pro illo autore certant in suique favorem plura illius dicta commemorant, et quidem Thomistæ certè pro comperto hent Stum Thomam esse clarissime pro phisica premotione, illamque certissime docuisse, quod, ut ostendat

Ut ostendant et producant, sequentia producunt testimonia, primum ex 1ª parte, quaestione 105ª articulo 5º corpore, ubi ait primum agens movere secundum ad agendum, et secundum hoc omnia agere in virtute Dei, ac versus Deum movere res ad operandum quasi applicando formas et virtutes rerum etc. et articulo 5º ad 3um dixerat hoc ipsum, quod causae 2ae determinantur ad determinatos effectus esse illis a Deo, et articulo 4º corpore, Deum movere voluntatem interius eam inclinando. — —

Quum ex 1ª 2ae quaestione 10º articulo 4º corpore ubi ait, Deum sic voluntatem movere quod non ex necessitate ad unum determinet, et quaestione 109ª articulo 1º. 2º et 9, non posse voluntatem movere nisi motam a Deo, et indigere auxilio Dei, ut agat. —

Quum (ut plura alia eiusdem tenoris, et praecedentibus valde similia praetermittam) ex quaestione 3ª de potentia articulo 7º, ubi argentius rem tradit hisverbis Deus operatur in voluntatem, 1º quatenus tribuit ei virtutem operandi, sicut dicitur in 8º Phisicorum quod generans movet grave, et leve inquantum dat virtutem per quam consequitur tales motus, at ulio Deus non solum est causa operationis voluntatis, in quantum confert voluntati virtutem operandi, sed etiam in quantum conservat talem virtutem in esse ulio. Ultra hoc Deus movet voluntatem, quatenus ipsa non potest movere, nisi moveatur, et ita Deus est causa actionis voluntatis, ut movens, et applicans voluntatem, ex qua doctrina inquit Navarrete, quam saepe refert Divus Thomas sequitur manifeste mentem eius fuisse, quod Deus intime operetur in voluntate, non solum conservando naturam voluntatis conservatione physica, sed etiam movendo, ~~quod~~ ipsam voluntatem motione physica. —

At

At contra P. Suarez in opusculo de auxilijs lib. 1°, qui é de concursu dei capite 11. numero 4. Petrus a S.to Joseph disp. 2.a de suavi concordia tribus posteriorib. sectionibus, et in defensione S.ti Thomæ Mascareñas de auxilijs disp. 2.a parte 1.a n.° 4. Philippus Tabler disputatione sexagesima de predestinatione pagina mihi; nonagesima nona vel sue octavo enixè, et plerique ex nostris opinantur divum Thomam nunquam docuisse Phisicam predeterminationem, sed et Thomas Valdensis lib.° doctrinarum cap. 28.° numero 3.° dicit, esse imposturam asserere quod divus Thomas senserit causam 2.am per supositionem antem voluntatis creatæ determinationem facere, at ea 2.a operetur. — — —

Quodque plus é, idem sensisse plures ex Thomistis testatur Mascareñas ubi nuper, sed numero 10 referens Capreolum tum alibi, tum in 2. distinctione 28.a questione 1.a articulo 3.° ad 12um contra 2am conclusionem Conradum 1a 2æ questione 9o articulo 1° ad 3um, et Sotum lib. 1 de na, et gratia cap. 16°. magis tamen expresse video eum locutum 3°. Phisicorum questione 1.a articulo 2. propositione 1.a ubi ait in agente 2.°, cum agit, frustra fingi virtutem aliquam fluentem recens adjecta causæ, et subdit non ignoro Thomistas pleros que, ~~quibus catin~~ perscrutari autoritatem divi Thomæ, quibus entitates istas multiplicent nihil aliud profecto facientes, — quam gravissimum Thomam obscurum, atque adeo in risum reddere. ego tamen certus sum. Thomam non multiplicasse huiusmodi relationes, aut entitates ad sensum istorum, et quando contrarium in illo reperirent, aut exponerent, aut nihil crederent eius honori, et autoritati obiari, si in rebus his minimis celem potius mum concipiendi ample deserere quid aptius. —

Allegant

Allegant Pnra angelici doctoris testimonia et fidem faciant sum̃ ex 1ª 2æ questione 9ª articulo 6°. ad 3um ubi cum dixisset deum, ut utilem motorem movere voluntatem ad bonum addidit, sed hõ per ronem detrat se ad volendum hoc, l. illud quod stare non potest cum Phisica predetratione, que ad individuum, et circunstantias minimas detrat voluntatem, et non relinquit holm, ut ipse se detret. Silia repetit questione 10ª articulo 4°. unde motio dei in sententia divi Thome ẽ aliquid diversum a phisica predetratione. —

Qum ex 2° lib. Sanum distinctione 25ª questi. 1ª ad 3um. ubi ait detratio actionis, et finis in potestate libri arbitrij constituitur, ~~...~~ unde remanet sibi dominij sui actus in sententia autẽ physice premotionis non ẽ in potestate arbitrij se detrare, sed detrari debet a deo, quia credit impole ẽe, quod actio detrata proveniat ab indifferenti ad utrumlibet. —

3um ex questione 3ª de poa articulo 7° ubi hec het ad 13um, dicendum, quod voluntas dicitur here dominium sui actus, non per exclusionem cause 1ę, sed quia cá 1ª non ita agit in voluntate, ut eandem necessitatem ad unum detret, sicut detrat nam, et ideo detratio actus relinquitur in potestate ronis, et voluntatis. pondera hec ultima verba detratio actus relinquitur in potestate ronis, et voluntatis. nam in Sa premoventium non relinquitur detratio actus in potestate ronis, et voluntatis propter indifferentiam, quam hec het, sed necesse ẽes aiunt à deo Phisicè predetrari. —

4um testimonium adit Suber ex 1ª

ex 1a 2ae questione 10a articulo 4o, et alij adiungunt 57 ex 3o contra gentes cap. 70 ubi dicit idem esse causam 2am agere per virtutem 1ae (quod credunt Thomistae esse praemotioni et praedetrami) atque agere per virtutem ab ea participatam, (qualis est voluntas) et dependenter ab illa, ut vere per [?] et per influxum simultaneum nequit enim causa 2a agere nisi Deus cum illa simul concurrat. et ad maiorem abundantiam congessit aliquas coniecturas Pater Suares supra allegatus, unde colligit divum Thomam longe a sua praemotionis.

Eam angelici doctoris mens, ut minimum, anceps, quod satis est, ut illum non habeamus adversum. imo satis probabiliter credi potest esse propitium, et pro nostra sententia auctoritatem, quae obiectae sunt, ac de nouo possunt obijci dico 1o, quod quando divus Thomas ait summum agens movere et aplicare 2um ad operandum solum vult Deum dedisse agentibus creatis pro uniuscuiusque [?] et essa propensiones, et inclinationes determinatas, hoc est ex se inclinantes, et determinantes ad determinatam operationem, aut obiectum qualis datur in levibus ad motum sursum, in gravibus ad motum deorsum in igne ad calefaciendum in nive ad infrigidandum, in voluntate ad apetendum bonum in intellectu ad assentiendum vero. Adeo enim voluntas determinata est per [?]tatem inclinationem ad bonum, quod est obiectum voluntatis illius, et intellectus ad verum, ut neque voluntas possit amplecti obiectum propositum nisi sub ratione boni neque intellectus assentiri obiecto nisi sub ratione veri; quamvis ad hoc v. l. illud obiectum bonum pro suo libito, et [?] libertate voluntatis se determinet. est expressa mens divi Thomae 1a 2ae quaestione 9a articulo 6o. ubi sic ait. Dicendum quod Deus movet

movet voluntatem hominis, sicut universalis motor ad universale obiectum voluntatis, quod est bonum, et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est velle bonum, vel apparens bonum. quid clarius.

Dico 2°, quod quando dicit causam 2am agere in virtute primae, vult causas 2as agere per virtutem acceptam a prima quod verissimum est; vel agere vi inclinationis dictae inditae a prima vel denique agere adiutam a prima; nam quando aliqua causa se sola non potest, et ideo dependet ab alia qua adiuvante potest, communiter dicimus talem causam agere, aut operari, et se determinare ad agendum in virtute adiuvantis.

Dico 3° quod quando dicit non solum dedisse causis 2is esse et posse, sed etiam aplicare ad operandum, vult Deum dedisse ultimum complementum ... ut prorumpat in operationem, quatenus praeparat, et paratum habet concursum simultaneum, non enim censetur causa finaliter aplicata ad agendum, quando aliquid requisitum deest, cum omnibus autem requisitis, et eventualiter cum hoc genere aplicationis stat potentiam, si libera sit, non operari, quia pro suo arbitrio potest suspendere operationem. Dico 4°. quod quando dicit movere voluntatem interius eam inclinando, aut virtute intima, et occulta determinare, vult Deum mediante excitatione interna, et occulta inspiratione voluntatem incitare, allicere, et provocare ad operandum, quemadmodum dum hortamur consilium damus, et motivis ac rationibus propositis ad aliquid agendum provocamus, dicimus ad agendum determinare.

Scio gravissimos doctores fere omnes illas loquutiones Divi Thomae movet, determinat, aplicat

reducere,

reducere ad concursum simultaneum de illoque intelligere, ita ut solum velit causas 2as, nihil possit agere causa 2a nisi 1a eas cooperando adiuvet, et prius quam se determinent ad operationem paratum habeat concursum in actu 1o ad simul cum illis concurrendum in actu 2o. Sed de his satis. Questio 7a an efficacia auxilii consistat in predeterminatione morali, ubi quid illa, et cotuplex sit? Sectio 1a quid sit predeterminatio moralis.

Questio 7a

An efficacia auxilii consistat in predeterminatione morali, ubi quid illa, et Cotuplex sit?

Sectio 1a

Quid sit predeterminatio moralis.

Quemadmodum predeterminatio Phisica ex eo talis est, quod antea ad operationem taliter determinet, ut ex suppositione illius phisice sit necesse, quod ponatur operatio, et phisice impossibile, quod cum illa componatur negatio operationis ita predeterminatio moralis ex eo talis est, quod antea ad effectum taliter determinet, ut ex suppositione quod sit, necesse sit moraliter, quod ponatur effectus, et moraliter impossibile, quod cum illa coniungatur negatio effectus. Unde definiri potest, que preveniens, seu ante operationem necessitat moraliter voluntatem ad illam. Seu aliter est, que antea ad operationem posita in voluntate reddit moraliter impossibile extremum oppositum.

Cum autem necessarium dicatur, et sit illud, cuius contradictorium est impossibile, et necessitas, que infert in contradictorio impossibilitatem, necessarium moraliter erit, cuius oppositum est moraliter impossibile, et

impōle, et necessitas moralis, quę infert impossibilitatem in extremo contradictorio, atque ideo valebit, hic effectus ē moraliter navius, seu fit cum necessitate morali: ergo contradictorium illius ē moraliter impōle, seu in illo datur moralis impossibilitas.

Sed quia ~~tibi~~ forsam tibi non sufficit ad exactè cogendum quod sit navium moraliter, per hoc quod illius contradictorium sit moraliter impōle, neque quod sit moralis necessitas per quod inferat in contradictorio impossibilitatem moralem, nisi explicemus ulterius quod sit moralis impossibilitas, aut moraliter impōle.

Adverte ex cōi mente doctorum inter quos Mascarenas disp. 3a de auxilijs in 1a parte disputationis n. 11. Meratius tomo 2o. tractatu de grā disputatione 6a. sectione 16. n. 4. Suarez lib. 3. de auxilijs cap. 10 n. 1o. et alij inferius ~~ref~~ referendi, moraliter impossibile ēē idem, ac valde difficile, et moralem impossibilitatem idem, atque ingentem difficultatem, quo circa Sctus Chrisostomus homilia 6a in Joannem dixit hoc, et cōi sermone usurpatum videmus, cum quis dicit non possum asperum holem diligere, vehementiam voluntatis potestatem appellans. Unde quia ē valde difficille holem famelicum non comedere, nec bucellam gustare oblatis delicatissimis cibis, presertim si ēē preceptum comedendi sub ~~morte~~ mortali imponatur, et aliunde immeneat mors, si ōio a cibis abstineat, dicimus ēē moraliter impōle, quod talis hō non comedat, et moraliter navium, quod comedat, quia licet physice potsit non comedere ē valde difficille, et quod tale ē, prudentes hoēs perinde extimant, ac si esset impōle: similiter si hōi luxoriato, et diu veneri commisso, qui actiones impendi libertatem non solum non recusat, sed avidissime quęrit, se se offerret in loco occultissimo, ac tutissimo pulcerrima fœmina ad pecandum, imo id enixe peteret, verbis, et blanditijs ad id alliceret, et provocaret censetur moraliter, quam pōse, quam non consentiret, et moraliter navium, quod prēberet con censum ob ronem dictam.

Dehoc

De hoc genere necessitatis intelligunt doctores (inter alia loca scripturae, praecertim 2°. Macabeorum 4, et 14°) illud Mathei 28. necesse est, ut eveniant scandala, et illud Lucae 17. impossibile est, ut non eveniant scandala, quia esto sit physice possibile, quod non eveniant est valde difficille, ac perinde moraliter impossibile, ut Lucas ait, et quod eveniant moraliter narium, ut dixit Matheus, unde S.tus Thomas 3a parte questione 86a. articulo 1° ad 3um ait dicitur illud non posse sanari, quod non potest de facili sanari. et Lira explanans illa verba epistolae ad Hebreos cap. 6. impossibile est eos etc. dixit ad hoc respiciens illud impossibile, quod tamen hic accipitur pro difficili, sicut dicimus de claudo, quod non potest ambulare, quia male, et difficille ambulat sic praedicti cadentes de dificili resurgunt. eodem pacto intelligunt illa verba Cornelius, Justinus Ribera Hugo, et alij sicut et Toletus commentario in caput 12um ioannis illa propterea non poterant credere nam exponens illam impotentiam ad credendum de dificultate, unde Aristoteles lib. 1° de coelo cap. 11. haec habet impossibile dupliciter dicitur, aut etiam, quia non verum est dicere ortum esse posse; aut quia non facille.

Sed audiri omnino debet S.tus Cyrilus Alexandrinus lib°. 8. in Ioannem ad illa eadem verba propterea non poterant credere, sic inquiens, quod hic dicit Evangelista non immerito scrupulum, et ambigentem inivere cuique posset; si etiam credere non poterant Judei, quod peccatum est hominis non facientis, quod non potest facere? adhibenda est responsio, quia nolebant, sicut etiam, quod Deus negare se ipsum non potest laus est voluntatis divinae, quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis humanae. hoc autem loquendi genus est in omni usu observatum, ut cum quis dicit non possum amare illum, aut oblivisci illatae iniuriae, aut veniam dare ofensionis in me factae, in quibus omnibus non omnino designatur impossibilitas, sed dificilis ad id animi inflexio propter vehementem ad

mentem ad oppositum propensionem, atque proclivitatem; quemadmodum, qui odio alterum insectatur difficile admodum potest ad illius amorem propter odij vehementiam. Tunc dicit se illum amare non posse, quod sibi modo dicit Jeremias, cap. 13°; si mutare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et poteritis vos bene facere, cum didiceritis malum, ita excecatio, et obduratio animi reddit eos ad audiendum difficillime dispositos, tunc dicti sunt non posse credere. ——

At petes,

Unde oriatur, quod homines prudentes extiment impossibile, quod est valde difficille, atque ideo appellent moraliter necessarium, id cuius contradictorium ~~[illegible] prudentes extimeat impossibile quod e valde dificile, atque ideo apellent moraliter necessarium id cuius con~~ tradictorium e valde dificile? Respondeo oriri ex eo quod cum hominis sit potentia ad operandum seu potentia possit quo maior fuerit resistentia, maior intervenerit difficultas, ut experientia, et ratio convincunt evidenter; si nimium difficultas crescit, nimium minuitur seu debilitatur potentia. Unde cum potentia nimium debilis parum videatur distare a non potentia, seu ab impotentia; et quod parum distat, ut in iure aiunt nihil distare videatur, et parum pro nihilo reputetur, ut etiam ~~statuit~~ testatur regula iuris in 6.° et ideo in lege 1a §o proinde digestis de edilitijs edictis, lege quandij digestis de conditionibus et demonstrationibus, et cap. Quoniam dilecto Q. de officio delegati parum, et nihil aequiparantur, inde e, quod nimia difficultas reputetur in morali estimatione impossibilitas; et moraliter impossibile quod e valde difficile. Sectio 2a. deducenda ex dictis sectione precedente. ——

Sectio.

Sectio 2a

Deducenda ex dictis sectione praecedenti.

Deducitur 1o eo esse maiorem necessitatem moralem unius extremi quo fuerit maior difficultas ad oppositum. Pr. quia eo est maior necessitas unius, quo maior impossibilitas alterius: ergo si impossibilitas moralis est magna difficultas, quo maior fuerit difficultas eo maior erit impossibilitas moralis, et consequenter in extremo opposito maior necessitas.

Deducitur 2o necessitates morales esse inaequales. Pr. quia tunc necessitates sunt inaequales quando ~~necessitas~~ impossibilitates sunt inaequales, sed impossibilitates morales sunt inaequales: ergo et necessitates morales. minorem probo quia impossibilitates morales sunt magnae difficultatis, sed magnae difficultates inaequales sunt siquidem aliae sunt aliis maiores intra sphaeram, seu mensuram magnae. ergo.

Deducitur 3o ad impossibilitatem moralem requiri quod non tantum crescat difficultas, ut physice nequeat superari; sic enim iam esset impossibilitas physica, et in extremo contradictorio necessitas physica. patet quia id est physice impossibile quod nequit physice poni, et id physice necessarium, cuius contradictorium est physice impossibile. ergo si tantum cresceret difficultas, ut physice nequiret superari esset physica impossibilitas, et in extremo contradictorio physica necessitas. debet igitur difficultas ita crescere, ut semper maneat infra, aut intra sphaeram physicam.

Unde cum Suario lib. 3 de Auxiliis cap. 50 deducitur 4o impossibilitatem moralem non

non esse simpliciter, et absolute impossibilitatem; neque moralem necessitatem, absolute, et simpliciter necessitatem. Probatur, quia non est absolute, et simpliciter impossibile, ad quod datur absolute, et simpliciter potentia, qualis est phisica. neque est absolute, et simpliciter necessarium, cuius contradictorium est absolute, et simpliciter possibile. Sed ad id quod moraliter est impossibile datur simpliciter potentia cum detur potentia phisica, et contradictorium illius, quod est moraliter necessarium est simpliciter possibile, siquidem est possibile phisice. ergo. Quocirca particula illa moralis aplicata necessitati, aut impossibilitati est additum diminuens.

Deducitur 5.° non solum dari operationes positivas moraliter impossibiles, aut moraliter necessarias, sed etiam omissiones. Probatur, quia saepè datur maior difficultas in omittendis actibus positivis, quod est esse omissiones eorum moraliter impossibiles. et quando vice versa in eliciendis actibus positivis est magna difficultas, ipsi sunt moraliter impossibiles, et omissiones, quae sunt extrema contradictoria, moraliter necessariae. iuxta superius dicta.

Deducitur 6.° eundem actum, seu operationem posse esse respectu unius moraliter impossibilem, et respectu alterius moraliter possibile. Patet quia evenire potest quod actus uni sit difficilis, et alteri facilis. ei ~~pe~~ enim qui habet habitum intensissimum iurandi, et avidissime quaerit honores, et pecunias difficile est abstinere a iuramento, ubi magnam utilitatem honoris, aut pecuniae spectat, sicuti et facile autem ei, qui numquam iuravit, et honoris ac pecuniarum contemptor est.

Sed et deducitur 7.° quod eadem operatio possit esse ~~et~~ uni necessaria moraliter, et alteri moraliter

moraliter impossibilis. Patet quia potest evenire quod unus habeat magnam dificultatem in faciendo actum, quem alter dificile potest omittere, saepe enim unus vehementer detestatur quod alter ardenter amat, tunc autem actus esset ei, qui dificile potest illum omittere moraliter necessarius, ei autem qui dificile potest elicere, moraliter impossibilis.

Deducitur 8º. eandem operationem posse esse moraliter impossibilem ratione harum circunstantiarum, et non esse ratione aliarum. Probatur quia potest esse magna dificultas in his, quae neque est, neque viget in aliis ibi autem est moraliter impossibilis operatio, ubi est maxime dificilis non alibi imo in his circunstantiis poterit esse moraliter impossibilis, et in aliis moraliter necessaria, si etiam homini offeras cibos in circunstantiis, ubi ex saturitate, vel infirmitate nauseat, et odio capitali, ut sic loquar eos aversatur, moraliter impossibile est, quod comedat si vero eosdem offeras, quando famelicus est moraliter necessarium est, quod comedat.

Sectio 3a
Alia ulterius deducuntur.

Deducitur rursus primo posse eandem operationem successive esse moraliter possibilem, et impossibilem, aut moraliter impossibilem et moraliter necessariam, probatur, quia contingere potest, ut successive mutentur circunstantiae, quae faciant operationem, quae antea erat facillima summe dificilem, et quod deperditis motivis vehementissime allicientibus, et cogentibus subrogentur, et succedant alia horrorem, et odium maximum generantia.

Deducitur

Deducitur 2°. sub iisdem motivis, et circunstantiis, quæ antea necessitabant moraliter voluntatem ad operandum posse postea non necessitari, quodque plus est posse impossibilitari. Probatur quia possunt supervenire nova motiva commodi, aut delectationis incommodi, aut doloris, quæ priora enervent, et vi sua vehementer, aut trahant, aut retrahant, sicque reddant valde dificille quod antea erat valde facille, imo moraliter infalibile.

Deducitur 3° posse hom[in]em se necessitare moraliter ad operationem probatur, quia potest frequentissime operari in aliqua specie, ita ut aquirat intensissimum habitum, qui vehementissime inclinet, ac penè rapiat, ita ut absolute vel oppositum operari sit valde dificille, unde dixit Ecclesiastes capite primo versu decimo quinto Perversi dificille corriguntur cum tamen ipsi sua sponte perversi facti sint, et repetitis suis criminibus in eam summam necessitatem se coniecerint.

Deducitur quarto posse unum hominem necessitare alterum moraliter ad operandum, et itę moraliter impossibilitare, probatur quia potest illum conijcere in circunstantias, in quibus valde dificille sint suspendere operationem, et in quibus valde dificille sit illam agredi tot etenim motiva coacervare potest, tot incitamenta, et commoda, ut dificille admodum sit omnibus impellentibus gradum sistere, et vehementer rapientibus cohibere operationem, tot etiam incommoda dificultates, horrores, et metus acumulare potest, ut admodum dificile sit omnibus abigentibus, et vehementer retardantibus ad operationem accedere.

Deducitur quinto posse voluntatem esse moraliter necessitatam ad unam operationem vage, et moraliter

et moraliter liberam ad quamlibet determinate. patet, quia potest stare, quod sit difficile suspendere omnem operationem, aut omnem vitare, et non sit difficile suspendere quamlibet determinatam, illamque vitare. Sic familiares si duos cibos equalis bonitatis, et quantitatis offerent necessitaretur moraliter ad cibos unius rage admittendos, non tamen necessitaretur moraliter ad huius determinati, potius, quam illius, sed pro suo arbitrio, et cum morali libertate posset elligere, et preferre, quod facilius sibi quisque persuadebit. Si memoriæ occurret casum illum communem millies que a doctoribus celebratum de rustico, cui proponitur vt pecatum delinquere gregem, et similiter omittere sacrum ad custodiendum gregem deficiente etiam doctore consulendo = necessitatus est rage ad aliquod ex duobus pecatis propositis elligendum ad nullum tamen determinatum necessitatur, cum possit pro arbitrio quodvis determinatum omittere, altero ellecto.

Sed quid in hoc immoror, cum ferè totus orbis plenus sit hac veritate nonne moraliter necessarium est, et moraliter infalibile in toto universo quandiu durat reperiri aliquos mercatores, aliquos clericos, aliquos cecos, aliquos pauperes, aliquos iustos, aliquos pecatores, aliquos vxoratos, aliquos celibes, aliquos doctos aliquos ignaros, et tamen non est moraliter necesse, aut infalibile, quod hi determinati potius, quam illi sint mercatores, clerici et cetera.

Deducitur sexto ex multis capitibus oriri posse impossibilitatem moralem unius extremi, (et consequenter moralem necessitatem respectu alterius) nam primo oriri potest ex multitudine, sive motivorum, sive actionum, nam licet singula motiva videantur exigui roboris, et non

minus

minus vigeant divisive accepta collectim sumpta rapere possunt, et voluntatem obruere. unde Augustinus libro de simo cordis capite undecimo dixit: nolli illa contemnere, quia minora sunt, sed time, quia plura sunt, et paulo post timenda est ruina multitudinis, et si non magnitudinis. et Sanctus Gregorius parte tertia curae pastoralis capite trigessimo quarto; altos gurgites fluminum, sed innumeris replent guttis pluviarum. et hoc agit sentina latenter excrescens, quod patenter procella seviens. ——

Secundo ex duratione adeo etiam diuturna potest esse tentatio, ut licet alias sit levis, sua pertinentia, et prolixitate nimis fatiget voluntatem, et ita enervet, ut non nisi magna cum difficultate possit ulterius progredi abigendo, et resistendo, atque ideo maneat necessitata moraliter ad succumbendum, et consentiendum exigua etiam spina diu carni infixa nimis fatigat, et torquet, nec facille est eam sic semper relinquere, manumque cohibere, ne extrahat, unde de fortissimo Sansone, quem muliercula iteratis precibus sollicitabat ad detegendum fortitudinis secretum dicit scriptura iudicum 16 cumque molesta esset ei, et per multos dies iugiter adhaereret spatium ad quietem non sinens defecit anima eius, et ad mortem usque lassata est, tunc aperiens veritatem ei dixit etc.

Tertio ex vehementia obiecti, nam aliquando obiectum de se est adeo vehemens, tantaque ei vis inest provacandi, et atrahendi, ut vel simplici aprehensione propositum potenter voluntatem impellat, ac veluti praecipitatam ad se trahat, ita ut non nisi cum summa difficultate contineri possit, aut cum spe fructus reluctari. ——

Quarto ex viva obiecti aprehensione solet namque aliquoties evenire, quod

quod obiectum de se vehementia careat, adeo tamen ad vivum depingitur, totque coloribus vestitum, ut seclusa ratione cæco impetu voluntas in illud feratur quin possit impetum reprimere, nisi vim magnam sibi inferat, quod ingentem habet difficultatem.

Quinto ex nativa inclinatione, quæ in nonnullis adeo propendet in aliquod obiectum, ut sicet, nec de se vehemens sit, nec vivis coloribus depingatur nihilominus suo naturali pondere, quasi exclusus è bombarda globus in illum obiectam feratur, adeo impetuosæ sunt aliquando passiones.

Sexto ex inveterata consuetudine, quæ repetitione, et frequentatione actuum generat intensissimos habitus, quibus difficille admodum resisti potest corrigere etiam eiusmodi consuetudinem, et prædictorum habitus inclines, quasi mutare naturam est. Sectio quarta quotuplex sit prædeterminatio moralis.

Sectio 4.a

Quotuplex sit prædetermina=tio moralis.

Quamvis Pater Tannerus tomo secundo disputatione sexta quæstione secunda dubio quarto quatuor genera prædeterminationis moralis agnoscat propè duo agredienda sunt, et a nobis hic explicanda, sum stat in hoc, quod oppositum sit valde difficille, et nunquam ponatur sine magna difficultate, quocirca non est de illius conceptu, quod absolute nunquam ponatur, sed quod

quod si forte ponatur cum magna difficultate ponatur; atque ideo si cum praedeterminatione morali huius generis copuletur oppositum difficille tamen nullum sequetur inconveniens, nec quidquam fiet contra naturam talis praedetrationis.

Vnde haec moralis praedeterminatio non est absolute, et simpliciter infalibilis, sed potest simpliciter exponi frustrationi, quia non tollit absolutam libertatem ad oppositum, sed cum ea stat pοa physica ad componendum extremum contradictionum, quod est absolute exponi frustrationi, quo circa haec consequentia. voluntas est moraliter praedeterminata, et necessitata ad actum: ergo elliciet actum, non e vndequaque fixa, et infalibilis, nec consequens certo constare potest ex antecedenti, quia forsam voluntas non obstante dificultate, quae in eo intervenit ponet oppositum, ut revera potest, solum igitur est infalibile, quod voluntas praedeterminata, et necessitata moraliter ad actum nunquam ponet oppositum, cum facillitate, et quod nunquam ponet absolute, nisi victa prius magna dificultate.

Consequens est ad hoc deum non posse cognoscere operationem in voluntate necessitata moraliter hoc genere necessitatis, neque ex vitalis necessitatis posse determinari ad cognoscendam operationem, probatur, quia non potest cognosci effectus in causa creata, quae absolute, et simpliciter potest esse sine effectu, aut qua stante non est certum esse, aut futurum effectum, talis est voluntas, etiam quando intercedit necessitas moralis ergo. Confirmatur primo, quia si deus cognosceret operationem in voluntate moraliter necessitata, illius scientia falli posset, cum stante cognitione causae moraliter necessitatis stare potest non dari operationem; atque ideò posset cum cognitione operationis coniungi negatio operationis, quod est scientiam falli. Confirmatur secundo, quia dea,

antequam

ante quam operatio sit voluntatem esse moraliter praedeterminatam, seu necessitatam, et rogo an ex vi praescissae talis causae, et necessitatis cognoscat certo, et infalibiliter operationem, vel non? si secundum? das quod intendo, si primum? contra, quia nequit maiori infalibilitate, et certitudine cognosci efectus ex causa, quam efectus inferatur, aut habeat esse ex causa, at efectus non infertur, aut habet esse omnino certo, et infalibiliter ex causa praedicto modo moraliter necessitata, sed absolute falibiliter: ergo non potest cognosci â deo efectus in causa moraliter necessitata, certo, et infalibiliter, sed coniecturaliter, et falibiliter.

Secundum genus praedeterminationis, seu necessitatis moralis strictissimus est, et stat in hoc, quod non solum dificille sit ponere oppositum, sed ulterius dicat in suo conceptu, quod nunquam ponatur, seu componatur, quamvis physice possit poni, seu componi. Unde fatali inquiunt doctores huius necessitatis, et infalibili illatione infert operationem, et in voluntate praedeterminata, et necessitata hoc genere strictae necessitatis duo haec debent concurrere, scilicet quod physice possit ponere oppositum, et quod nunquam ponat, sed omnino infalibile sit semper ponendam esse operationem ad quam datur determinatio ita ut sit opposita haec consequentia datur necessitas moralis ad operationem? ergo voluntas operatur, voluntas non operatur: ergo non datur necessitas moralis ad operationem.

Ex quo etiam fit deum posse cognoscere infalibiliter operationem in voluntate necessitatâ moraliter hoc genere necessitatis, quia deus cognoscit res esse ratione qua sunt, atque ideo cum

cum operatio sequatur infallibiliter ex morali necessitate, infallibiliter ex hac deus cognoscit operationem, quin subsit ullum periculum deceptionis, aut falsitatis in scientia, et cognitione divina. Sed et addit haec sententia deum posse ex vi motivorum necessitantium, et infallibilisantium moraliter voluntatem praedefinire absolute, certo, et infallibiliter actus liberos.

Neque ex hac infallibilitate operationis quam secum importat dicta necessitas credunt, vel tantillum ledi, aut minui absolutam libertatem, quoniam ad huius integritatem indemnem servandam, et illessam satis esse credunt, quod possit physice poni oppositum, nec ulla ratione requiri, quod ponatur, atque ideo licet nunquam ponatur, si tamen possit absolute poni integer perservat conceptus libertatis.

Ex his necessitatibus posteriorem expresse tradit Pater Montoia, tum alibi, tum tomo de providentia disputatione decima, sectione prima, numero quarto, quinto, et sexto, Pater Granado prima parte tomo primo controversia secunda generali tractatu quarto disputatione quarta, sectione quarta numero vigessimo, et tomo secundo, controversia tertia generali tractatu secundo disputatione tertia, sectione sexta a numero vigessimo nono, usque ad trigessimum secundum, et non nulli Recentiores, quibus favet Pater Becanus prima parte, capite decimo de scientia, questione septima, refragantur vero Pater Herike tractatu tertio, disputatione vigessima secunda, capite tertio â numero decimo octavo, Josephus a Sancta Maria in tractatu Thomistico questione quarta, articulo quinto, pagina mihi,

mihi sexcentissima decima sexta, verbo supponendum quod et pagina sexcentessima decima nona verbo dico secundo (pro se allegans in priori loco Divum Thomam multis in locis) et alij praecipue ex Recentioribus.

Prior necessitas frequentior est, et magis in usu apud doctores, ut colliges ex citatis sectione prima, et ex proxime citatis, qui refragantur secundae, videturque doceri a Sancto Anselmo in epistola ad Hebraeos capite sexto ad illa verba, impossibile est eos, qui sunt semel illuminati, et caetera, ubi haec habet, impossibile est eos renovari ad poenitentiam; quia vel nunquam, vel raro quisquam commemorabitur et caetera, quasi diceret impossibile est, quia adeo difficile est, ut vel raro ponatur renovatio, non dixi determinate nunquam ponatur, quia non est contra impossibilitatem moralem, quod aliquando victa difficultate ponatur. Sectio quinta efficacia auxilij non consistit in praedeterminatione morali prioris generis.

SECTIO. 5ª

Eficacia auxilij non consistit in praedeterminatione morali prioris generis.

Cum duplex genus praedeterminationis moralis distinxerimus alterum illius, cuius oppositum est ~~valde~~

Valde

valde difficile, alterum illius, quae fatali infallibilitate infert operationem: hic statuimus non consistere efficaciam auxilii in priori genere necessitatis. Ita PP. [illegible] Vera [illegible] tomo 2. tractatu de gratia disp. 6. sectione 15. a numero 6. P. Suares lib. 3. de auxiliis cap. 10. videndi Mascareñas disp. 3. de auxiliis in 1a parte disputationis a numero 7. et plures alii, frequenterque Thomistae, qui licet concedant praedeterminationem moralem non in illa, sed in physica dicunt efficaciam gratiae consistere, ut videre est apud Navarrete, Alvarez, et alios. —— ——

Pr. experientia, certissime enim constat plerumque nos divinae gratiae excitanti consentire, et bonam operationem elicere, quin sentiamus magnam difficultatem in opposito; imo saepissime sentimus magnam difficultatem in bene operando, et vehementem inclinationem, et propensionem ad oppositum. non ne injuriatus, cui alapa coram magno concursu civitatis impacta est, maximam difficultatem sentit in remittenda injuria, quando re vera remittit, et summam facilitatem in non remittenda, sed vindicanda, quamvis propter Deum cohibeat inclinationem, et propensionem illam. deinde qui provocante femina, et se in loco commodissime offerente ad lasciviam implendam resistit, non ne difficultatem sentit, regulariter loquendo, non consentiendo? ergo cum detur auxilium efficax ad remittendam injuriam, quando illam de facto remittimus, ad resistendum provocationi, quando resistimus, et ad bene operandum, quando re ipsa operamur bene, datur auxilium

auxilij eficax absque morali predetratione; atque ideo in hac non consistit eficacia. ——

Pr. 2°. ab inconvenienti, quia alioqui eatantus esset gratia eficax, qua deus maxime urget ac vehementer inclinat, seu movet pecatorem. quod falsum est inde constat, quia sæpe erigitur pecator ex motione non nimis urgente, sed valde levi, quæ oportuno tempore collata est in circunstantijs congruis sortita est effectum, sæpe item pecator convertitur non tam sentiens dificultatem vehementem in sequendo, quam in relinquendo pecati statum. —— ——

Pr. 3° quia cum auxilio eficaci, ut tali nequit absolute componi opositum, cum auxilio autem predetrante moraliter, predicto genere predetrationis, potest absolute componi opositum. ergo auxilium eficax non est tale per hoc quod sit moraliter predetrans; neque illius eficacia consistit in morali predetratione. ——

Pr. 4°. de ratione auxilij eficacis, ut talis est habere operationem illam vel infalibiliter inferre, ita ut hæc sit ratio infalibilis consequentia: datur auxilium eficax ad operationem: ergo datur operatio. at non est de ratione predetrationis moralis, seu auxilij moraliter predetrantis habere operationem, nec illam infalibiliter inferre: ergo non est de ratione auxilij eficacis esse moraliter predetrans. et consequenter, neque illius eficacia consistit in morali predetratione. minorem probo, quia de ratione auxilij moraliter predetrantis solum est, quod opositum non positum non ponatur facile, non quod absolute non ponatur, seu quod idem valet, non est de ratione auxilij moraliter predetrantis, quod actus ponatur

conatur ad quem ē, sed quod l. non ponatur oppositum, l. si ponatur, non facille, sed cum magna difficultate ponatur. 13

Pr. 5º et simul urgetur rō precedens, l. de ratione auxilii moraliter predeterminantis ē infallibilis illatio effectus, l. non? si sum? iam predeterminatio moralis non erit prioris generis, sed posterioris. si 2um? ergo ei non repugnat ēē sine effectu; repugnat autem auxilium ēē efficax et carere effectu: ergo auxilium non per hoc quod sit moraliter predeterminans ē efficax; ~~acquiride~~ atque ideò neque illius efficacia consistit in morali predeterminatione.

Probare posset aliquis 6º hac ratione: auxilium sufficiens non requiritur moraliter predeterminans, nec requiritur quod moraliter necessitet ad operationem (aliàs auxilium minus predeterminantem moraliter non sufficeret, atque ideò innumeri, qui ad conclusiones non predeterminantur moraliter, neque ad benè operandum necessitantur carerent auxilio sufficienti, quod falsum, et absonum ē: ergo neque ut sit efficax. pr. consequentia; quia ut sit efficax solum deē quod voluntas illi consentiat, (ut vbre potest consentire.) at per consensum non advenit moralis necessitas. ergo necessitas moralis non requiritur ut auxilium sit efficax, neque huius efficacia in illa consistit. Sectio 6ª neque consistit efficacia in predeterminatione morali posterioris generis.

Sectio. 6ª

Neque consistit efficacia in predeterminatione morali posterioris generis.

A fortiori

A fortiori docere debent hanc conclusionem, qui docuerunt precedentem. pr. 1º efficacissime. hoc genus predeterationis, seu necessitatis moralis pugnat cum usu nostre libertatis, sed efficacia auxilij non pugnat cum usu nostre libertatis. ergo efficacia auxilij non consistit in hoc genere predeterationis, seu necessitatis moralis. consequentia est clara, minor negari nullo modo nequit a viro chatolico. tota dificultas consistit in probanda propositione maiori, ea namque probata nego tis confecta est.

Pr. sic id pugnat cum usu nostre libertatis, quod illum antecedit, et cum quo nequit phisice, aut metaphisice componi opositum: sed necessitas moralis stricta, seu posterioris generis est ante usum libertatis, et cum illa nequit phisice, aut methaphisice componi opositum. ergo pugnat cum usu nostre libertatis. Maior ex dictis constat, nam ad libertatem requiritur, quod voluntas possit saltim phisice componere opositum cum ijs omnibus, que antecedunt usum libertatis. Minorem quoad priorem partem nempe quod necessitas illa moralis antecedat illi ipsi dant quos adversarios hemus, et cum quibus hic disputamus. ———

Quoad posteriorem ita probo: id non potest fieri phisice, aut metaphisice, ex quo sequitur aliquod impossibile: sed ex compositione opositi cum necessitate morali extricta, sequitur aliquid impossibile. ergo nequit phisice fieri talis compositio. maior est notissima, quoniam ubi est impossibile consequens est impossibile antecedens, et eo genere impossibilitatis antecedens est impossibile, quo consequens impossibile est. minorem probo: quia hec est bona consequentia ex principijs adversariorum, datur necessitas moralis extricta ad actum contritionis, et non

datur

datur actus contritionis: ergo necessitas moralis stricta non
est necessitas moralis stricta, sed alia diversa necessitas
(quoniam natura necessitatis moralis strictae est semper esse
cum operatione, et nunquam absque illa, seu cum nega-
tione illius) sed consequens est phisice, et metaphisi-
ce impossibile, cum phisice, et metaphisice impossibile sit,
quod necessitas moralis stricta non sit necessitas mo-
ralis stricta, sed alia diversa necessitas, et antecedens unde illud
consequens infertur est compositio negationis, seu oppositi opera-
tionis cum necessitate morali ad operationem. ergo ex
compositione oppositi infertur aliquid impossibile. —

Confirmatur 1°, et simul urgetur
ratio precedens: si voluntas posset phisice componere
oppositum cum necessitate morali phisice posset mutare
naturam, et essentiam necessitatis moralis faciendo ne necessi-
tas moralis stricta sit necessitas moralis stricta. atqui
in hoc est impossibile, quia non solum voluntas non potest
phisice naturam necessitatis non potest naturam phisice mutare;
sed nec deus phisice cum nequeat facere ne sit,
quod est, et ne sit illius quidditatis, et esse cuius est.
ergo, maior probatur, quia nihil aliud est mutare naturam et esse
necessitatis moralis strictae, quam facere quod sit,
et non sit operatio, seu quod oppositum operationis coniun-
gatur cum necessitate morali stricta ad operationem.
ergo si voluntas potest phisice hoc ponere, phisi-
ce potest mutare naturam, et essentiam necessitatis moralis. —

Confirmatur 2°. qui potest phisice
destruere, aut tollere consequens potest phisice tollere, aut
destruere antecedens: ergo qui non potest phisice tollere, aut
destruere antecedens, nequit phisice tollere, aut destruere.

consequens

colns, ut e evidens ex regulis argutationis ab opposito cons
tis ad oppositum antis. Atqui voluntas nequit phisice
tollere, aut destruere necessitatem moralem strictam
que e ans ad operationem. ergo nequit phisice tollere,
aut destruere operationem, que e colns, atque ideo
operatio non erit voluntati phisice libera sed naria.

Confratur 3o quando ans non e mi
hi phisice liberum, nec colns e mihi phisice liberum,
ut ex regulis bone argutationis manifestum e, alias pos
set phisice ans ee verum, et colns falsum, et ex vero
inferri falsum, quod absurdissimum, et impole e. atqui
si necessitas moralis, que mihi non e phisice libera, si
quidem perse ponitur antecedenter ad usum mee phisice
libertatis, et oio ab illa independenter, e ans, et quidem
fatalis infalibilitatis ad operationem, operatio non e mihi phi
sice libera.

Confratur 4o, quia ex opposita sa sequitur
ex anti sio nario sequi colns minus narium, imo et absolute
contingens, quod in regulis bone argutationis nequit admitti.
Pr, quia necessitas, et predetratio moralis stricta sunt ans
ad operationem non phisice liberum, sed voluntati abso
lute phisice narium. at operatio e secundum adversarios
solum moraliter naria, et absolute libera, seu contingens.

Confratur 5o. Vel na moralis huius
necessitatis destruitur phisice per positionem oppositi. l. non
si sy. l ergo het phisicam incompatibilitatem, atque ideo
phisice necessitat, cum sit quid ans phisice incompa
tibile cum negatione operationis. si 2um l de conceptu, et
entitate phisica moralis necessitatis non e quod semper pona
tur operatio, et nunquam negatio operationis, ut staret illius
conceptus

conceptus, quamvis aliquando ponatur oppositum operationis, et non ipsa operatio. ——

Ex his colliges non solum moralem hanc necessitatem pugnare cum libertate, sed ōīo repugnare. Pb. quia id repugnat ōīo, ex quo sequitur aliquid impossibile, sed ex eo quod detur hec predeterminatio moralis sequuntur plura impossibilia, ipsa posse esse ans verum, et cons falsum, posse destrui naturam rei, posse ans esse sine conste, posse ex antinario inferri cons contingens, posse tolli cons, et non ans; hec oīa concurrunt in hoc genere predeterminationis, et necessitatis moralis, ut ex dictis patet. Sectio 7ª 1ª solutio, quam proxime rationi adversarijs prebent. ——

Sectio 7ª

Prima solutio, quam proxime ratio=ni adversarijs prebent.

Anno millesimo sexcentesimo 26° usus fui hoc argumento in publicis disputationibus coram doctissimo, ac doctissimo nostro Pe. Granados adversus predictam moralem necessitatem, seu predeterminationem, et nequetum, neque postea in aliis disputationibus video ei satis factum. tum. qui pre quat, respondit ea oīa inconvenientia sequi, si ponatur, et componatur oppositum ex vi pote moralis, non vero si ponatur ex vi pote phisice, quia non est contra necessitatem moralem strictam posse componi phisice opposita, stante posse moralitate. —

Instavit, Si non sequuntur ea inconvenientia

inconvenientia ex eo quod componatur ex vi potentiae physicae oppositum, componatur iam sic: necessitas moralis simul est cum opposito operationis ergo non est de conceptu, et quidditate illius, quod semper ponatur operatio, et numquam illius oppositum, vel necessitas moralis amisisset suam naturam, et admisisset aliam: quod tamen Tu negas, et vere implicat.

Respondit secundo non posse fieri quod componatur physice oppositum cum praedeterminatione morali, et quod non componatur etiam moraliter, seu ex vi potentiae moralis, quoniam eo ipso quod componatur ex vi potentiae physicae, iam in voluntate non est necessitas moralis quae ut sit requirit, quod non sit oppositum operationis. Si autem non est in voluntate necessitas moralis quando ponitur oppositum operationis ergo oppositum operationis ponitur cum libertate morali. atque ideo est impossibile, quod de facto componatur oppositum ex vi unius potentiae, et non ex vi alterius.

Refelli hanc solutionem multis. 1° quia si nequit componi oppositum ex vi potentiae physicae quin componatur ex vi potentiae moralis. ergo si componeretur ex vi potentiae physicae componeretur ex vi potentiae moralis: sed si componeretur ex vi potentiae moralis sequerentur ea omnia absurda quae supra diximus, et tu ipse fateris. ergo et si componeretur ex vi potentiae physicae eadem sequerentur, atque ideo est physice impossibile componi oppositum, et non solum moraliter.

2°. quia si ut ponatur physice oppositum debet simul poni moraliter &c. ergo si est physice impossibile quod ponatur moraliter oppositum, est physice impossibile, quod ponatur oppositum: at est physice impossibile, quod ponatur moraliter oppositum (alias esset physice possibile, quod necessitas

sitas moralis non esset necessitas moralis, nec esset necessitas cuius sit, neque illius quidditatis, et esse cuius est; siquidem quidditas et essentia illius est, quod neque moraliter ponatur oppositum, neque moraliter possit poni ergo est physice impossibile, et non solum moraliter, quod ponatur oppositum. —

R. quia quando duo connexa sunt, ita ut unum nequeat esse sine alio, si ex positione unius sequitur impossibile etiam ex positione alterius: at poni oppositum physice connexum est, cum hoc quod est poni moraliter; et ex eo quod ponatur moraliter sequitur impossibile, ergo et ex eo quod ponatur physice, sed id unde infertur impossibile non est physice liberum, nec physice possibile: ergo poni physice oppositum non est physice liberum, nec physice possibile; sed physice impossibile. —

4a sed est physice possibile componi oppositum cum predeterminatione, et necessitate morali. l. non. si 2. y ergo posita necessitate morali ad operationem non manet libertas physica ad oppositum, cum sit physice impossibile illud ponere ex suppositione talis necessitatis si sum. ergo si cum ponatur de facto nihil fiet impossibile, quia possibili posito in esse ea ratione, qua est possibile nullum ponitur, aut sequitur impossibile, ut stat commune proloquium, et facile posset demonstrari. ergo stare potest quod componatur oppositum ex vi possibilitatis physice, et non ex vi possibilitatis moralis, alias poneretur aliquid impossibile, et non componeretur oppositum ea ratione qua possibile est, sed qua est impossibile. contra suppositum. — —

R. quando totum est physice impossibile etiam est physice impossibile ans: sed ex eo quod componatur physice oppositum cum predeterminatione morali sequitur predeterminationem moralis

moralem non esse predeterminationem moralem, quod est phisice impossibile. ergo non solum est impossibile ex vi potentiae moralis componi oppositum, sed etiam ex vi potentiae phisicae.

6° Si cum necessitate morali ad operationem stat, ut ais, libertas phisica in voluntate ad oppositum, poterit voluntas, si vellit, absolute ponere oppositum cum libertate morali, quod nullo pacto concedis, nec concedi potest, quia cum necessitas haec moralis sit ante, non est in potestate nostrae voluntatis illam non habere, et consequenter neque oppositum ponere cum libertate morali. Atqui ultro probo, quia poterit, si vellit, ponere oppositum cum libertate phisica; econtra ipso quod ponat cum libertate phisica, ponet ut ais cum libertate morali. ergo poterit si vellit, ponere oppositum cum libertate morali.

Denique 7°, quia illius potentiae actus est impossibilis, qui ut de facto ponatur debet poni aliquod impossibile: sed ut ponatur de facto actus potentiae phisicae, quae est ad oppositum debet poni aliquid impossibile: ergo poni oppositum a potentia phisica est impossibile. minorem probo, quia ut ponatur de facto oppositum a potentia phisica debet de facto poni etiam oppositum a potentia morali, et hoc est impossibile ut ais.

Confratur, quia scilicet ad ponendum de facto phisice oppositum requiritur potentia moralis, scilicet non. si primum, ergo nequit de facto nequit poni phisice oppositum stante necessitate morali, atque ideo non datur libertas absoluta ad operationem patet, quia nequit de facto poni oppositum nisi ad sint omnia requisita, quorum unum est potentia moralis, quae tunc non datur. si secundum? ergo ut ponatur phisice oppositum non requiritur, quod ponatur moraliter, neque sequitur poni moraliter ex eo quod ponatur phisice oppositum, patet, quia

quia si ut ponatur phisice oppositum requireretur quod poneretur moraliter, ut posset phisice poni requireretur posse poni moraliter. Sectio 8.ª aliae solutiones confutantur.

Sectio 8.ª

Aliæ solutiones confutantur.

1.ª solutio é Patris Granado ubi cum supra retulimus sectione 4.ª Nam posset inferri ex uno impoli minori aliud maius, sicut ex anti minus navio, potest inferri colns magis navium, et ex contingenti impole, atque ideo cum poni oppositum sit moraliter impole, quamvis sit pole phisice, mirum non é, quod posito impoli hoc morali sequatur impole phisice, quod é maius, nempe predeterationem moralem non ee predeterationem moralem, et moralem necessitatem mutare nam, et quidditatem qua constat.

Verum hec solutio non é solidior precedente. arguitur sic: Sicut ex uno impoli minori posset sequi aliud maius (de quo modo non disputo) at ex poli nequit sequi impole, ut evidens é in re Logica, et Metaphisica, non enim potest aliquid pole here connectionem cum aliquo impoli, alias ut esset peteret rem impolem ee, et non posse ee ea rone qua petit: sed in contraria Sma sequitur ex poli impole, ergo contraria Sa docet rem impolem, minor pr quia quod posita necessitate morali ad pecationem non ponatur operatio é absolute, et simpliciter pole (alias non esset absolute liberum) sed eo poli posito sequitur moralem necessitatem non ee moralem necessitatem, et mutare essentiam,

et nam

et nám, quod ē simpliciter impole. ergo ex posli sequitur imp

Deinde licet ex minus nario pos-
sit sequi magis narium, et ex minus imposli aliud maius; at ex
ōvro nequit sequi falsum, aut impole: si autem poneretur op-
positum illius, (ut potest poni) ad quod datur necessitas
moralis, esset ōrum, et ex illo sequeretur falsum, et imple,
nempe non dari necessitatem moralem ex supositione etiam
quod detur nec moralem necessitatem ēē moralem neces-
sitatem. ergo.

3. quanvis ex anti minus nario, et
minus imposli possit sequi colns magis narij, et magis
impole, tamen qui potest tollere colns potest tollere
ans: in contraria autem sa non qui potest tollere colns
potest tollere ans, cum hec sit optima colntia: datur neces-
sitas moralis ad operationem: ergo datur operatio, et in potes-
tate voluntatis sit absolute ~~posse~~ tollere, seu non ponere
operationis, que ē colns, et non sit tollere, seu non po-
nere necessitatem moralem, que ē ans. ergo.

4. quia falsissimum ē ex contin-
genti posse inferri impole; nam contingens potest ēē ōrum,
impole autem semper ē falsum: ergo contingens esset
ex ōvro inferri falsum, quod ē impole. Pretrea contra-
dictorium illius, quod ē impole, ē narium, at evidentis-
sissimum ē: ergo ex contingenti nequit sequi impole;
patet colntia, quia contradictorium illius quod ē impole
infert contradictorium illius, quod ē, contingens.

3a. solutio ē moralem hanc neces-
sitatem importare de connotato, et in obliquo liberam
operationem; atque ideo supositio necessitatis moralis
claudit supositionem libere operationis, et colnter sicut
non

non tollitur libertas ex eo quod supposita libera operatione nequeat poni oppositum, et sequatur impossibile si ponatur, quoniam sequitur cum libera operatione coniungi negationem operationis; ita non tollitur libertas ex eo quod supposita morali necessitate nequeat poni oppositum.

Sed contra 1. quia ex hac solutione sequitur oppositum operationis non solum esse moraliter impossibile (ex suppositione necessitatis moralis) sed phisice, et methaphisice. Probatur quia si impossibilitas ad oppositum ~~libere~~ oritur ex suppositione operationis liberae, quam claudit suppositio necessitatis moralis, sicut ex suppositione operationis liberae, quam claudit suppositio necessitatis moralis est phisice, et metaphisice impossibile oppositum, ita etiam erit impossibile phisice, et metaphisice ex suppositione necessitatis moralis.

2°. quia si necessitas moralis conotat liberam operationem, ergo operatio, quam conotat, libere ponitur, atque ideo potest non poni. 1. ergo potest non poni stante necessitate morali secundum id quod antecedit sensum libertatis, 1. non 2. si sum. ergo potest componi oppositum cum necessitate morali, quae antecedit, atque ideo potest fieri, quod necessitas moralis non connotet operationem, et quod non sit necessitas moralis, si 2um? ergo tollit omnino libertatem, cum id tollat libertatem, quod antecedit liberam operationem, et sensum libertatis, et cum quo nequit componi oppositum.

3°. quia necessitas moralis antecedit liberam operationem: ergo impossibilitas, quae relucet in opposito est ante ad operationem, et proinde non necessitatur ex illa. haec autem impossibilitas, quae in opposito relucet ante operationem, et sensum libertatis est phisi-

ca

ca; quoniam si ponatur oppositum etiam ex ipso physice sequitur aliquid physice, et metaphysice impossibile: ergo oppositum operationis est physice impossibile, et consequenter non est physice, et absolute liberum.

4a solutio est non impediri physicam libertatem per moralem necessitatem, quia circumstantiae unde oritur moralis necessitas non sunt omnino depuratae, sed habent bonitatem admixtam aliqua malitia, quae causa est ne omnino rapiat voluntatem ad unum proponente intellectu talem bonitatem, ut bonum delectabile, et non necessario amandum. Ceterum haec etiam solutio insufficiens est: nam 1o iudicium illud, si proponat res, ut in se sunt, ut contraria ipsa vult non debet provenire ut bonum non necessario amandum, sed amandum metaphysica necessitate, ut ex dictis constat; ostendimus enim oppositum operationis esse metaphysice impossibile, atque ideo operationem debere esse methaphysice necessariam, indefectibilem, et fatalis pondus necessitatis fuisse voluntatis.

2o. Si circumstantiae non rapiunt omnino voluntatem, ut dicis, ad unum? ergo voluntas potest, si vellit, eis non obstantibus ponere oppositum, et cum illis amisse componere? Componat ergo; nunc quid inde resultabit aliquid impossibile? certe si resultat, impossibile est quod ponatur oppositum, et quod circumstantiae non rapiant ad unum. Si autem non resultat ergo non est de ratione circumstantiarum necessitantium moraliter quod non ponatur oppositum, ut tu concedis?

3o. quia sive circumstantiae habeant bonitatem admixtam aliqua malitia, sive non, sive proponantur, ut bonum delectabile, sive non? sive in-

dicentur

dicentur bonum, ratio amandi, sive non, hoc debet esse verum in hac 7a, quod posita necessitate morali, quæ ex talibus circunstantijs oritur voluntas manet in eo statu, in quo si ponat oppositum, ponet manifestam implicationem, seu repugnantiam, quam, cum repugnet phisice, et methaphisice ponere; repugnabit phisice, et metaphisice ponere oppositum, atque ideo evertitur illius libertas. item constituitur in eo statu in quo ad ponendum oppositum debet destrui quidditas necessitatis moralis, quod est metaphisice impossibile, et consequenter metaphisice impossibile est quod ponatur oppositum. Sectio 9.a argumenta, quæ ex authoritate petuntur.

Sectio. 9.a

Argumenta, quæ ex authoritate petuntur.

Obijcient 1.o non nulla scripturæ testimonia in quibus videtur tradi prædictum genus necessitatis, aut impossibilitatis moralis, in conversione hominum, et obduratione peccatoris. nam Joannes 12.o dicitur, propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias excecavit oculos eorum, et indurauit ~~cor~~ eorum, item Jeremiæ 13.o, si mutare potest Ethiops pellem suam, aut pardus varietatem suam, et vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum, ut alia ommittam, ad Hebreos 6.o impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, etc. et prolapsi sunt, rursus renovari ad pænitentiam, quod autem hæc impossibilitas sit tantum moralis ex eo constat, quod si esset phisica, nec primi imputaretur non credere, nec secundi non bene facere, nec denique postremi non converti ad pænitentiam

pœnitentiam. quod ratio sit illius generis, in quo sequitur inconveniens si ponatur oppositum. Et quia manifestum inconveniens sequitur ex eo quod Etiops mutet colorem suum, et pardus varietatem suam tale quae quis impolitatis agnoscit similitas ineo quod hi lis bene facerent.

Respondetur multipliciter 1° quod licet daremus sacram scripturam loqui de morali illa impolitate vigorosa, non inde pro consistere efficaciam auxilij in necessitate morali illi opposita. Respondetur 2° cum Sancto Augustino tractatu 53° in Joannem. Nicolaus de Lira et alij ex supp. obdurationis, et excecationis, addicunt actum secundum, et negationem operationis. hac enim supp. facta nec phisice possunt credere, nec bene facere, aut converti, quamvis absolute possent, et contingere oppositum cum omni quod praecedit operationem, et illius negationem, 1. Dicunt rursus cum eodem Augustino loqui ex supp. divinae praescientiae, et praedictionis malam quippe eorum voluntatem, ait, vidit Deus, et per prophetam praenuntiavit.

Respondetur 3° loqui de impolitate morali non extricta, sed lata, cum qua potest phisice componi oppositum, et si de facto componatur, tum modo id difficulter fiat, nullum sequitur inconveniens, neque exemplum de etiope, aut pardo, aliud convincit, quoniam equiparantur per hiperbolem, alias non esset moralis impolitas, sed naturaliter phisica, cum phisice sit impole per naturales vires et opem mutare colorem suum. Respondetur 4° cum Chrisostomo Cirilo, et Ambrosio ibi non posse sumi pro nolle, et impolitatem pro nolitione, seu negatione volitionis.

Audi Chrisostum homilia 67a in Joannem non potuerunt autem, hoc est noluerunt, neque te admiratio

admiratio capiat alibi enim inquit, qui potest capere capiat;
ita non nunquam potestate pro voluntate utitur, et in-
ferius, pro explatione illorum verborum, si mutabit E-
thiops pellem suam, et pardus varietatem suam, sic
poterit bene facere, qui didicit mala, addit, non dicit quod
impossibile sit ei bene operari, sed quia nolunt, ideo non pos-
sunt. deinde Sanctum Cyrillum lib° 8° in Joannem cap° 21.
is sermo nobis tantumdem signare debet, atque si diceret ipsos
noluisse credere, cum nomen potestatis ibi ponatur pro vo-
luntate, at tandem Anselmum in predictum locum
ideo impossibile esse dicimus, ut tales renoventur, quia nolunt
renovari. — —

Obies 2° Sanctum Augustinum,
qui lib° de predestinatione Sanctorum cap° 8° ait, quod
est omnis qui audivit a patre, et didicit venit ad me; nisi
nullus est, qui audiat, et discat a patre, et non veniat
ad me. Si enim qui audivit a patre, et didicit venit,
profecto omnis qui non venit non audivit a patre nec didicit,
nam si audivisset, et didicisset veniret. Respondeo
Sanctum Augustinum agnovisse illationem inter audire, et
discere a patre, et venire; itemque inter non venire,
et non audire a patre nec discere, quod est proprium
stricte necessitatis moralis, de qua nobis est sermo. unde
Hipponensis Antistes lib° de correctione, et gratia
cap° 12° dixit, subventum est ergo infirmitati huma-
ne, ut divina gratia indeclinabiliter (nota fatalem
infallibilitatem) et inseparabiliter ageretur, et ideo quamvis
infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua
vinceretur. —

Respondetur Augustinum loqui de
auxilio

auxilio, efficaci, et congruo, ea ratione, qua nos suo loco explicamus; videlicet de collato in circumstantijs, ubi non tanta est actualis voluntatis resistentia, quanta gratiæ activitas; tunc enim gratia vincit, facitque quod homo audiendo discat; hoc est illuminationi, et excitationi assentiat, ac consentiendo ad christum veniat, nec ut quaque, sed indeclinabiliter, et inseparabiliter, quia impossibile etiam phisicè est, quod duo hæc in veritate stent, nempe gratiam superare resistentiam actualem voluntatis, et voluntatem non consentire, et gratiam superare actualem resistentiam voluntatis. unde valet: voluntas non consentit, nec venit ad christum: ergo gratia non superat illius resistentiam: voluntas consentit, et venit ad christum: ergo gratia superat illius resistentiam. hæ autem illationes sunt phisicè necessariæ, et non solum moraliter, licet supposito antecedenti est phisice possibile suspendere consensum, aut cum antecedenti componere phisice consensum, quod se ou seu[illegible] nitet in prædeterratione morali.

Obies 3° concilia decernunt non posse sine speciali auxilio gratiæ servari, saltem ad longum tempus omnia præcepta naturalia, neque item posse servari aliquod urgente gravi tentatione, neque etiam ~~denique~~ vitare omnia peccata venialia collective, hæc autem impotentia, et impossibilitas est moralis alias nobis non imputaretur quod non omnia servemus, neque in eorum violatione peccaremus. nec solum est impossibilitas moralis prout mere dicit difficultatem, nam sic gratia requireretur non simpliciter ad posse, sed ad facilius contra decretum in tridentino sessione 6ª de iustificatione canone 2° dicente si quis dixerit ad hoc solum divinam gratiam

tiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo iuste vi-
vere, ac vitam aeternam promereri possit, etc. ana-
thema sit. idem decreverant concilium Mile-
vitanum capite 5. africanum canone 80, et caput
ultimum de consecratione distinctione 4a. ergo pro-
ut dicit fatalem infallibilitatem, atque ideo in gratia
auxiliatrice agnoscunt concilia rigorosam necessitatem
moralem, quae vi sua infallibiliter faciat servari praecepta,
non obstantibus difficultatibus, quae longo tempore occurrere
possunt, et solent. ——

Huius argumenti solutio pendet ex
dicendis in materia de gratia cum de illius indigentia trac-
temus, pro nunc satis erit plures referre, quae exhiberi
possent, donec ad dictum locum perveniamus; 1a. est con-
vinci ex praedictis conciliis requiri ad servanda omnia praecepta
naturalia gratiam specialem, non quae moraliter necessitet fata-
li aliqua infallibilitate, sed quae moralem illam impossibili-
tatem tollat. ——

2a. ad summum convinci, quod
requiratur gratia moraliter praedeterminans ea fatali necessi-
tate, non quod in vi moraliter determinandi consistat ef-
ficacia. non enim in viribus illis, quae necessario concurrunt
ad observantiam praeceptorum consistit efficacia, et aliud
longe est requiri aliquid ad conversionem aliud in eo con-
sistere efficaciam auxilii, quo conficitur conversio. —

3a. loqui concilia de observan-
tia praeceptorum, ut oportet ad salutem consequendam.
quod innuit Tridentinum loco citato dicens. iuste
vivere, et vitam aeternam consequi, et ad illam di-
cit requiri specialem gratiam, hoc est supernaturalem, quod
autem

autem hec gratia debeat esse moraliter predeterminans, et fatalitatis necessitas, et

4a Loqui contra Pelagianos, qui asserebant sine ulla gratia posse omnia precepta servari, licet difficulter, per solas vires arbitrij, gratiam que solum requiri ad facillius posse, ut constat ex illis verbis tridentini, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed egre tamen, et difficulter possit anathema sit, itaque contendit non quod requiratur ad simpliciter posse gratia moraliter predeterminans, aut quod in ex tricta necessitate morali, et efficacia, ut quod nequeat dari simpliciter in tretio omnium preceptorum absque auxilio gratie superaddite liberi arbitrio, neque cum eo auxilio gratie sine magna difficultate. ——

5a mentem conciliorum esse non posse hec duo simulstare, et quod serventur omnia precepta natia ad longum tempus omnia ve pecata venialia vitentur, et quod non detur speciale auxilium gratie, nam cum deus previderit eum eo auxilio homines pro sua libertate aliquod preceptum violaturos, aliquod ve peccatum veniale commissuros, nequit cum tali suppositione componi omnium preceptorum observatio, alias componerentur simul observatio omnium, et alicuius violatio, quod implicat. hec autem impotentia ad componenda illa duo est phisica, et methaphisica, non vero solum moralis, atque ideo non nascitur ex impotentia morali, que simul admittit potentiam phisicam, sed ex suppositione scientie, quam voluntas potest absolute tollere, si solum attendantur, que precedunt ex parte principij violationem, et observantie actus eius et negationem illius

illius.

Praeterquam quod cum concilia loquantur non de observatione cuiusquunque praecepti etiam levis, et ad breve tempus, neque de vitatione cuiusquunque peccati divisive, sed de collectione omnium ad longum tempus. Vel ad praesentiam urgentis tentationis, et aliunde detur auxilium eficax ad observantiam cuiuslibet praecepti divisive etiam ad breve tempus, quando re ipsa observatur, et ad vitandum quodvis peccatum veniale divisive, quod re ipsa vitatur nihil convincunt concilia circa eficaciam auxilij circa praecepta divisive, et singula peccata venialia, ad quae non requiritur specialis illa gratia secundum adversarios, quae ad collectionem, vel ad longum tempus quare, vel dicendum est concilia per illam specialem gratiam non intelligere necessitatem moralem, quae non concurrit in praeceptis, aut peccatis venialibus divisive, aut non dari auxilia eficacia ad praecepta, et venialia divisivè.

Sectio 10.ª

Argumenta ex ratione petita dissolvuntur.

Obijcies 1.º eficacia auxilij consistit in virtute illativa operationis salva absolute, et simpliciter libertate; sed vis praedeterminativa moralis, seu stricta moralis necessitas est vis illativa efectus salva absolute, et simpliciter libertate: ergo in ea consistit eficacia auxilij minor probatur, quia eiusmodi moralis praedeterminatio fatali infalibilitate infert operationem, ut ex supra dictis satis superque constat, et aliunde relinquit indemnem potentiam physicam ad oppositum: ergo relinquit salvam simpliciter absolutam

libertatem

libertatem.

Respondetur dupliciter primo distinguendo maiorem in vi illativa operationis antecedenter ad omnem usum nostrae libertatis nego maiorem, non antecedenter ad omnem usum, concedo maiorem praedeterminatio stricta moralis antecedenter ad omnem usum nostrae libertatis, et independenter ab illo infert operationem; atque ideo non consistit efficacia auxilii in tali praedeterminatione, et quidem si efficacia auxilii consisteret in morali praedeterminatione semper quando voluntas bene operatur necessitaretur moraliter (siquidem tunc auxilium est efficax) et oppositum esset ei valde difficile, cum tamen non ita sit, saepe etiam non sentit voluntas magnam difficultatem in operando potius illam sentit in bene operando, et consentiendo vocationi, et divinae inspirationi.

Respondetur 2º negando minorem quoad posteriorem partem, non etiam salvat absolutam libertatem ea praedeterminatio moralis rigorosa, cum ostensum sit esse impossibile physicam potentiam ad oppositum, et oppositum esse physice et metaphysice impossibile, quia ex illius suppositione sequitur impossibilis, et manifesta implicatio contradictorii, quae tamen inferri non potest ex absolute, et simpliciter impossibili.

Obijcies secundo moralis necessitas solum petit, quod ipsa stante nunquam ponatur oppositum non quod simpliciter poni non possit, sicut efficacia auxilii petit, quod ipsa stante nunquam ponatur oppositum, non quod simpliciter non possit: ergo eadem praedicata habent efficacia auxilii, et moralis necessitas, atque ideo in hac illa consistit, et neutra pugnat cum libertate. Respondetur implicare in terminis, quod per suum conceptum et quidditatem petat ante omnem usum nostrae libertatis, quod nunquam ponatur oppositum, et non petat, quod simpliciter nequeat poni, alias posset destrui illius conceptus iuxta superius dicta quod est simpliciter impossibile

pole. eficacia auxilij non petit antecedenter ad dm usum libertatis (cum non sit oio an) quod, nunquam ponatur oppositum, sed comitanter, aut consequenter et quia cum e petit quod ea stante nunquam ponatur oppositum, etiam petit ne simpliciter, ea stante possit componi, seu poni oppositum, atque ideo non solum moraliter, (ut de sua necessitate dicunt autores contrariae sentiae) sed etiam phisice repugnat componi oppositum cum eficacia auxilij, seu quod idem e repugnat quod ea stante simul ponatur oppositum. unde liquet praedicta necessitatis moralis, et eficacia auxilij diversissima ee nec inter se reciproce converti. — ———

Obies 3°. Si cum necessitate morali coniungeretur semper operatio non tamen peteret quod semper coniungeretur nullatenus pugnaret cum libertate, neque ullam in se aferret implicationem, sicut neque pugnat, neque illam afert auxilium eficax, cum quo in sensu sa coniungitur operatio, et praeterea, quia quando non coniungitur operatio cum nostra praedeterminatione morali e pro mera voluntatis libertate, quae potuit si vellit, coniungere; demus ergo, quod coniungat, ut potuit, nunquid pugnabit cum libertate, aut implicationem aferet? ergo quamvis petat, quod semper coniungatur operatio non pugnabit cum libertate, aut implicationem aferet? probo consequentiam, quia petere quod non pugnat cum libertate, non pugnat cum libertate. ergo si non pugnat cum libertate coniungi semper operationem cum necessitate morali non pugnabit id petere. —

Rndr. negando consequentiam, quia si poneretur, nullo petente, ex mera libertate voluntatis

tatis poneretur, at si poneretur petente, — , ~~petente~~ necessitate morali, cum hec sit ans, non ex mera libertate poneretur, sed quia datur aliquid ans, cum quo si coniungatur oppositum sequeretur implicatio manifesta, cum tamen de rone libertatis sit, quod cum oio anti possit non poni oppositum ita ut si de facto componatur nulla sequatur implicatio, aut inconveniens. ——

Obiēs 4.° tanty possunt crescere motiva ad operationem, ut oio sit infalibiliter ponendam ee nam ut dixit S.tus Augustinus lib.° 2.° de peccatorum meritis cap.t 17.° tanto quidquam vehementius volumus quanto certius, quam bonum sit novimus. ergo tunc erit de rone collectionis eorum motivorum, quod ponatur operatio, et non ponatur oppositum et tamen tunc non tolletur libertas. ergo stat cum libertate certissime et oio infalibilis positio operationis, petita ex rone motivorum, et moralis predeterationis.

Rn̄ tūc quod si non crescant ita nec libertatem absolutam, et phisicam tollant, non erit oio certum, et infalibile ponendam operationem, attenta precise vi motivorum. quia ea non obstante potuit voluntas pro sua libertate resistere, et cum predictis motivis coniungere oppositum unde reliqua arguti nihil urgent, sicut neque alie rones, que ab adversariis solent adduci. superiores enim intellorum gratiam confitemus, que plane sunt eficatiores. Sectio 11.a de ducenda ex dictis. ——

Sectio. 11.a

De ducenda ex dictis.

1.°

1.º Deducitur non esse concedendum, quod Deus sit moraliter necessitatus ad optimum hoc genere stricto necessitatis. Pr, quia hoc genus praedeterminationis repugnat, et affert secum implicationem. Deinde quia Deus haberet potentiam phisicam ad se destruendum vel ad faciendum quod non sit Deus, ut hac argutione convincitur, Si Deus non vellet optimum non esset Deus; sed Deus potest phisice non velle optimum: ergo potest phisice non esse Deus, seu facere, quod non sit Deus, vel aliter: si re ipsa Deus non vellet optimum re ipsa non esset Deus: sed pro sua libertate phisica potest re ipsa non velle optimum: ergo pro sua libertate phisica potest non esse Deus, seu facere, quod non sit Deus.

Deducitur 2.º non procedere contra recentiores, qui dicunt posse Deum infallibiliter cognoscere futuritionem operationis in morali necessitate, seu praedeterminatione (videatur Pe. Granado, et Pe. Montoia) Pr. quia in medio phisice fallibili non potest cognosci futuritio effectus certitudine infallibili, qualis datur in Scia Dei: sed moralis necessitas est medium phisice fallibile cum, iuxta contrariam sam, relinquat potentiam phisicam ad componendum cum illo oppositum: ergo. Unde posset falli Scia Dei, si, ut phisice potuit, voluntas suspenderet operationem, cum enim voluntas possit cum necessitate morali, ut praecedit operationem componere phisice oppositum, si in ea ut praecedit cognoscit Deus futuritionem, cum Scia Dei, ut in necessitate cognoscit futuritionem, potest voluntas phisice componere oppositum, quod est phisice posse Sciam fallere

fallere, l. si nequit voluntas phisice componere oppositum cum scia, et antecedenter ad futuritionem cognoscit illam in necessitate morali, futuritio operationis non erit libera cum illam precedat aliquid cum quo e phisice impossibile componere oppositum. et quidem de facto dicimus sciam visionis non tollere libertatem, quia non precedit, sed subsequitur operationem, et illius futuritionem. ergo si precederet ante futuritionem scia phisice infalibilis in necessitate morali, phisicam voluntatis libertatem tollere.

Deducitur 3°. in contraria sa dmi illadem esse, quod deus possit imponere preceptum de re moraliter impossibili stricta impossibilitate morali, patet quia iuxta contrariam sam adhuc manet phisica pota, et libertas phisica, que suficit, ut res sit absolute libera, et simpliciter possibilis, nec amplius exigitur, ut deus possit iniungere preceptum, et voluntas peccet si violet.

Dixi in contraria sa, nam in mea nullatenus debet admitti. pr, quia superius ostendimus predictum genus necessitatis moralis tollere libertatem absolutam, et phisicam: ubi autem non e absoluta, et phisica libertas, nec preceptum esse potest, nec in violatione peccatum. Unde coena erit non posse hominem puniri propter facta ex vi moralis predeterminationis, seu necessitatis de qua proxime sermo fuit, quia iusta punitio exigit delictum cum libertate commissum, et iniusta e pena, que non supponit culpam, ex lib°. Si qua pena ff. sio de verbis significantibus lib°. Sed et si non data paragrapho finali ff. sio de fidei commissarijs libertatibus. questio octava an eficacia auxilij consistat in libera cooperatione voluntatis. Sectio prima, questione explata referuntur sententie.

questio 8.

Questio 8ª

An efficacia auxilij consistat in libera cooperatione voluntatis?

Sectio 1ª

Questione explicata referuntur Sententie.

Sensus huius questionis est, an efficacia auxilij sita sit in nostro consensu et libera cooperatione voluntatis, ita ut auxilium esse efficax nihil aliud sit, quam quod nos illi cooperemur et consentiamus, atque ideo forma efficacitatis sit nostra cooperatio, licet virtus auxilij, que denominatur efficax sit aliquid distinctum a cooperatione, illamque antecedat, quemadmodum actio est forma, qua causa denominatur efficiens, virtus autem cause, que denominationem accipit est aliquid distinctum ab actione et illam antecedens.

Prima sententia negat, ita communiter Thomiste, et inter eos Pennotus in propugnaculo humane libertatis libro nono capite decimo quarto numero secundo, Tannerus tomo secundo disputatione sexta de gratia, et questione secunda dubio quinto

quinto. Bellarminus, libro primo de gratia, et libero arbitrio capite decimo [illegible] addens contrariam sententiam esse omnino alienam a sententia Sancti Augustini, et Divi[illegible] [illegible] Ruiz libro tertio de auxiliis capite decimo quarto numero tertio, et quarto, et alij quam [illegible] plures.

Secunda sententia affirmat, ita multoties Pater Molina in concordia, nam [illegible] alijs locis id expresse docuit questione decima quarta, articulo decimo tertio disputatione quadragesima, [illegible] antequam [illegible] qui ubique est in hac veritate propugnanda. Eandem sententiam refert Pater [illegible] Ianneus Patrem Vasquez, et Lessium, sed ille potius ponit eficaciam in congruitate auxilij, et vocationis, hic expresse tenet tertiam sententiam quam inferius attingemus. Solum adverto hanc sententiam non ita ponere eficaciam in nostra libera cooperatione, ut excludat cooperationem auxilij utramque etiam includit, ita ut ab auxilio, et voluntate credibiliter procedat operatio in qua [illegible] ut est ab utroque collocat, et constituit eficaciam.

Videbitur aliqui adiungendum huic sententie Patrem Meratium eo quod tomo secundo tractatu de gratia disputatione sexta sectione decima octava a numero sexto doceat eficaciam auxilij consistere in entitate auxilij prout est id a quo tanquam a causa nostre voluntatis libera operatio egreditur in aliqua differentia temporis, quod videtur idem esse, atque consistere in auxilio, ut operatione, et operante, et eficiente

eficiente nostram liberam operationem, atque ideo inoperatione, regreditur ab auxilio, et voluntate. Verum non ire, nam hic author clare notat se non constituere eficaciam auxilij per operationem, aut actionem, tanquam per formam, (ut sententia precedens) sed explicare in ordine ad illam, sicut actio non constituitur formaliter per efectum, sed explicatur in ordine ad illum.

~~tanquam per formam (ut sa precedens) sed explicare in ordine ad illam; sicut actio non constituitur formaliter per efectum, sed explicatur in ordine ad illum.~~

§. 3a sa distinguit eficaciam auxilij in actu 1o. et in actu 2o. et dicit 2am eficaciam constitui per operationem (et in hac parte convenit cum 2a. sa) non 1am, (atque in hac convenit cum 1a sa) ita, Pater Serius in opusculo de gratia capo. 10 numero 9o. et tractatu de predestinatione sectione 4a numero 63. Philipus Fable disputatione 60a de predestinatione capo 4o. numero 14 in solutione ad 3am obiectionem. et omnes ij, qui preter auxilium eficax in actu 2o agnoscunt, et admittunt eficax in actu 1o. Sectio 2a. eficaciam auxilij in actu 2o constitui per nostre voluntatis cooperationem.

Sectio 2a.

Eficaciam auxilij in actu secundo constitui per nostre voluntatis cooperationem.

Hec assertio est de mente

2ᵐ et 3ᵐ 2ᵐ: Pr. 1ᵒ auxilium efficax in actu 2ᵒ est id, atque auxilium actualiter efficiens, ut ex superioribus constat: sed auxilium constituitur actualiter efficiens per operationem: ergo auxilium efficax in actu 2ᵒ constituitur per operationem, et cum non sit ea adequata efficiens, sed parcialis, et nobiscum coefficiens, constituendum erit per nostram actualem cooperationem.

Pr. 2ᵒ posita precisse cooperatione nostre voluntatis cum auxilio, auxilium est efficax in actu 2ᵒ: et ea precisse sublata redditur non efficax in actu 2ᵒ. ergo auxilium constituitur efficax in actu 2ᵒ per cooperationem nostre voluntatis. patet consequentia, quia per id res constituitur, quo precisse posito ponitur, et quo precisse ablato aufertur, ut sepe diximus, et ostendimus. ans pr., quia ea non est efficax in actu 2ᵒ, quandiu non habet suum actum, seu quandiu non reducitur ad actum 2ᵘᵐ operandi: at non habet suum actum, nec reducitur ad actum 2ᵘᵐ operandi auxilium efficax, nisi detur operatio, et ea data habet, et reducitur. ergo.

Pr. 3ᵒ posita precisse nostra cooperatione auxilium est efficax, non in actu 1ᵒ: ergo in actu 2ᵒ. ergo per nostram cooperationem auxilium constituitur efficax in actu 2ᵒ. consequentia videtur bona maior autem etiam patet, quia efficacia in actu 1ᵒ est ad operationem, et illam prevenit. ergo non constituitur per illam. maiorem probo: quia est auxilium condistinctum ab auxilio inefficaci, et distinctum a mere sufficienti: sed auxilium, quod distinguitur a mere sufficienti, et inefficaci est efficax, ut clarum est ergo.

Pr. 4ᵒ per id constituitur efficax in actu

in actu 2.º quod deest auxilio in actu 1.º ut sit efficax in actu 2.º; sed quod deest auxilio in actu 1.º ut sit efficax in actu 2.º est operatio ergo per hanc constituitur. minorem probo, quia quod deest ut sit efficax in actu 2.º est ponendum a voluntate: sed quod est ponendum a voluntate, post auxilium in actu 1.º, est operatio. ergo quod deest est operatio. ——

Probare posset aliquis 5.º, quod auxilium sufficiens sit efficax in actu 2.º est voluntati fraterni liberum, sed non est alio pacto fraterni liberum, nisi quia est fraterni liberum ei cooperari: ergo quod auxilium sufficiens sit in actu 2.º efficax est quod voluntas ei libere cooperetur, atque ideo efficacia consistit in cooperatione. ——

Probant alij 6.º quia consensus voluntatis, qui cum auxilio gratiae producitur est actus liber, ac proinde a libero arbitrio pendens, ergo ab eodem quoque pendet efficacia gratiae. quod dicunt patres ex Tridentino sessione 6.ª de iustificatione cap.º 5.º et canone 4.º consentiunt probant quia cum homo consentit vocationi potest non consentire, atque ideo ei tribuendum est, quod vocatio habeat efficaciam. confirmant. non perseverat in gratia. l. habet auxilium sufficiens ad perseverandum. l. non habet 2. si non habet non peccat, si habet potest illo uti pro suo arbitratu, atque ideo facere illud efficax, unde quod gratia sit efficax aut inefficax a libero arbitrio pendet. alia argumenta nonnulli formant, quae quia in meis principijs vim non habent, consulto praetermitto. Sectio 3.ª efficaciam auxilij in actu 1.º non constitui per actualem operationem. ——

Sectio. 3.ª

Efficaciam auxilij in actu primo non constitui per actualem operationem.

Ita 1.ª

Ita 1a, et 3a 2a pr. 1° ext.° Augustino multis locis in quibus loquens de gratia efficaci supponit .l. indicat eã prevenientem nostram operationem actualem, atque ideo habere efficaciam aliunde constitutam prius quam detur operatio. etenim nunc eam apellat cogitationem altam, atque secretam, quod non potest ei competere precisse, quia ē sufficiens, neque quia actualiter cooperamur; nunc apellat cogitationem congruam, et quod electi ideo sint electi, quia congruenter vocati; quod ē vocationem congruam fuisse priorem nostra operatione tanquam rōnem electionis; nunc apellat misericordiam, quam deus facit iis, qui convertuntur bene operantur, et salvantur, quod proprie non dicitur de operatione nostra, sed de gratia unde ipsa oritur; nec de gratia mere, et nude sufficiente, que cõis ē tam iustis, quam predestinatis, nunc denique, ut omittam alias locutiones, que rem cur deus huic ita suadeat, ut persuadeat, seu autem illi non refert in nostram operationem, sed in abissum, et arcana divine voluntatis. vide in lib.° de spiritu, et littera, cap.° 34. et lib.° 1° ad simplicianum questione 2a et lib.° de predestinatione sanctorum cap.° 6. 8, et 16. et de correptione, et gratia cap.° 11, et de dono perseverantie cap. 6, et epis tola 107a.

Pr 2° rone. eficacia auxilij in actu 1° consistit, ut infra ostendo in proportione maioris inequalitatis, sed proportio maioris inequalitatis non constituitur per actualem operationem, sed illam antecedit, ergo eficacia auxilij in actu 1° non constituitur per actualem operationem. minorem probo, quia proportio maioris

nis ire qualitatis in auxilio constituitur per hoc, quod virtus, et activitas auxilij sit maior nostra resistentia; haec autem virtutem maiorem nostram resistentiae non constituimus per actualem operationem, sed illam praecedit. —

Pr 3º. non solum datur efficacia auxilij in actu 2º, sed etiam in actu 1º. id autem quod se habet per modum actus primi non constituitur per actum 2um ut clarum est. ergo efficacia auxilij in actu 1º non constituitur per operationem, quae est actus 2us; maiorem ostendo quia non solum datur in auxilio actu operari, sed habere vim infallibiliter inferendi operationem, quando ex parte voluntatis est minor resistentia ad operandum. —

Pr 4º antequam detur operatio est aliquid in auxilio per quod in esse absoluto differat ab auxilio pure sufficiente, et inefficaci ita ut neque sit pure sufficiens, neque inefficax. ergo ante operationem datur auxilium efficax, cum auxilium dividatur sub efficaci inefficaci et sufficienti: efficacia autem praecedens actualem operationem est in actu 1º: ergo efficacia in actu 1º non constituitur per actualem operationem. —

Pr 5º ~~ex~~ ex eo contraria sententia non admittit efficaciam in actu 1º, sed solum in actu 2º constitutam per operationem, quia credit non posse stare infallibilitatem efficaciae in actu 1º cum libertate voluntatis ad operationem, sed potest stare, ut constabit ex dicendis quaestione 11a, et 15a. ergo admittenda est efficacia in actu 1º, quae non constituatur per actualem operationem, sed illam praecedat. —

Probant 6º. Doctor Tamnerus, quia opposita sententia confundit gratiam efficacem cum sufficienti

cientis, cum tamen longè diversae sint, nam sicut ~~efficax~~ furax ille edax dicitur etiam ille, qui actu non furatur, nec ~~edit~~ edit, et glutem tenax, etiamsi ac nihil teneat. ita sibi modo efficax vinum, aut medicina dicitur, etiam dum nihil efficit. atque ideo priusquam efficiat, nimirum ab ipsa indole, seu vi efficiendi, quam habet. Ergo pariter etiam gratia efficax, proprie loquendo est, et dici debet ante consensum, et operationem, quam efficit, ita ut efficacia gratiae sonet actum primum. Verum haec ratio solum probat ad summum efficaciam prout dicit vires exuberantes ultrà sufficientes, quamvis non habeat vim infallibiliter inferentem operationem.

Probant alij 1° quia auxilium illud est efficax, quod discernit iustum ab iniusto, praedestinatum a non praedestinato. Sed antequam detur operatio datur auxilium discernens iustum ab iniusto, et praedestinatum a non praedestinato. ergo ante quam detur operatio datur auxilium efficax, quod per illam non constituatur in ratione efficacis. minorem probant, quia speciale beneficium gratiae est, quod discernatur iustus ab iniusto, praedestinatus a non praedestinato, atque ideo medio auxilio quo id beneficium praestatur discernitur à gratia, non media operatione, quae nostra est, et a nobis, qui determinamur ad operandum in actu 2°.

Nihil obiicio ad vlteriorem doctrinam duarum sectionum praecedentium, quia quae possent obiici ad vlteriorem 2am, probant doctrinam sectionis 3ae, et quae contra 3am, solum probant doctrinam sectionis 2ae, neque vna cum alia pugnat, sed mirè inter se consonant, vt visum est. Quaestio 9a. an efficacia auxilij in eo consistat, quod conferatur sub infallibilitate sive conditionali

conditionatę. Sectio 5a questio explicatur, et refelluntur se-

Questio 9a

An efficacia auxilij in eo consistat quod conferatur sub infallibilitate Scientię conditionatę.

Sectio 1a

Questio explicatur, et refelluntur sententię.

Presens difficultas in eo consistit, videlicet an efficacitas auxilij in hoc sistet, quod auxilium sufficiens conferatur, quando, et ubi previdit Deus infallibiliter habiturum effectum, et voluntatem ei responsuram. inefficacitas vero, è contra in eo quod Deus conferat quando, et ubi sua scientia media vidit non habiturum effectum, nec voluntatem responsuram, sed totis viribus resistituram: cum enim Deus omnes circunstantias recte calleat, et voluntates hominum intime penetret, modusque sciat opportunitatem ut extrema congruant, scit etiam in hijs circunstantijs auxilium, et vocationem non congruere voluntati, ut operetur, congruere vero in alijs. itemque scit in hijs circunstantijs congruere hoc genus vocationis, hanc speciem auxilij, hanc intensionem, et talem, l. talem modum conferendi: in eisdem vero

vero non congruere aliud quam talem intensionem, aut numerum. quo fit, ut si detur in his circumstantiis, vel cum hac intensione habet infalibiliter operationem, et erit eficax, item vero si in aliis, vel aut in ipsa intensione, atque ideo merito debitatur nunc eficacia constituatur per hoc quod taliter confleratur sub ea infalibilitate sue conditionati, et eius conditione illius.

Et ne rem exiguam, aut nullius controversie ventilemus examinandam, hic non inquiri an eficacitas in actu 2º constituatur per hoc, quod auxilium suficiens confleratur ex directione scie medie (nullus enim quem viderim afirmaverit, sed tanquam rem certam supponunt ceteri doctores non constitui, et ex dictis questione precedente constat per operationem constitui) sed an eficacitas in actu 1º circa quam divisi sunt autores in varias sas.

1ª afirmat, et illam tuentur Tannerus, tomo 2º disp. 6ª de gratia questione 2ª dubio 5º numero 89 et 92 at ex professo dubio 6º per totum. Per Montesius, suis disputationibus theologicis disp. 6ª cap. 5º vers. porro autem et vers. at oponet, Per Suarez lib. 5º de auxiliis cap. 14º a numero 9. Per Arrubal 1ª parte disp. 85ª cap. 5º Per Vasquez ibidem disp. 98ª cap. 6º a numero 36 et ceteri nostre societatis doctores, quos alii plures sequti sunt, quamquam ista res ab his autoribus sine dubio, an ipsa scia infalibilis sit constitutivum eficacie, vel non, sed obiectum illius, nempe futuritio infalibilis sub conditione, seu conditionata constituat, an forsan utraque (ut quidam recentior voluit) ut expressius eorum mentem habemus.

Sed in hac 1ª dicendum mihi videtur colatere eficaciam scilicet esse entitati auxilii aliquid extrin-

Item

secum, quoniam illi extrinseca e scia conditionata, et conditionata futuritio operationis. Ergo si in alterutra aut in utraque eficacia consistit, eius e efficacia sit aliqui de extrinsecum. Bene novi aliquos authores ee ex iunioribus, qui licet ponant eficaciam in auxilio ex eo quod conferatur sub infalibilitate sciē mediē addant resultare inde quandam moralitatem, et extimabilitatem intrinsecam in entitate auxilij ratione cuius, et fraliter sit eficax et infalibiliter inferat operationem. Iuxta quorum mentem futuritio conditionata, aut scia media sehet, ut connotatum, fundamentum, conditio, l. titulus Phisicus moralitatis.

2ā Sa negat illam defendunt Pes Meratius tomo 2º tractatu de gratia disp. 6ª sectione 17ª a numero 3º. Magister Albarez tum alibi tum disp. 83ª de auxilijs numero 12º. et coiter Thomistē distinguit alio Pes Meratius eficacitatem gratiē ab infalibilitate eficaciē in inferenda operatione, et quamvis dicat priorem non constitui per sciam conditionatam, dicit constitui posteriorem. Atque ideò sencet gratiam eē eficacem independenter â scia conditionata, non vero here infalibiliter inferre operationem nisi dependenter a scia conditionata, quamvis rotet se loqui de certitudine, et infalibilitate fiali, non de obtiva, et mali.

Quid nos sentiamus in presenti controversia, aut cui ex his sententijs adhereamus constabit ex dicendis tribus sectionibus sequentibus, precertim 2ª, et 4ª, in quarum priori discutiemus an constituatur eficacia per sciam conditionatam, in posteriori, an constituatur per illius obtum, hoc e per futuritionem, seu conditionem, seu conditionatam; ne promiscuè, et sine distinctione procedamus aut rem

definiamus

definiamus. Sectio 2ª, efficaciam auxilij in actu 1º non constitui per sciam conditionatam.

Sectio 2ª

Efficaciam auxilij in actu 1º non constitui per Scientiam Conditionatam.

Conclusio in hac assertione cum 2ª ta adductus fg. Pr 1º quia efficacia auxilij in actu 1º, ut infra ... 2do dicemus consistit in proportione maioris inequalitatis, facta comparatione inter vires auxilij, et resistentiam voluntatis. Sed hec proportio non constituitur per sciam conditionatam, nec ab ea pendet. ergo efficacia auxilij in actu 1º non constituitur per sciam conditionatam, nec in ea consistit. minor pr, quia proportio maioris inequalitatis nihil aliud est in presenti, quam quod vires auxilij maiores sint quam actualis resistentia voluntatis. hic autem excessus non constituitur per sciam conditionatam, nec ab ea pendet ex se. ergo.

Pr 2º, ut auxilium gratie sit efficax solum requiritur, quod inferat infallibiliter operationem intra statum illum in quo est efficax et sit re ipsa habiturum effectum: quod autem inferat intra statum absolutum, et habiturum sit infallibiliter effectum non habet a scia media neque ab ea ex se pendet. ergo quod sit efficax in actu 1º non habet a scia media, nec ab ea pendet. Minorem probo, quia si Deus daret auxilium in illis circunstantijs, in quibus modo previdit victurum nostre voluntatis resistentiam, et habiturum re ipsa effectum, ipse tamen id ignoraret, infallibiliter inferret

ret operationem, et habitum eum esset effectam, verum non
ideo vel sint, quia cognoscuntur futura, sed è contra.
ergo.

[illegible] Resp. 2º Scia media nequit facere
quod auxilium sit efficax in circumstantijs, in quibus alium
[illegible] si conferretur non esset efficax: ergo quod sit efficax
non fiet ex Scia conditionata. Sed aliunde. Cons. patet solutia,
quia si ex Scia conditionata fieret, etiam si aliunde non
esset efficax, posset in eisdem circumstantijs facere, quod
foret efficax, quoniam hoc habet generaliter prata consti-
tutiva, quod faciant rem [illegible], [illegible] esse, quae aliunde
non erat, [illegible] non talis erat, sic in accidentalibus ad
[illegible] fit subiectum esse album, quod aliunde non erat album, et
cognitio obiectum cognitum, quod antea non erat cognitum, et
in [illegible] in alijs facit esse hominem, cum tamen antea licet
[illegible] esset [illegible] et [illegible] facit
esse speciem leonis, et si ante illius adventum, adhuc praeexi-
stente [illegible] in alijs non esset species [illegible]. Sed
Scia conditionata nequit facere quod auxilium sit efficax
in circumstantijs in quibus non habet aliunde proportionem maio-
ris inequalitatis, neque potest facere quod sit illius activitas
maior, quam nostra resistentia in circumstantijs in quibus
aliunde non esset maior, neque [illegible] quod habitu tenus sit
efficax in circumstantijs, in quibus aliunde non erat habi-
tu tenus [illegible]

Resp. 4º Deus vidit per Scientiam con-
ditionatam, quod si daret homini, vel angelo auxilium in talibus
circumstantijs, esset efficax: ergo priusquam decideret, videret per
Scientiam conditionatam erat conditionate efficax, cum prius sit
omnem esse finitam, quam cognosci sit talem, atque ideo non
involvitur

in volvitur ipsa Scientia conditionata in conceptu eficaci, aliàs hæc supponeretur antequam esset, siquidem afficitur ex parte obti id in quod directe tendit, et quod supponit.

Imo hinc confirmo ulterius nostram assertionem Scientia conditionata, quia conditionata ẽ non habet se conditionate pro obiecto, et tamen hẽt conditionate pro obiecto eficaciam auxilij: ergo eficacia auxilij non constituitur per Scientiam conditionatam, quia si per illam constitueretur Scientia quæ haberet pro obiecto eficaciam eodem pacto heret Scientiæ, ne aliàs daretur Scientia habens pro obiecto constitutum, et non rationem formalem constitutivam illius maior probatur, quia quã conditionatam hẽt pro obiecto id quod sub conditione ẽ, ipsa autem ẽ acta, et non sub conditione: ergo non hẽt se pro obto. prætereà hæc veritas, si daretur auxilium sufficiens in talibus circunstantijs maior esset illius activitas, quam resistentia voluntatis, secluso quæ conuerteretur non importat Scientiam conditionatam, et tamen importat eficaciam auxilij: ergo eficacia auxilij non importat Scientiã conditionatam.

Sectio 3ª

Triplex obiectio dissolvitur.

Dices primo auxilium eficax, ut tale maius beneficium ẽ, quam ineficax, sed ratio maioris beneficij includit Scientiam: ergo auxilium eficax ut tale includit Scientiam non absolutam, ut ex dicendis suo loco constabit, ergo conditionatam: ergo per hanc constituitur eficacia auxilij. Resp. distinguendo maiorem, ẽ maius beneficium materialiter (si precisse attenditur eficacia)

cia) concedo maiorem, fraliter nego maiorem, auxilij efficax collatum ex scia efficacis é maius fraliter beneficium, quam inefficax; seclusa autem scia, et attenta unde efficacia é maius beneficium maliter, sed non fraliter, unde scia requiritur, non ut auxilium sit efficax, sed ut auxilij efficax heat rõnem fralem beneficij, per quę patet ad reliqua. —

Dices 2º si deus conferret auxilij ex directione scię medię, et sub infallibilitate illius in ijs circunstantijs, in quibus nunc non é efficax esset efficax; ergo constitueretur tunc efficax per hoc quod conferret, sub dicta infallibilitate, et ex dicta directione; siquidem faceret, quod esset efficax quod aliunde non heat efficax: ergo et mo constituitur per eandem scię siquidem constitutiva semper sunt eadem, et ubique debentre periri. Preterquam quod nostrę rões generaliter loquuntur. —

Resp. quod si deus conferret auxilium ex directione scię medię, et sub infallibilitate illius esset efficax non quia conferretur sub ea infallibilitate, sed quia dicta scia infallibilis supponeret tunc aliunde auxilium futurum efficax nostram que voluntatem operaturam: quemadmodum si deus cognosceret per sciam visionis petrum salvandum quando non é salvandus, procul dubio Petrus salvaretur non quia scia visionis faciat quod salvetur, sed quia cum sit infallibilis supponeret tunc res se aliter habituras, et salvationem Petri fore futuram, quando futura non erat. —

Dices 3º. deus cognoscit per sciam conditionatam veritatem huius propositionis si ego cognoscerem conditionate futuram operationem, auxilium foret conditionate efficax: ergo et scia conditionata cognoscit se sub conditione (ie in cuius oposito nitebatur ultima rõ sectionis precedentis) et scia conditionata constituit efficaciam auxilij

auxilij conditionatam, cum sub conditione scię medię enuntietur in dicta propositione efficacia auxilij: ant. pr, quia est veritas dictata sub conditione, et quid quid sub conditione est de facto verum deus cognoscit per sciam conditionatam.

Respondent probabilitate 1º negando ant. quia illa veritas est naria, et pertinet ad scię simplicis intelligentię, sicuthec si ego cognoscerem (loquatur deus de se ipso) scia visionis absolute futuram operationem auxilium esset absolute efficax: habet enim nariam conexionem scia conditionata de operatione supernali cum auxilio efficaci sub conditione, et scię visionis cum auxilio efficaci absolute ad eandem operationem.

Resp. 2º omissa ant., negando utramque partem consti. 1am quidem, quia id non est se cognoscere sub conditione, sed sciam aliquam conditionatam esse conditionem sub quae cognoscitur futuritio auxilij, quod longe diversum est. 2am etiam, quia quando enuntiatur futuritio efficacię auxilij sub conditione scię medię non est, quia scia constituat efficaciam, sed quia cum illam supponat ab totum, verissimum est, quod si detur scia dabitur efficacia, quemadmodum verissimum est, quod si detur aliquid supponens aliud dabitur, et illud aliud, non quia praedictum aliquid constituat illud aliud, sed quia ~~de facto~~ supponit illud, sic verissimum est, quod si detur scia visionis de operatione existente dabuntur omnia praerequisita non quia illa constituat, sed quia supponit illam. Sectio 4a efficaciam auxilij in actu 1º non constitui per futuritionem conditionatam.

Sectio. 4a

Efficaciam auxilij in actu 1º. non constitui per futuritionem conditionatam.

Conclusio

Convenio etiam in hac assertione cum 2a 3a, et pr 1o, quia ad efficaciam auxilij in actu 2o solum requiritur proportio maioris inequalitatis, (ut non semel tetigi et infra latius explico) sed proportio maioris inequalitatis non constituitur per futuritionem conditionatam: ergo neque efficacitas auxilij per illam constituetur. minor pr: quod activitas absoluta auxilij sit maior resistentia nostre voluntatis, seu quod ex parte voluntatis non sit tanta resistentia, quanta e absoluta vis, et activitas auxilij non constituitur per futuritionem conditionatam: sed quod activitas absoluta auxilij sit maior nostra resistentia esse e proportio maioris inequalitatis. ergo proportio maioris inequalitatis non constituitur per futuritionem conditionatam.

Pr 2o, quia efficacitas absoluta auxilij e aliquid omnino extra statum conditionatum: sed futuritio conditionata non e omnino extra statum conditionatum. ergo futuritio conditionata non pertinet ad constitutionem efficacie absolute auxilij. Maior pr quia non minus migrat, seu transcit efficacitas absoluta auxilij ab statu conditionato in absolutum, quam cetera entia phisica, que sunt in statu absoluto: sed cetera entia phisica, que sunt in statu absoluto sunt aliquid omnino condistinctum ab statu conditionato. ergo.

Pr 3o. quia si fingamus non esse statum conditionatum rerum, neque res here ullam veritatem contingentem sub conditione, ut Thomiste et multi alij volebant, a Deo posset concipi salvari, et intelligi efficacitas absoluta auxilij. ergo efficacitas absoluta auxilij non constituitur per futuritionem conditionatam patet consequentia, quia si per illam constitueretur nequiret concipi salvari, aut intelligi absque illa efficacitas absoluta auxilij

lij. ant. ostendo, quia concipi, et salvari posset, quod activitas auxilij excederet resistentiam actualem voluntatis, et quod infalibiliter inferret operationem, (siquidem est infalibile ponendam esse operationem, si auxilij activitas superet resistentiam voluntatis. ergo.

Dices, quod auxilium sit efficax est quod inferat infalibiliter operationem, sed quod infalibiliter inferat operationem habet a futuritione conditionata: ergo quod sit efficax habet a futuritione conditionata, atque ideo per hanc constituitur eficacia, maiorem probo, quia auxilium non infert infalibiliter operationem ex se alias tolleret libertatem, sed ex eo, quod conferatur in circunstantijs, in quibus sub conditione voluntas erit operatura, et praevisa conditionate operatio.

Respondeo distinguendo maiorem, quod sit eficax est, quod inferat infalibiliter operationem per ea, quae habet in eo statu, quo est eficax concedo maiorem, per ea, quae habet in alio statu nego maiorem, distingo etiam maiorem, sed quod inferat per ea, quae habet in statu absoluto habet a futuritione conditionata nego maiorem, quod inferat non per ea praecise, quae habet in statu absoluto do minorem, et nego consequentiam: in quocunque statu (sine recursu ad alium) habet eficaciam inferri infalibiliter operationem, unde, ut auxilium sit eficax debet habere aliquid in eo statu in quo est, sine recursu ad alium, per quod inferat, hoc autem non potest esse in statu absoluto futuritio sub conditione, cum haec pertineat ad alium statum, sed proportio maioris inequalitatis iuxta dicenda inferius, atque ideo per futuritionem sub conditione nequit constitui eficacia auxilij in statu absoluto.

Dices iterum, si non esset futuritio conditionata seu res futura sub conditione non daretur eficacia auxilij in statu absoluto: ergo futuritio conditionata pertinet ad constitutionem eficaciae in statu absoluto, patet, quia id pertinet ad constitutionem rei, quo non dato non datur res. Respondeo 1° eo de genere argumento convinci scientiam visionis constitui

per

per futuritionem conditionatam, quia si non daretur futuritio conditionata, seu res futura sub conditione non daretur scientia visionis, siquidem nec res absolute existens, quae est obiectum illius.
Respondetur 2.° distinguendo antecedens non daretur efficacia auxilij in statu absoluto [illegible] constitutionis nego antecedens [illegible] connexionis, et dependentiae, quam servant status absolutus, et conditionatus, futuritio absoluta, et conditionata concedo antecedens, et nego consequentiam, si non daretur res futura sub conditione non daretur res absolute futura, non quia constituatur res absolute futura per hoc, quod sit futura sub conditione, sed quia esse futura [illegible] absolute connectitur cum esse futuram sub conditione, et hoc ad illud necessario supponitur.
Instabis per id constituitur efficacia, per quod auxilium sufficiens distinguitur ab inefficaci, et sufficienti pro ut sufficiens dicit indifferentiam ad efficax, et inefficax, sed per hoc, quod auxilium conferatur in circumstantiis, in quibus sub conditione futura est operatio distinguitur sufficienter ab inefficaci, et pure sufficienti: ergo per id constituitur efficacia auxilij; atque ideo per futuritionem sub conditione.
Respondetur distinguendo maiorem per quod intra suum statum distinguitur concedo maiorem, per quod extra suum statum nego maiorem, distinguo etiam minorem, sed per hoc, quod conferatur in circumstantiis in quibus futura est operatio sub conditione distinguitur intra suum statum nego minorem, extra suum statum concedo minorem. cum auxilium efficax intra suum statum debeat habere omnia constitutiva efficaciae, debet etiam habere differentiam, seu aliquid per quod intra illum statum distinguatur a sufficienti, et inefficaci; hoc autem non potest esse futuritio conditionata ratione efficaciae in statu absoluto, cum non sit intra statum absolutum, sed pertineat ad conditionatum, ac proinde per illa

illam requirit constitui efficacia in subiecto apto

Questio. 10.a

An consistat efficacia auxilij in hoc, quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio, illius que infalibilitati subsit.

Sectio. 1.a

Explicatur questio, et placita referuntur.

Decretum absolutum, et resolutorium est illud quo deus ita resolutive intendit effectum, ut ex vi talis decreti nullo alio principio atento, nullaque alia spectata conditione sufficienter colligatur futuritio effectus, valeatque infalibili consequentia, deus absolute, et resolutorie non intendit, sed decrevit, actum alicui a nostra voluntate: ergo atribuetur ab illa ad distinctionem decreti conditionati, quod ex se non intendit in effectum resolutorio modo, sed cum dependentia a conditionis positione, nec ab illo valet collatio infalibili ad effectum intentum, nisi aliunde supponatur dari positam conditionem.

Unde patet aliud discrimen inter haec duo genera decretorum, nam cum decreto omnino resolutorio, et ab intrinseco absoluto pugnat omnino negatio effectus, atque ideo valet a negatione effectus intenti ad negationem decreti resolutorij

resolutorij cum decreto autem ex suo modo tendendi conditionato non pugnat oppositum, neque valet a negatione effectus ad negationem decreti conditionati, quia cum intendat effectum, nisi dependenter a conditione, solum tenetur inferre ex suppositione, quod ponatur conditio; et cum possit stare, quod non detur conditio adhuc posito decreto stare potest ea non datur, quod non detur effectus, et nihilominus verificatur, quod deus vult poni effectum, si ponatur conditio, ita quod illum poneret, si conditio poneretur; solum ergo pugnat cum decreto conditionato, quod posita sit conditio, et non sit ponendus effectus.

Petimus ergo an auxilium habeat efficaciam ex eo quod conferatur per decretum absolutum, et resolutorium de operatione, seu ex eo quod conferatur ex intentione efficaci absoluta, et ex suo modo tenendi resolutoria de ponenda operatione, ita ut licet entitas auxilij ex se non inferat operationem, nec efficaciam habeat, habeat tamen; et inferat ratione decreti, cuius infallibilitati, et efficaciæ subest, ita ut impossibile sit componi negationem operationis cum auxilio non secundum se considerato, et ut abstrahit, et præscindit a modo, quo confertur, sed ut provenit a decreto absoluto, et ut procedit ex intentione resolutoria similiter que a contrario sensu auxilium habeat efficaciam non ex se, sed ut subest decreto inefficaci de ponenda operatione, aut efficaci, et resolutorio de ponenda negatione operationis.

Ia sententia affirmat, et eam expresse docuit Guilielmus Gibiuf lib. 1. de libertate cap. 20. n. 5. ubi addit voluntatem divinam efficacem esse quasi spiritum gratiæ efficacis. Pennotus in propugnaculo humanæ libertatis lib. 9. capite 5. n. 3. et cap. 15. n. 8. quam loquitur de intensione absoluta, et voluntate efficaci constat ex priori loco

præsertim

præsertim numero 6. Videri Pelher nec non alij, qui rejicientes prædeterminationes physicas internas dicunt voluntatem extrinsece prædeterminari ad ista opera in particulari per efficax decretum, et imperium dei absolutum, et resolutorium, licet non varient in genere, et qualitate præmotionis differantque ab asserentibus præmotionem internam non variant, nec differunt in modo exigendi illas ad efficaciam auxilij.

2ª negat, et illam tuetur Pater Lesius in opusculo de gratia efficaci cap. 3º. n. 34. et sequentibus (videri que potest cap. 6º n. 16º. et cap. 18. n. 12º. præsertim a §. Vt autem) Pater Vasquez 1ª parte disp. 89ª. Pater Herice etiam 1ª parte tractatu 2º. disp. 19ª cap. 9º. et tractatu 3º. disp. 23ª. a cap. 9. Pater Martinus Bresseno lib. 6. de conscientia cap. 2º. n. 269. § 3 pr. Pater Meratius tractatu de gratia disp. 6. et citati authores Societatis licet non plurimi maxime ex recentioribus admittant decreta absoluta, et ex illis dicant conferre auxilium efficax, non admittunt constitui efficax per decretum, ita vt non aliunde, nisi ex decreto absoluto habeat formaliter efficaciam, sed per ordinem ad circunstantias congruas in quibus prævisa est conditionate operatio.

Sectio 2ª

Efficaciam auxilij non consistere in hoc, quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio.

Semper mihi visa est melior posterior sententia, quam probo 1º. quia decretum absolutum, et ex se resolutorium circa operationem ponendam non est necessarium ad efficaciam auxilij: ergo efficacia auxilij non consistit in hoc, quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio; patet consequentia, quia si consisteret decretum absolutum, et ex se resolu-

resolutorium esset nativæ adeficaciam, cum semper sit nañium ad rem, quod é illius constitutivum, aũs p̃r, quia sufficit decretum conditionatum, et quando unum sufficit, aliud non requiritur, nam si deus decernat concurrere cum voluntate, si ipsa vellit operari, et auxilio respondere ex vi hujus decreti, quod conditionatum é concurreret cum voluntate, si ipsa cooperari vellit, cum solum expectetur ea conditio; et ad valorem sacramenti non requiritur absolutio, et administratio ex intentione absoluta valoris, sed sufficit conditionata, quæ posita conditione transcit in absolutam.

P̃r. 2º quia si auxilium heat proportionem maioris inqualitatis, hoc é si heat activitatem maiorem, nostra resistentia eritefficax, siquidem infallibiliter inferet operationem intra suum statum, ut infra dicemus, sed quod heat hanc proportionem non constituitur per hoc, quod conferatur auxilium sufficiens ex decreto absoluto, et resolutorio circa operationem, sed per hoc quod conferatur, et quod nos minus, aut non tantum resistamus quantũ ipsũ potest, ut etiã inferius dicemus. ergo.

P̃r. 3º in nostra potestate é, quod auxiliũ sufficiens nobiś collatum sit eficax, aut ineficax, sed non é in nostra potestate, quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio circa operationẽ: ergo quod sit eficax non heat ex eo quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio circa operationẽ maiorem, prœter quam quod specialiter é inferius ostendam, p̃r. sic quia in nostra potestate é auxilio sufficienti óio resistere, et non operari, item ēe non resistere, sed consentire, ac cooperari, sed eo ipso, quod óio resistamus, et non cooperemur erit ineficax eo autem ipso, quod óio non sistamus, sed consentiamus, et cooperemur erit eficax ergo.

P̃r. 4º eficacia auxiliĳ in actu 1º é nañia ad actualem operationẽ, ergo si constitueretur per decretũ absolutũ, et resolutoriũ, quod non é in nostra

in nostra potestate is, qui de facto non convertitur non habet omnia requisita ad actualem operationem, nec habere posset, quod est falsissimum ratione posterioris partis, alias non staret per ipsum, nec culpae verteretur non conversio.

Pr. 5. quia respectu illius, qui non convertitur, inanes essent excitationes, et vocationes ad conversionem cum non habeat in sua potestate decretum eficax, et resolutorium sine quo est impossibilis conversio, utpote, nec aliunde datur a Deo, non ergo consistit eficacia auxilii in hoc quod conferatur ex decreto absoluto, et resolutorio.

Pr. 6. quia ut constat ex Tridentino colligitur ex Sacra Scriptura, et docet Sanctus Augustinus, Deus non deserit nos nisi prius deseratur a nobis, sed si eficacia auxilii consisteret in decreto absoluto, et resolutorio Deus prius desereret nos, quam desereretur a nobis, siquidem prius, quam nos illum deseramus negaret decretum absolutum sine quo est impossibile, quod convertamur, et haec consequentia sit a priori, quia Deus non decrevit decreto absoluto, et resolutorio nostram conversionem non convertimur, haec autem non ita quia non convertimur Deus non decrevit nostram conversionem decreto absoluto, et resolutorio ergo.

Sectio 3a

Pr. septimo ex eo quod tolleretur libertas.

Adhuc impugnari potest urgenter contraria sententia argumento desumpto ex libertate, quod in hunc modum fieri potest. Si eficacia auxilii consisteret in decreto absoluto, et resolutorio ab eo venie proveniret voluntas non libere operaretur, et consequenter, nec mereretur per bona opera, neque esset digna laude, et premio, quae consequutiones cum sint falsissimae falsissimum est id unde infernuntur, probatur sequela.

Tunc voluntas non libere operatur, quando cum omnibus quae antecedunt actum libertatis nequit componere oppositum, decretum illud resolutorium

resolutorium antecederet usum libertatis, et cum illo nequit componere oppositum: ergo non liberè operatur. maior patet ex defin.e pot. liberæ, videlicet quæ positis omnibus, quæ antecedunt usum libertatis potest ponere oppositum operationis, et cum illis operationem. minorem probo, quoad priorem partem, quia decretum absolutum, et resolutorium antecedit usum libertatis, tum quia se habet per modum prius ad talem usum, tum quia ab illo non dependet, sed deus ex mero suo beneplacito habet non spectato nostro concursu, quoad positionem etiam, quia infert oio infalibiliter operationem, cum illa quæ connectitur cum eo autem, quod oio infert infalibiliter operationem, et cum operatione connectitur, nequit componere negationem operationis. ergo —

Confirmatur 1.o necessitas ans tollit libertatem; necessitas, quam induceret decretum illud absolutum, et resolutorium esset ans. ergo tolleret libertatem. maior ab oibus recipitur, et desumitur ex S.to Anselmo lib.o de concordia prædestinationis cap. 1.o et 2.o minorem probo, quia iuxta S.tum Anselmum lib.o 2.o cur Deus hó cap. 18. necessitas præsens, quæ ea é, ut sit res, et necessitas cons quam res facit, sed necessitas, et infalibilitas operationis proveniret a decreto absoluto, et resolutorio, illa quæ prædicti decreti causare non vero operatio: ergo esset ans, et non cons. deinde quia secundum S.tum Thomam lib.o 2.o perihermenias sectione 15.a necessitas, quæ pendet ex causis prioribus é necessitas absoluta (hoc é ans, et absolute tollens libertatem) sed necessitas quæ proveniret ex decreto resolutorio, proveniret ex ca priori cum sit decretum illud prius, et cons, ergo esset necessitas absoluta, sed antecedens. —

Confirmatur 2.o sola illa necessitas é cons, quæ supponit usum libertatis, illumque consequitur; sed necessitas, quæ orire tur a decreto resolutorio non suponeret usum libertatis, nec illum consequeretur, siquidem prius quam nostra voluntas quidquam liberè exerceat, habet deus decretum absolutum, et resolutorium: ergo necessitas, quæ oritur ex decreto absoluto, et resolutorio nequit ée cons, sed oio ans, et prorsus evertens voluntatis libertatem. —

Confirmatur 3.o id quod absolute nequit voluntas tollere non é liberum voluntati, sed necessitas, aut infalibilitas, quam induceret decretum absolutum, et resolutorium

circa positionem

circa positionem operationis nequit voluntas tollere: ergo non é absolute libera sed absolute, et simpliciter voluntati naria, maior patet, quia quod absolute é liberum voluntati in illius potestate, et arbitrio és absolute tollere, et facere, ne sit, minor probo, quia nec potest illam tollere non tollendo decretum illud resolutorium, alias cum decreto resolutorio componeret negationem operationis, illudque frustraret, neque potest tollendo decretum, quia existentia decreti absoluti, et resolutorij non subijcitur nostrae voluntati, nec ab ea pendet, quod autem nobis datur sine nobis, et simul datum é invariabile constans, et immutabile, sicut é decretum absolutum et resolutorium non possumus absolute tollere.

Sectio 4.ª

Vrgetur ro praecedens ex arte syllogistica

Cum existimamus non minus tolli libertatem his decretis absolutis ex suo mo intrinseco tendendi resolutionem praeferentibus, quam physica praemotione non aliter vrgendi sunt illorum autores arte syllogistica arguto igitur sic haec é optima, et legitima colntia adhuc secundum adversarios Deus hét decretum absolutum, et resolutorium de ponenda operatione, quando confertur auxilium sufficiens: ergo ponetur operatio, sicut Deus decrevit, et pro eo tempore pro quo decrevit. Sed ans é mihi absolute narium: ergo et colns, patet colntia, quia nequit stare, quod ans sit mihi absolute, et simpliciter narium, et consequens absolute, et simpliciter liberum, seu contingens alias possem tollere colns non sublato antecedente, atque ideo coniungere possem oppositum contradictorium coentis cum ante, possemque facere, quod ans sit verum, et coens falsum, quae non solum absurda prorsus sunt sed etiam oio impossibilia.

Restat probemus minorem, si ans non esset mihi narium, sane esset mihi liberum, atqui non é mihi liberum. ergo é necessarium. minor ostenditur, quia non é mihi liberum, quod é ante omnem vsum meum libertatis, decretum absolutum, et resolutorium est ante omnem meum vsum libertatis, siquidem datur, quando confertur auxilium sufficiens, et hoc praecedit omnem vsum libertatis: ergo.

Deinde non é

Deinde: non é mihi liberum, quod non ponitur dependenter a mea libertate, et ex vi usus illius: decretum absolutum, et resolutorium non ponitur dependenter a mea libertate, et ex vi usus illius. Atqui ergo non é mihi liberum. Maior ex se constat, quia id solum dicitur liberum, quod quando é é ex vi libertatis, et pot libere, ut libera é. Ergo non é mihi liberum, quod non ponitur dependenter á mea libertate, et ex vi usus illius. Minorem ostendo, quia decretum absolutum, et resolutorium non ponitur dependenter a mea libertate, neque ex vi meæ pot libere ut libera é, alias usus meæ libertatis, seu mea libertas præcederet exercita, ut esset tale decretum, quod adversarij negant, cum dicant potius decretum antecedere ante usum libertatis, ut libere velemus.

Rursus; auxilium sufficiens non é mihi liberum, nec in mea potestate libera é, ut ex dictis, et dicendis constat, et constabit ex dicendis, fit omnis in nobis sine nobis liberè operantibus. Ergo nec decretum absolutum ex vi cuius tale auxilium conferetur. Probo consequentiam, tunc 1º, quia ideò non é in mea potestate libera auxilium sufficiens, quia datur ante omnem usum liberum nostræ voluntatis. Sed decretum resolutorium non minus datur ante omnem usum liberum nostræ voluntatis, cum scilicet præcedat, vel comittetur ipsum auxilium sufficiens, et alias decretum resolutorium esset posterius auxilium sufficiens: ergo. Tunc 2º, quia impossibile é quod in mea potestate libera sit decretum infallibiliter ponens trum, et non sit trus illius in mea libera potestate. Ergo si trus illius, qui é auxilium sufficiens

sufficiens non e in mea libera potestate, nec erit decretum. Tum 2° quia l. decretum resolutorium e in mea potestate nali nude accepta, et hoc non, quia auxilium supernale non e subtum natura l. ~~cum auxilio~~ in mea potestate cum auxilio gratiae sufficientis; et sic deberet praecedere usum libertatis (quo obtinendum e decretum resolutorium) auxilij sufficientiam collatum, et cum non fuisset collatum ex vi alterius decreti nisi ex vi decreti resolutorij (siquidem in ipsa collatione auxilij sufficientis intendit resolutorie operationem) ante usum libertatis quo obtinendum e decretum praecederet ipsum decretum, atque ideo esset ante quam esset, l. supponeretur esse, et deesset, quae manifeste implicant. Sectio 3a 1a solutio ex eo quod decretum absolutum sit ca mata.

Sectio 3a

Prima solutio ex eo, quod decretum sit causa mediata.

Rñt aliqui decretum absolutum, et resolutorium non tollere libertatem, licet antecedat olim usum illius, et inferat oio infallibiliter operationem, quia non e ca immata sed mata operationis, et ca mata considerata praecise rone sua non tollit libertatem, imo nec potest tollere. Quod sic ostendunt. Ca mata eatenus tollit libertatem,

libertatem, quatenus ponit medium, s. causam immatam, quae libertatem tollat, si enim nihil ponat immatum, quod tollat, non tollet, quoniam tunc voluntas potest coniungere operationem, et negationem illius cum omnibus, quae immate praecedunt operationem et ad illam concurrunt. Decretum autem absolutum, et resolutorium nullum medium ponit, ~~quod ita ostendunt, causa mata extrinseca tollet~~ quod immate influat in operationem, et libertatem tollat, sed solum supponit auxilium sufficiens efficaciter, et resolutione intendendo operationem ratione cuius intensionis efficacis auxilii, quod ex se erat sufficiens, redditur efficax.

Addunt tale decretum esse omnino extrinsecum voluntati, et nihil ponere intrinsecum, quod illam necessitet, atque ideo non immutare intrinsece potentiam liberam, nec modum naturalem operandi, quem habet: sine immutatione autem intrinseca modi naturalis operandi non potest tolli libertas, nec modus operandi liber: ergo decretum resolutorium non tollit libertatem nostrae libertatis non obstante quod praecedet usum illius, et infallibiliter inferat operationem.

Haec solutio multis ex capitibus mihi displicet, 1°, quia sive decretum resolutorium sit causa extrinseca, sive intrinseca, sive mata, sive immata, et nullum aliud medium ponat, quod necessitet, hoc habet secundum ipsos adversarios quod antecedat omnino usum libertatis, et nequeat voluntas cum illo coniungere negationem operationis. Ergo decretum resolutorium, sive sit causa extrinseca, sive intrinseca, sive mata, sive immata, et nullum aliud medium ponat, quod necessitet, tollit libertatem. Probo consequentiam, quia de ratione causae liberae est, ut possit cum omnibus, quae omnino antecedunt usum libertatis componere negationem operationis. hoc tollit illud decretum quamvis extrinsecum

extrinsecum, et natiy etiā, ergo et libertatem.

2°, quia tum tollitur libertas,

Ut ais, quando immutatur mus operandi natis nostre volun-
tatis: sed illud decretum immutat mum nalem operandi
nostre voluntatis, ergo tollit libertatem illius. minorem
probo, quia modus operandi natis nostre voluntatis, quan-
do operatur liberè, è ita operari, ut cum oibus, que ante-
cedunt olm usum libertatis possit componere negationem
operationis. Sed illud decretum, sive sit ca extrinseca,
et mata, sive intrinseca, et immata, sive aliud medi-
um ponat necessitans, sive non immutat, et tollit
hunc modum operandi siquidem facit ne possit cum
ipso decreto oio antecedente usum libertatis coniun-
gere negationem operationis. Ergo sive sit ca mata, sive
immata, sive intrinseca, sive extrinseca, sive ponat
aliud medium, sive non, tollit libertatem volun-
tatis.

Confirmatur, quia aliter operatur volun-
tas, quando operatur sub decreto absoluto, et resolutorio, ac quan-
do operaretur, si decretum non esset resolutorium, quando opera-
tur sub decreto resolutorio non potest pro arbitrio suo ponere ne-
gationem operationis, posset autem ponere, si nullum tale de-
cretum esset ergo cum esset modus naturalis ille, quem
haberet voluntas, si non adesset decretum resolutorium
sed ex modo intrinseco tendendi conditionatum decretum re-
solutorium, quod hunc mum immutat, cum mutat modum ope-
randi naturalem liberum nostre voluntatis.

3° id tollit libertatem voluntatis, quod ita illa
antecedenter ligat ad unum extremum, ut sit ei absolutè impossibi-
le ponere contradictorium, hoc facit decretum absolutum, et resoluto-
rium,

um, quantumvis sit causa extrinseca, et mediata, nullumque aliud medium extrinsecum ~~ponat~~ necessitans ponat: ergo tol= lit libertatem maior patet, quia libertas est potentia ad nullum extremum contradictorij inter ligata, sed ex se ad quodlibet rursus exposita. Minorem probo, quia posito decreto abso= luto, et resolutorio de ponenda operatione manet voluntas ita ligata ad operationem, ut implicet contradictionem ponere extremum contradictorium, alias posset componere cum decreto resolutorio de ope= ratione negationem operationis.

4º. quando duo sunt physice, et metaphysice incompatibi= lia, consequenter quae ~~[illegible]~~ ad ponendum unum debet necessario tolli aliud, cui est impossibile tollere unum, est impossibile ponere aliud, sive id quod tollendum concurrat extrinsece, sive intrinsece, sive materialiter, sive immaterialiter, sed decretum resolutorium de operatione est physice, et metaphysice incompossibile cum negatione operationis, et ad ponendum negationem operationis debet tolli decretum resolutorium. Ergo si voluntati sit absolute impossibile, ut [illegible] est, tollere decretum resoluto rium de operatione, est absolute impossibile ponere negationem operationis, quamvis decretum concurrat materialiter. atqui quando unum contradictorium est absolute et simpliciter impossibile, alterum est omnino necessarium, et est conclusio. Ergo voluntati, cui est absolute impossibilis negatio operationis (esto decretum concurrat extrinsece et materialiter ad operationem) operatio erit absolute, et simpliciter necessaria, atque ideo tolli tur libertas.

Confirmatur: quoties aliquid habet intrin= secam, necessariam, et essentialem connexionem cum tertio, ei est impossibile tollere tertium sicut est impossibile tollere connexum cum tertio. at decretum absolutum, et resolutorium habet intrinsecam, necessariam, et essentialem connexionem cum tertio nempe operationem: ergo voluntati, cui est impossibile tolle= re decretum divinum absolutum, et resolutorium est im- possibile

posse tollere, seu non ponere operationem: ad impossibile autem non est libertas: ergo ad tollendam, seu non ponendam operationem absolute, et resolutorie decretam non est in voluntate libertas, et voluntas circa operationem est necessitata.

Maior praefati syllogismi, quae sola videtur probatione egere, et ex qua caetera alia pendent. Probatur 1° quia non potest tolli terminus, quin tollatur connexum cum illo (siquidem valet necessaria, et infallibili consequentia tollitur terminus, ergo tollitur connexum cum termino, alias convinceretur non habere connexionem cum termino quando quidem posset esse sine illo: ergo, qui non potest tollere connexum non potest tollere terminum. 2°, quia ut tollatur connexum sufficit tollere terminum. ergo ut possit tolli connexum sufficit posse tollere terminum; ergo si non potest tolli connexum, non potest tolli terminus, alias posset tolli terminus, et non posset tolli connexum cum illo, contra id quod proxime dicebamus. 3° quia id est impossibile, ex quo, si ponatur sequetur manifestum inconveniens, aut repugnantia: sed si tolleretur terminus, et non connexum cum termino sequeretur manifestum inconveniens, aut repugnantia (nempe esse connexum, ut supponimus, et non esse, quia posset esse sine termino, et quod potest esse sine alio non connectitur cum illo) ergo est impossibile tollere terminum, et non tollere connexum cum termino. Ergo cui est impossibile unum est impossibile, et aliud ac vice versa. Sectio 6a. eiusdem solutionis ulterior refutatio.

Sectio 6a.

Eiusdem solutionis ulterior refutatio.

Supersunt

Supersunt adhuc nonnullae aliae, et efficaces refutationes adversus solutionem praecedentem, quarum 1a est: Si decretum absolutum, et resolutorium non impedit, neque laedit usum libertatis quamvis illum praeveniat: ergo adhuc illo decreto antecedenter posito manet expedita libertas ad suum actum. Ergo non est impedita ut ponat negationem operationis: ponat ergo, quia nihil obstat; si enim obstaret aliquid convinceretur esse impeditam, contra suppositum.

2a. nequit stare libertas cum determinatione infallibili ad unum, aliunde, et non ab ipsa potentia libera, antecedenter posita. Sed posito antecedenter decreto resolutorio, voluntas est aliunde, et non a sua potentia libera antecedenter determinata infallibiliter ad unum. ergo non habet libertatem. maior ex terminis patet, quia de ratione libertatis est indifferentia ad utrumque, quamdiu ipsa non se determinat. Minorem probo, quia decretum datur antequam ipsa se determinet, et eo posito, voluntas est determinata infallibiliter ad operationem, siquidem eo ipso repugnat non poni operationem. Ergo aliunde, quam a sua potentia libera voluntas est determinata infallibiliter ad unum.

3a. quamvis decretum sit causa extrinseca, et mala est ars unde infallibiliter infertur operatio ita ut haec sit optima collatio. Deus decrevit absolute, et resolutorie operationem. ergo voluntas operabitur, sed non est libertas ad antecedens: ergo nec ad consequens, quia si esset libertas ad tollendum, seu non ponendum consequens, esset etiam libertas ad tollendum antecedens, seu esset libertas ad coniungendum oppositum consequentis cum antecedenti, atque ideo decretum resolutorium, quamvis sit causa extrinseca,

et

et mediata tollit libertatem.

Quarta: si Deus, quando adsunt cætera requisita ad liberè operandum decerneret absolute, et resolutorie non concurrere cum voluntate, voluntas non operaretur liberè, sed illius libertas, ac modus operandi naturaliter everteretur, et tamen decretum illud resolutorium esset causa mediata, et extrinseca; ergo non obstat, quod decretum resolutorium esse causam mediatam, et extrinsecam, ut tollat libertatem, et immutet modum naturalem operandi voluntatis. Probatur maior, nam qui fieri potest, ut potentia illa sit libera, cui Deus non habet paratum concursum universalem? nec alio modo melius necessitat ad negationem effectus, quam negando concursum generalem ad illum; sicut enim est impossibile creaturam operari sine generali concursu Dei, ita est necessarium non operari, eo negato per divinum decretum absolutum, et efficax, iuxta ea, quæ multoties diximus, et non semel ostendimus, videlicet quando unum extremum contradictorium est impossibile, oppositum esse necessarium.

Quod si reas decretum absolutum, et resolutorium, quo Deus decerneret negare concursum universale tollere quidem libertatem non præcise ratione sui, sed quia ponit medium necessitans, nempe negationem ipsius concursus; atque ideo medium ipsum est, quod necessitat non ipsum decretum. quæstio autem procedit quando decretum præcise datur sine eo quod inferat medium ex se necessitans, tunc enim asseritur non tollere libertatem non autem, quando interveniat medium necessitans. contra est nam antequam detur operatio in priori in quo sunt omnia requisita

requisita è negatio concursus, in contraria sa, atque ideò nul-
la datur differentia in medio quando liberè operatur voluntas, et
quando non liberè operatur posito decreto absoluto de negatione concur-
sus cum eadem negatio sit in utroque casu, et solum sit diffe-
rentia in decreto circa illam: ergo negatio ipsa concursus genera-
lis antecedenter existens ad operationem non necessitat ratione sui
sed ratione decreti quo in uno casu firmiter retinetur in alio
non item, sed relinquitur subiecta potestati liberè quatenus
deus non amplius retinere vult quam voluntas voluerit non
se detrahere paratus ex se statim tollere, et concursum offer-
re si per voluntatem non steterit. itaque si in eo cui ne-
gatur concursus, et in eo cui è oblatus attendantur ea omnia,
quae ex parte principij antecedunt non invenimus ullam
differentiam ex parte negationis concursus cum in utroque detur
concursus negatio, sed tota differentia consistet in decreto
circa talem negationem cum in uno ut dixi decretum sit
absolutum, et resolutorium de retinenda negatione concursus
in alio solum sit, sub conditione si voluntas videlicet
non se detraxerit habita ex parte dei praeparatione, et promp-
titudine ad conferendum concursum si voluntas voluerit
se detrahere, quod si non se detraxerit per ipsam, et non per
deum stabit quod negatio duret et concursus non detur. —

§.a si decretum illud absolutum, et
resolutorium non immutat modum naturalem operandi nostrae vo-
luntatis, ut aij. Ergo eundem modum naturalem operandi habet voluntas,
quando praecedit illud decretum, atque quando non praecedit.
sed quando non praecedit habet modum operandi cum indifferentia, ita
ut aequè benè possit ponere operationem, atque negationem ope-
rationis, nec ulla implicatio, aut inconveniens sequatur,
sive hoc sive contrarium ponat. Ergo eundem modum
cum

cū eadem indifferentia et habet, quando procedit illud decretū, at hoc non concedis. cum dicas repugnare, quod ponatur, et componatur negatio operationis cum decreto resolutorio de ponenda operatione. ergo signum clarissimum est, quod non habet eundem modum nalem operandi cum decreto, sed longè diversum; atque ideo immutatur per decretum quantumvis extrinsecum, et ma[...]tum tollitur que libertas. — — —

6.ª Ut voluntas ponat oppositum decreti absoluti, et resolutorij opus est tollat, seu faciat ne sit tale decretum (alias posset stare cum decreto oppositum decreti, quod est impossibile, siquidem eo ipso frustraretur) sed voluntas nequit facere, ne sit decretum est que illi impossibile tollere. ergo, et nequit ponere oppositum, et est impossibile, quod ponat; atque ideò est necessitata ad id, quod absolute, et resolutoriè decretum est, quoniam ad id necessitata est voluntas, cuius oppositum est impossibile (dixi enim oppositum illius, quod est impossibile debere esse necessarium. minorem probo, quia decretum absolutum non habetur dependenter a nostra libertate, neque expectat deus usum liberum nostri arbitrij ad illud habendum, nec semel habitum est variabile, defectibile, aut frustrabile. — —

Posset aliquis addere 7.º quod si deus decerneret absolutè, et resolutoriè, quod hō peccet v.g.ª quod furetur, mentiatur, aut fornicetur non esset imputaretur furtum, fornicatiò, aut mendacium, quando furaretur mentiretur, etc. quia non esset in illius potestate aliud facere, nec divinæ voluntati posset resistere, aut peccatum iam decretum suspendere, sed fatali quadam necessitate ad executionem constringeretur, atque ideò peccatum nārio, et velut fato quodam eveniret, quod si pro illo

illo puniretur peccator ~~[illegible]~~ iuste posset queri quod poenas solvat pro re, quam impedire non potuit, nec habuit potestatem ad lex sequutionem suspendendam. Ergo similiter in bono opere si absolute decerneretur a Deo non esset meritum nec libertas, posset que confirmari, nam ad tollendum peccatum quod Deus absoluto, efficaci, et resolutorio decreto decerneret deberet tolli decretum (tolli enim stante decreto impossibile est) sed voluntas humana, ut nuper dicebam, non potest tollere decretum: ergo neque potest tollere peccatum. ergo voluntati humanae non esset liberum, sed necessarium peccatum absolute et resolutorie decretum. idem ergo erit de bono opere. — — —

Mitto quod alii contendunt per tale decretum deberi poni medium, l. causam proxime necessitantem voluntatem, illam que intrinsece immutantem, quia credunt decretum non posse immate inferre infallibilitatem operationem, nisi ponendo aliquid, quod immate inferat, atque ideo licet ratione sui praecise non tolleret libertatem, tolleret ratione medii, quod ponit, ne alias media ve indifferenti intendens absolute operationem exponeretur periculo frustrationis; mitto inquam, quia independenter ab hoc, rationes factae urgentes sunt, neque opus est ad tollendam libertatem, quod res, quae praedeterminat, et omnino ad unum ligat sit intrinseca, et immata, quoniam de ratione libertatis est aliunde non determinari quam a se ipsa, et habere ex se indifferentiam ad utrumque extremum contradictionis, atque ideo ex quocunque capite hoc tollatur, et antecedenter immutetur, non manet libertas, sicut quia de essentia hominis est anima rationalis, forma, et unio, non manet homo, si aliquid deficiat ex quocunque capite deficiat, sive ex causa intrinseca, sive extrinseca, sive ex mata, sive ex immata.

Dices

Dices si deus ante omnem usum libertatis decerneret decreto absoluto, et resolutorio dare auxilium eficax non tolleret libertatem, et tamen inferret infalibiliter operationem ellet que voluntas ex vi illius decreta, et ligata ante omnem usum libertatis ad unum extremum infalibiliter ponendum. ergo quod decretum resolutorium inferat infalibiliter operationem, et antecedenter decreti liget que ad unum extremum non sat e ad tollendam libertatem. maior pr, quia auxilium eficax non tollit libertatem: ergo neque decretum absolute illud decernens; cum decretum decernens absolute medium non tollens libertatem, illam non tollit, siquidem solum pugnat rone medij decreti.

Rtur negando maiorem. si enim ante omnem usum nostre libertatis decernit eficaciam non e in nostra potestate ex tali suppositione, que ante ~~ponere~~, ~~et~~ non ponere eficaciam, et consequenter ipsa non libere poneretur, sed nario. Infertur enim optime. Deus decrevit resoluto mo eficaciam auxilij. ergo eficacia erit. Ans non e mihi liberum. ergo neque colns. videlicet minor, seu non tanta resistentia nario ponenda erit â nostra voluntate. ——

Hoc ut magis explicemus advertes quod cum eficacia auxilii compatibilis cum libertate stet in hoc, quod voluntas pro sua libertate non ei tantum resistat, quantum ipsum potest, si deus decernat absolute; et resolutorie, quod auxilium sit eficax, colns e decernat etiam absolute, et resolutorie, quod voluntas non tantum resistat auxilio, quantum ipsum potest, at que ideo resolutorie decernet, ne voluntas plus resistat, seu tantum, quantum aliàs poterat; quo de

decreto posito, et voluntas manet omnino antea destracta, et ad nontantum resistendum fatali quadam infallibilitate ligata, ita ut sit impossibile amplius resistere, aut saltemtantum, quae ligatio, et impositas, cum non nascatur ab ipsa destratione liberam necesse est tollat libertatem. non ergo potuit Deus salva libertate absoluta et resolutorio modo decernere auxilium efficax conferre, seu intendere absoluto, et resolutorio modo, quod auxilium sit efficax.

Instabis si Deus absoluta, et efficaci voluntate decerneret dari auxilium sufficiens in circunstantijs congruis, seu in illis inquibus prævisa est operatio sub conditione non tolleret libertatem, et tamen eo ipso decerneret, quod auxilium sit efficax. Ergo absolute, et efficaciter decernere, quod auxilium sit efficax non tollit libertatem. Consequentia patet, Minor ex eo constat, quia nequit non habere efficaciam auxilium collatum in circunstantijs congruis, seu in quibus prævisa est operatio sub conditione. ergo nequit non absolute decernere efficaciam, qui absolute decernit auxilium in circunstantijs congruis, seu inquibus sub conditione prævisa est operatio. — Maior autem probatur, quia tale decretum nihil ponit aut intendit, quod libertatem evertat, neque ratione sui importat aliquid, quod immutet modum liberum operandi. Præterquam quod quando Deus dat auxilium sufficiens in circunstantijs congruis non dat per decretum, quod sit conditionatum circa collationem auxilij in illis circunstantijs (quidquid sit an sit conditionatum circa operationem) sed per decretum quod sit resolutorium circa talem collationem.

Respon

Respondetur dupliciter posse intelligi, quod Deus determinat absolute, et resolutorie dare auxilium sufficiens in circunstantiis congruis; primo ita ut determinat absolute dare auxilium in illis circunstantiis, et simul, quod illæ sint congruæ, operatioque futura sub conditione, et hoc pacto tolliti libertatem non minus quam tolli diximus per decretum absolutum, et resolutorium de efficacia auxilii, quoniam eo posito est necesse ex vi illius, quod operatio sit futura, et circunstantiæ sint congruæ, nec voluntas habet potestatem ad tollendam, seu non ponendam congruitatem etc. Secundo, ita ut non absolute determinat, sed aliunde supponat circunstantias esse congruas, et operationem illam sub conditione, determinat vero absolute in illis circunstantiis conferre auxilium sufficiens, quæ aliunde ut diximus supponuntur congruæ, et hoc decretum non tollit, quia non est absolutum circa efficaciam, sed solum absolute versatur, et resolutorie circa collationem auxilii ~~quæ~~ in circunstantiis, quæ aliunde habent congruitatem. itaque plurimum confert ad discernendum auxilium tollens libertatem ab eo, quod illam non tollit animadvertere, an versatur absolute, et resolutorie circa coniunctionem collationis auxilii, et congruitatis an circa unam partem solum non intendendo resolutorie aliam, quæ per accidens, et ex mera nostra libertate coniungitur. auxilium enim, quod libertatem tollere diximus circa coniunctionem versatur — —

Instabis adhuc urgentius: si in divino decreto de operatione ponenda ~~...~~ inesset eadem illa

vis

vis illativa operationis, quae reperitur in hoc complexo, si daretur auxilium sufficiens ad operationem, operatio esset daret auxilium sufficiens ad operationem. Decretum divinum de operatione non tolleret libertatem, et nihilominus esset absolutum, et resolutorium: ergo decretum absolutum, et resolutorium de operatione non tollit libertatem. Consequentia videtur bona. Minor ex eo constat, quia nequit non esse absolutum, et resolutorium decretum illud, quod ex vi sua, et virtute quam in se habet infert infallibiliter operationem. Maiorem ostendo, tum quia cum sit eadem vis utrobique utrobique haec debet eundem effectum, et aut utrobique tollere libertatem, aut utrobique non tollere. Tum etiam, quia vis illa illativa non plus inferret aut antecederet operationem in decreto, quam in complexo, cum utrobique antecederet omnem determinationem absolutam voluntatis, utpote causa illius, seu sit illam causans, et nullibi praecederet determinationem, seu futuritionem conditionatam. ac rursus non minus repugnaret componere negationem operationis cum vi illativa existente in praedicto complexo, quam cum eadem existente in decreto. nec minorem connexionem habet cum operatione virtus complexi, quam virtus decreti. —

Resolvitur I.º eodem argumento convinci non tolli libertatem a phisica promotione, quod ita ostendo tuo argumento: si illa ipsa vis illativa operationis, quae est in complexo inesset alicui qualitati phisicae antecedenti nostram determinationem absolutam liberam non tolleret libertatem, et nihilominus esset praemotio phisica: ergo praemotio phisica non tollit libertatem, consequentia videtur bona. minor

ex eo constat, quia esset qualitas antecedenter ad usum libertatis absolutum exigens nostram voluntatem physice determinans, et infallibiliter inferens operationem, ac praeterea physice pugnans cum opposito, quae sunt prata, et proprietates physicae praemotionis. Maior autem pr. tum quia eadem vis utrobique habere debet eundem effectum. Tum etiam, quia nec plus praecederet vis illa in qualitate, quam in complexo, nec maiorem infallibilitatem haberet in illa, quam intrinsece aequalis quae conexio esset in utrisque cum operatione.

Respondetur 2° negando maiorem, quia licet esset eadem vis non esset eodem modo, nam in complexo vis illativa includit futuritionem conditionatam in decreto autem non illam includeret, sed potius a suo conceptu excluderet, in complexo esset dependens a futuritione conditionata ad inferendum in decreto non item (quidquid sit an penderet a dexistendum, de quo infra) in complexo esset saltem parcialiter usus libertatis sub conditione, et aucidenter itum a libero nostro arbitrio. in decreto non sic: modus autem quo virtus illativa effectus est plurimum confert ad laedendam, seu protegendam libertatem, nam si concursus quem Deus habet cum voluntate dependenter a nostra libera determinatione haberet independenter ab illa tolleret libertatem, quam tamen de facto non tollit, et si vis illativa effectus quae est in nostra actione libera ad inferendum infallibiliter contritionem v.g. esset in aliquo medio, seu prio oio ante usum nostrae libertatis illam tolleret, cum tamen illam non tollat eo modo quo nunc est in ipsa nostra actione, ex quo patet ad caetera in argumento tacta. Ultio 1a 2a solutio ex eo quod tale decretum sit

Sectio 7.a

Secunda solutio ex eo, quod tale decretum sit post scientiam conditionatam.

Non nulli videntes quantum urgeat rones precedentes, si decretum absolutum et resolutorium ponatur ante omnem usum libertatis adducti sunt eorum vim prorsus infringi, et libertatem servari in degnem si tale decretum asseratur, ut illi asserunt, ante futuritionem absolutam, sed post previsam futuritionem conditionatam, ita ut Deus previdens nostram voluntatem operaturam si vocetur in talibus circunstantiis decernat vocare in illis ex intentione efficaci, et voluntate resoluta, quod operetur, sic etenim talis voluntas infallibilis sit, et antecedenter ad futuritionem absolutam, seu ante quam voluntas absolute exerceat libertatem inferat operationem, tamem quia non habetur nisi post previsam futuritionem conditionatam nostre liberae operationis, et post usum conditionatum libertatis non tollit illam, quoniam semper usum e non tollere libertatem id quod ab illa dependet, ut sit; et non esset nisi usus aliquis libertatis prius esset. hec solutio desumpta e ex doctrina Pris Arrubal 1a parte questione 19 2a articulo 2o. et 8. disp. 16a cap. 6 numero 13. Pris Granado 1a parte controversia 4a generali tractatu 11. disp. 9a sectione 3a, et aliorum, precertim recentiorum, quibus ostimus. ubi e hic mus

conciliandi

conciliandi libertatem cum decreto absoluto, et executiuo. —

Nihilominus mihi displicet predicta solutio, sicut et displicuit Patri Crive 1a parte tom. tractatu 3. disp. 23a cap. 9. Patri Vasquez 1a parte quaestione 23a articulo 4o. disp. 89a cap. 10, et disp. 99a cap. 3. Alijsque iunioribus impugnatur 1o. quia tum operatio non ponitur libere, quando sic ponitur, ut cum omnibus quae antecedunt ipsam positionem, et condistincta sunt ab usu libertatis absoluto, et conditionato nequit componi oppositum. Sed si daretur decretum resolutorium quantis post sciam conditionatam, sic poneretur operatio, ut cum omnibus, quae illam antecedunt, et condistincta sunt ab usu libertatis absoluto, et conditionato, nequit et componi oppositum. ergo non poneretur libere operatio. maior ex se constat, quod libertas exigit ne aliunde quam ex ipso usu ad unum extremum, impediatur ad oppositum. minorem probo, quia cum decreto resolutorio ante ipsam operationem, et condistincto ab usu libertatis absoluto, et conditionato nequit componi oppositum. —

2o. ad libertatem in statu absoluto necessarium est, quod operatio ponatur sub eisdem principijs, et circumstantijs sub quibus praevisa est in statu conditionato. Sed si daretur tale decretum absolutum non ante, sed post statum conditionatum operatio non poneretur sub eisdem principijs, sed sub alijs longe diversis. ergo non poneretur libere in statu absoluto, quamvis praevisa fuerit libere in statu conditionato. Maior sequitur, quia si sub diversis principijs poneretur in statu absoluto, non poneretur ea ratione libera, qua praevisa est conditionate futura et diceretur operatio esse libera in statu.

libera in his circumstantijs, aut sub his principijs, quia foret sub alijs, aut quia praevisa ē futura liberè si daretur in alijs, aut sub alijs. minorem probo, quia poneretur sub decreto absoluto, sub quo non fuisset in statu conditionato.

Confirmatur 1°. quia ad libertatem non sufficit, quod praevideatur liberè operatura voluntas sub circunstantijs A, si postea absolutè ponatur sub alijs. Ergo nec sufficiet, quod praevideatur liberè operatura secluso decreto absoluto, si postea ponatur sub illo. Confirmatur 2°, quia voluntas non ē libera in eo quod ageret, si vellet, et realiter id non agat, ut clarum ē. Ergo neque erit libera in eo quod ageret secluso decreto si id non agat, sed sub illo. Confirmatur 3°. quia voluntas nunquam praevisa ē operatura liberè sub decreto absoluto, sed illo secluso. Ergo nunquam operabitur liberè sub decreto absoluto, sed illo secluso.

3°. Ut operatio sit absolutè libera necesse ē, quod haec conditionalis sit contingens Si darentur omnia quae antecedunt usum libertatis voluntas operaretur: sed haec conditionalis non esset contingens, sed necessaria, si decretum absolutum antecederet absolutam determinationem voluntatis, quamvis subsequeretur conditionatam. Ergo si daretur tale decretum non esset libera operatio. Maior patet, quia operatio libera sub conditione debet importare omnia antecedentia usum libertatis ex parte conditionis, et adhuc sub illis habere contingentiam. Minorem ostendo, quia cum decretum absolutum sit unum ex antecedentibus et cum illo nequeat coniungi oppositum, necessario, et non contingenter infertur ex illo operatio.

4.

4.° hic syllogismus recte concludit, et conseqentia est omnino infallibilis, et necessaria, Si Deus haberet decretum absolutum, et resolutorium de operatione ponenda operatio poneretur: sed habet. ergo ponetur. Sed nulla premissa est in mea potestate: ergo neque conseqens. Patet conseqentia, quia in cuius potestate liberâ non est conseqens, in cuius potestate libera non est antecedens. quod autem premissae non sint in mea libera potestate probatur, quia maior est simpliciter necessaria, et minor a solo Deo est, qui pro mero suo beneplacito habet decretum absolutum quando, et ubi vult, nec satis est dari futuritionem conditionatam in aliquibus circumstantijs, ut Deus habeat decretum absolutum in illis, quando quidem in infinitis circunstantiarum combinationibus vidit Deus sub conditione nos esse operaturos, et nihilominus non habet in illis decretum absolutum. ——

Verum, quia respondere potest, quod licet non sit in nostra potestate ipsum decretum esse, est in nostra potestate, quod non detur, si quidem non dabitur nisi previdiatur nostra conditionata operatio, quae operatio a nobis pendet, et in nostra potestate est. instatur igitur: nam solutio haec solum impetrare potest, si fortè impetrat, quod detur libertas operationis in causa, nempe in positione, aut non positione decreti; minime vero operationis in se, sicut si Deus decerneret non dare premotionem nisi ex suppositione, quod previdebat conditionatè nostram operationem, et illa previsa daret, operatio ad summum esset libera in causa, non in se. ——

Dixi: si fortè impetrat, quia possit aliquis contendere ne utiquam impetrare, quia ad liber-tatem

tatem in ea non satis videtur, quod sit in nostra potestate aliquid sine quo non erit ea, sed ulterius videtur requiri, quod in nostra potestate sit aliquid quo posito detur causa, nam hoc proprie est eam esse in nostra potestate; illud vero tantum est in nostra potestate esse non esse eam. Praeterea, quia eodem pacto posset salvari libertas in ea, si deus decerneret necessitare voluntatem ex suppositione, quod praevideat futuritionem conditionatam, et non aliter. Sectio 8a. aliae impugnationes solutionis praecedentis.

Sectio 8a

Aliae impugnationes solutionis praecedentis.

Refutatur denuo 1o. superior solutio. id quod ex se tollit libertatem, quamvis conferatur, seu ponatur post scientiam conditionatam illam tollit: sed decretum absolutum, et resolutorium tollit ex se libertatem. ergo quamvis conferatur, seu ponatur post sciam conditionatam illam tollet. maior patet. tum quia scientia conditionata nunquam vidit quod sub illo medio, aut prior voluntas operaretur libere sed sub alio, atque ideo cum vidisset sub alio, operaturam libere non faciat, quod operari sub eo, quod tollit libertatem sit operari libere; non facit quod id non tolleat libertatem si ponatur post sciam conditionatam quod ex se tollit libertatem. tum etiam, quia si post sciam conditionatam deus phisice praemoveret voluntatem ad operationem, aut negaret concursum ad oppositum non operaretur libere sed necessario et sine

libertate

libertate; hoc autem ex eo e, quod sicut praemotio, et negatio concursus sint post sciam conditionatam extollunt libertatem. Ergo quando aliquid ex se tollit libertatem, sicut ponatur post sciam conditionatam illam tollet. — Alioqui —

Minorem nunc probo, tum iis, quae supra adduximus; tum etiam, quia id tollit ex se libertatem, quam praevenit, cui non potest voluntas resistere, et quod si ponatur habet inferre infallibiliter operationem independenter ab usu libertatis, ita ut sit omnino impossibile coniungi, et componi cum negatione oppositi, et sic se habet decretum absolutum, et resolutorium. Tum praeterea; quia non minorem vim inferendi, nec minorem incompatibilitatem habet decretum resolutorium cum opposito, quam praemotio physica imo fortassis maior, cum magis impossibile sit frustrari decretum absolutum, et resolutorium Dei, quam vim creatam, et limitatam praemotionis, sed propter hanc vim, et incompatibilitatem, quam habet praemotio tollit libertatem, quam praevenit, ergo et decretum. —

Refutatur 2°, quia post sciam conditionatam, et ea supposita integrum est Deo necessitare voluntatem, quis hoc neget. Sed non alias modo necessitandi illam, nisi ponendo id, quod alias non data scia conditionata necessitaret. Ergo si decretum absolutum, et resolutorium alias necessitaret, non data scia conditionata, etiam necessitaret si daretur post illam; neque quod Deus illud habeat post sciam conditionatam sufficit ad salvandam libertatem. —

Refutatur 3°. tunc solum voluntas operatur libere, quando, si secludamus praecisse id quod

quod ē usui nostrae libertatis nihil manet, quod impediat positionem oppositi.- sed si daretur decretum absolutum, et resolutorium etiam post sciam conditionatam maneret aliquid, quod impediret positionem oppositi, si praecisse secludamus id, quod ē usui nostrae libertatis; maneret enim decretum ipsum absolutum, quod ita tenaciter impedit positionem oppositi ut non minus impossibile sit, eo existente oppositum esse, quam deum non esse. Ergo si daretur decretum resolutorium etiam post sciam conditionatam, voluntas non operaretur liberè. ——

Refutatur 4°. si posito eo decreto post sciam mediam voluntas operaretur absolutè libere, etiam operaretur liberè sub conditione illa in statu conditionato: atqui nequit voluntas operari liberè in statu conditionato sub conditione decreti absoluti, et resolutorij: ergo neque in statu absoluto, quamvis detur post sciam conditionatam. maior videtur clara, quia quae absolutè sunt prius fuerunt conditionatè ea ratione, qua absolutè sunt. ergo si sub decreto absoluto voluntas absolutè operatur liberè, sub eodem prius operata ē conditionatè in statu conditionato. Minorem probo, quia futuritio conditionata sub decreto absoluto non pertinet ad sciam liberam conditionalium, sed ad nariam, cum haec veritas si daretur decretum absolutum, et resolutorium de operatione ponenda operatio poneretur, non sit contingens, sed naria. et consequenter neque obiectum sciae contingentis, sed nariae. Ergo nequit voluntas operari liberè in statu conditionato sub conditione decreti absoluti, et resolutorij. ——

Refutat 5°. Deus si propter aliquam rationem imputaretur nostrae libertati actio, quae fit ex decreto absoluto, efficaci, et resolutorio, maxime, quia deus non decerneret decreto absoluto,

to absoluto, et resolutorio, nisi prasciret nostram voluntatem se determinaturam ad similem actionem, si absque decreto absoluto constitueretur, derivaretur libertas in actionem absolutam; atqui ita non est - ergo probatur maior, quia ut libertas derivetur in aliquam actionem, quae alioqui necessaria foret, necesse est priorem actionem simpliciter, et re ipsa fuisse liberam, et praeterea fuisse causam alterius, in quam libertas derivatur, ut patet in actu externo, ad quem libertas derivatur in actu imperante externo, cui primitiva, et formalis libertas inest, sed actio, quam voluntas creata operaretur, si non daretur decretum absolutum, nullam habet absolutam libertatem (sed haberet si daretur absque decreto absoluto, ut praevisum est) ergo nullam derivare potest in eam, quae de facto producitur.

Constat a simili. Supponamus deum habere decretum elevandi me ad visionem, et amorem beatificum, si forte praevideat me eliciturum actum liberum dilectionis divinae, casu quo dictus in hac vita mortali relinqueret, sane si ipse me praeveniret, elevaretque ad amorem beatificum dilectionis divinae, actus non esset liber, tametsi penderet occasionaliter ab illo actu alio dilectionis, quem ego libere elicuissem, nisi praeventus a Deo fuissem, a visione beatifica determinatos ad amandum Deum, sicut ergo ille actus, qui futurus fuisset liber, ac meritorius, si ego illum elicuissem, prout re vera elicuissem, si re vera deus sit praevidens non me praevenisset nullam derivat libertatem in actum dilectionis beatificae, quem loco illius alterius elicio ita in proposito.

Addit, quod si deus praevidens sub conditione me esse operaturum libere sub his circumstantiis me necessitaret sub illis alias non necessitaturus certe non operarer libere: ergo quod deus decernat absolute operationem, quia praevidet me operaturum libere, non facit, quod operer libere sub decreto absoluto

absoluto, non etiam sub illo, ut dictum e, præ visum e unquam
liberè me operaturum, ita ut possim componere oppositum præs=
cindendo ab antecesione futuritionis sub conditione, mitto alia,
quæ in materia de præ definitionibus, deo dante, dicemus.

Ast interim dices si deus non aplicaret suam om=
nipotentiam ad exequtionem operationis determinatæ, nec vellet
concurrere cum nostra voluntate, certe non inferretur opera=
tio ex decreto absoluto, et resolutorio, quanvis duraret, et exta=
ret. ergo signum clarum é, quod decretum ipsum non cognos=
cit voluntatem ad operationem, nec aufert libertatem, nisi
ponat medium aliquod illam auferens, ac proinde non é verum.
quod hactenus dicimus, nempe decretum ratione sui præcisse,
et nullo alio mo atento auferre libertatem, solum ergo decretum il=
lud absolutum é violator libertatis, quod medium immediatè
ponit, vel immatam cam destructivam libertatis.

Rtur 1º eodem argumto convinci præmotionem non tollere
libertatem. pr, quia non aplicaret suam omnipotentiam, nec decerneret
concurrere cum voluntate, voluntas non operaretur, quanvis præmo-
tio extaret, et duraret: ergo non inferet præmotio operationem rone sui præ=
cissè, sed rone alterius, atque ideo, nec rone sui detrat, et neces=
sitat, atque ideo salvari potest libertas cum præmotione, quod fal=
sissimum é in nostris prinsipijs, et non minus falsum in sententia
autorum præcedentis solutionis.

Rtur 2º. etiam videtur convinci decretum absolutum,
et resolutorium non fore absolutum, et resolutorium ex se cum,
ex se præcisse non habeat inferre operationem, sed sub conditione si
adsit divina omnipotentia aplicata, et præparata ad concurrendum
cum voluntate, et exequendam operationem decretam.

Rtur 3º. quam procedere suppositis alijs requisitis ad
operationem, quæ ex se non habent vim inferendi illam, nec flectendi vo-
luntatem

luntatem potius ad unam partem, quam ad aliã, et sic rebus supositis procedunt arguta facta (alias non esset locus questionis) et illis contendimus libertatẽ everti, quia posito præcisse decreto absoluto, et resolutorio supra ea, quæ sufficiunt, et requiruntur ad operationẽ, quamvis nihil contineat vim infallibiliter detrahendi decretum ipsum absque alio medio infallibilitatẽ tollit libertatẽ, quia antea, et ex se reddit unũ extremum contradictoriũ impossẽ, et consequenter alterum necessarium.

Sectio. 9.ª

3.ª solutio ex eo quod possit dari certum genus decreti absoluti compatibilis cum libertate.

Denique alij decretorũ absolutorũ amatores quondam gẽs instruunt, cumque putant conciliari posse libertatem; etenim sic discurrunt, cum deus optime noverit eundem effectum posse diversim liberè produci a nostra voluntate, et nario, quis dubitet sic potuisse deum decernere, hic effectus oĩo ponendus ẽ pro mea voluntate resolutoria, neque patiar illum non poni, prius tamen ei conferam media, et requisita ad liberè operandum, et si operetur non eam necessitabo; si vero resistat, et operari renuat, ~~cogam~~ ad operandũ; et applicabo medium oĩo necessitans.

Hoc decretum ẽ absolutũ circa effectũ cum illum resolutoriè deus decernat, et oĩo independenter a conditione, ẽ tamen disiunctivum, et non absolutum circa modũ libertatis, et necessitatis, quia neque absolute decernit, quod fiat liberè, neque quod absolute fiat nario, sed relinquit voluntati libertatem, ut ponat liberè si vellit uti requisitis ad liberè operandũ, et solum decernit sub conditione necessitatem si voluntas noluerit liberè operari.

Ex hac doctrina desumitur 3.ª solutio. dari potest decretum absolutum, quod cohæreat cum nostra libertate

libertate. ergo in hoc consistere poterit efficacia auxilij in actu 1°. probo consequentiam, quia ex eo reijciebatur constitutio efficaciae per decretum absolutum, quia hoc tollebat libertatem. Antecedens ostenditur, quia decretum proxime explicatum est absolutum, et tamen illud est, et non tollit libertatem cum non cogat voluntatem ad operandum necessario, sed integrum ei relinquat usum priorum mediorum, si vellit. et solum deservatur necessitas ex suppositione, quod nollit prioribus medijs non necessitantibus uti.

Video non nullis huius provinciae magistris ingeniosis, et doctis maxime placuisse hoc genus decretorum ad salvandam efficaciam divinae voluntatis absque praejudicio, et lesione nostrae libertatis, sed ut meam fatear imbecilitatem ingenij quae exiguitatem nunquam mihi placere potuit: neque arbitror posse cum tali genere decretorum conciliari nostram libertatem, quod rationibus infra subijciendis ostendam.

1ª. antequam voluntas quidquam operetur, et antecedenter ad omnem usum libertatis illius datur hoc decretum absolutum operationis, et disiunctivum circa media: sed cum tali decreto nequit voluntas coniungere negationem operationis. ergo ante omnem usum libertatis, sive circa operationem, sive circa priora media non necessitantia habet aliquid, cum quo nequit coniungere negationem operationis. ergo non operatur liberè. probo consequentiam, quia tum voluntas non operatur liberè, quando ante omnem usum libertatis, sive circa operationis, sive circa media habet aliquid cum quo nequit coniungere negationem operationis, quoniam de ratione libertatis est potentia ad coniungendum actum, et negationis actus, cum omnibus, quae

ōio

orio antecedunt usij libertatis.

2ª, quia hec consequentia est infallibilis: Deus decrevit (hoc genere decreti absoluti) operationem ponendam. Ergo operatio ponetur (alias non esset absolutum, et resolutorium de operatione) atqui antecedens non est in potestate liberæ voluntatis, cum Deus illud habeat ex mero suo beneplacito, et antecedenter ad omnem usum libertatis. ergo neque consequens. Probo consequentiam, quia in illius potestate non est consequens, in cuius potestate non est antecedens, ut supra dictum est.

3ª, quia ijs, quæ antecedunt, et libertatem non tollunt, potest voluntas resistere. sed decretum illud antecedit, et ei voluntas non potest resistere: ergo decretum illud libertatem tollit. Minor quoad priorem partem adversarij dant, et ex eo patet, quia Deus habet illud decretum independenter a nostra voluntate, et libertate quoad posteriorem etiam, quia voluntati Dei absolutæ, et resolutoriæ nequit resisti (si enim ei posset resisti non esset absoluta, et efficax) maiorem probo, quia si non posset resistere non esset expedita ad utrumque extremum contradictionis, sed predeterminata ad unum.

4ª, quia implicat in terminis, quod ex vi illius decreti Deus constituat prius voluntatem sub omnibus, quæ requiruntur ad operandum libere, quam sub ijs, quæ sufficiunt ut operetur necessario: ergo posito tali decreto nequit operari libere. Patet consequentia, quia si posset maxime, quia prius constituenda esset sub ijs, sub quibus operari posset libere. antecedens probo, quia unum ex requisitis ut operetur libere, est ne detur aliquid antecedenter influens operationem, et infallibiliter determinans ad illam

ad illam; sed hoc requisitum non potest habere voluntas ~~stante~~ stante illo decreto, cum ipsum decretum sit aliquid antecedenter inferens operationem. ergo.

5a; quia si non obstante tali decreto voluntas libere operatur: ergo eo stante potest pro suo arbitrio ponere negationem operationis (si enim non posset convincitur solum posse ponere operationem, atque ideo carere libertate ad negationem illius, quae est extremum contradictorium) ponat ergo, quia possibili posito in esse nullum sequitur inconveniens. Dices non posse stante eo decreto ponere negationem operationis, posse tamen non ponere operationem ex vi mediorum non necessitantium. Contra, quia hoc non est habere libertatem circa operationem, sed circa media, quibus poni potest operatio, non enim est liberum absolute, et simpliciter non ponere operationem, sed solum est liberum ponere ex vi horum mediorum, et non ponere ex vi illorum, quod est solum habere libertatem circa media, non circa ipsam operationem.

Quod sic urgetur: si posito tali decreto relinquitur in voluntate libertas circa utramque partem contradictionis, et non necessitatur ad operationem; faciat voluntas quidquid potest circa negationis positionem; num quid illam ponet? Si affirmes, ergo componit cum suo decreto resolutorio negationem operationis, quod fieri posse negas; alias scilicet frustraretur decretum, scilicet non esset resolutorium. Si neges, ergo voluntas non potest ponere negationem, siquidem fecit quidquid circa illam potuit, et non posuit, atque ideo non habet libertatem contradictionis, quae est potentia ad utrumque

ad utrumque contradictorium, sed necessitatur, cum solum ei relinquatur pōa ad unum.

6a. posito illo decreto ē impolis negatio operationis: ergo posito illo decreto voluntas nariō operatur, patet cõntia, quia quando unum extremum ē impole contradictorii ē narii. Ans ostendo, quia impole ē componi cum illo decreto negationem operationis; componeretur autem, si illo posito negatio poneretur. confirmatur, quia l. libertas stat in hoc quod voluntas possit tollere decretum, quamvis non possit tollere operationem, nec illam impedire, stante decreto; l. in hoc, quod possit cum decreto componere operationis negationem; in neutro datur libertas: ergo nulla libertas datur in voluntate admisso huiusmodi decreto absoluto, et resolutorio, maior probatur, quoad priorem partem, quia praeterquam quod esset etiam libertas solum in ca. et non operationis in se, decretum illud non datur dependenter a mea libertate, sed oio independenter ab illa, et antecedenter ad usum illius; mihi autem non ē liberum, quod supponitur ante meam libertatem, quoad posteriorem etiam, quia ea copulatio ē impolis, et nulla dari potest libertas ad faciendam rem impolem.

7a. ad ponendam negationem operationis decreto, tollendum ē decretum: ergo cui non ē liberum, sed impole tollere decretum, non ē liberum, sed impole ponere negationem operationis; atque ideo non dabitur libertas circa utrumque liberum, sed ei est impole illud habere patet cõntia, quia cui sunt impolia media naria ad finem ē impolis consecutio finis. ans pr., quia durante decreto ē impole non ponere operationis, sequitur hēt narii conexionis cum illa. et

praeterea

prœterea, quia si adhuc eo durante, et non sublato potest poni negatio operationis decretæ, potest frustrari, quod omnino implicat. Atque ut cætera argumenta prœterea, omnia quæ fecimus contra decretum absolutum exposita sectione 9.a, hic instaurari possunt non minori vi. Sectio 10.a aliqua colliguntur, et nonnulla notantur.

Sectio 10.a

Aliqua colliguntur, et nonnulla notantur.

Ex hactenus dictis colligitur 1.o esse invalidam solutionem, quæ desumitur ex natura superioris decreti; cum enim ostenderimus tollere libertatem non potest inde consistere efficacia auxilii, quod illam debet relinquere indemnem, atque ideo constat non minus longe esse a veritate contrariam sententiam recurrendo ad hoc genus decreti, quam ad aliud genus, præter quam quod non ex eo quod aliquid non tollat libertatem debet statim consistere in illo efficacia. Solum enim convincitur non habere locum in eo solutio unam ex omnibus a nobis factis, videlicet illam, quam desumpsimus ex libertate. Sed cum non illam solam fecerimus, sed et plures alias adhuc, ratione earum consistet nostra conclusio, quæ a Deo omnia libertatem parum refert unam rationem convellere, et opus est convellantur omnes. quo circa solutio præcedens non est adæquata.

2.o colligitur etiam in sententia admittente hoc decretum ad omnia opera bona, aut constituente efficaciam auxilii per illud non posse facile ostendi quod omnes prædestinati consequantur beatitudinem ex meritis, et quod libere operentur conversionem, et actus virtutum, quos videmus exercere, ut apparet libere. Probatur: quia si Deus habet decretum absolutum

absolutij, et resolutoriij, quo decernit illorum beatitudinem ex bonis opera, et postea offert media non necessitantia ad hibituru necessitantia si prioribus non utantur, cum non constet eos vos fuisse prioribus medijs non constat libere fuisse operatos, aut non necessitatos, atque ideo non constat beatitudinem obtinuisse ex meritis, quod sane absonum est, ipsa doctrina chatolica aliénum.

Simol ex dictis ad vlusus huius modi decreti colligere licet nullum predytatum fuisse ex meritis, quia cum nullus operatus fuerit libere sub hoc decreto, et semper bona opera fuerint facta sub illo, omnia bona opera fuerint facta sine libertate, et consequenter sine merito, quod omnino pendet a libertate.

Attenta 1º longe divisum est hoc decretum a precedente, de eterno dare voluntati Petri
» omnia requisita ad libere operandum, et si propria arbitrio
» se detraxerit ad ponendum operationem, nihil ulterius decernam,
» quod libertatem tollat, aut necessitatem inducat, si autem
» non se detraxerit decernam aplicare media necessitantia,
» que ad operationem nasio cogant, et libertatem evertant.
Nam hoc decretum non fertur absolute ad operationem antecedenter ad detractionem voluntatis circa non operationem ex vi priorum mediorum, sed sub conditione, quod voluntas non se detraxerit ex vi illorum ad libere operandum. illud vero absoluto, et resolutorio modo decernit operationem omnino ponendam, quamvis non decernat absolute, quod ponatur ex vi horum vel illorum mediorum, ex vi indiferentium, aut ex vi necessitantium.

Unde sit decretum, de quo hactenus ante positam. l.

positam vel praevisam non operationem ex vi priorum mediorum est sufficiens antecedens ad colligendam operationem et illam inferret ratione sui. At posterius decretum, quod nuper proposuimus non [illegible], sive quia cum non decernat prius operationem absolute, et resolutorie, sed sub conditione, quod voluntas nolit operari libere ex vi priorum mediorum non inferret ratione sui operationem ante positionem conditionis, sed post illam, si etiam poneretur operatio ex vi auxilij sufficientis non inferretur ex vi decreti, quia non adessent ea dependenter a quibus, et non aliter debeat inferri.

Unde colligo non aliter inferri ex hoc nostro decreto necessitatem nostrae voluntatis inferendam, atque infertur operatio libera ex decreto conditionato de operatione, si voluntas se determinaverit, nam sicut hoc decretum conditionatum pendet a nostra determinatione, ut ponat et inferat operationem; ita illud pendet a negatione eiusdem ad ponendam, seu inferendam necessitatem, seu ad necessitandum. an autem facta suppositione, quod voluntas non se determinet ex vi priorum mediorum necessitetur immediate per aliud decretum, quod exequatur media necessitantia, vel non, sed primum conditionatum id praeterea per se pendet ex dicendis in materia de voluntate, et de divinis praedefinitionibus. at pro re praesenti parum refert an hoc vel illo modo dicantur res evenire.

Nota secundo hoc decretum, quod adversarij excogitarunt ad salvandam infallibilitatem divinae voluntatis minime esse ad id necessarium, nam ut deus infallibiliter consequatur id quod vult non opus est ea resolutione antecedenter decernere, sed satis est, quod decernat dare auxilia sufficientia in illis circumstantijs in quibus praevidet voluntatem consensuram, et operaturam paratus cum illa concurrere,

Sicut

sicut ipsa velit, ita ut per deum non stet quominus operetur. si ergo ita suaviter potest deus res disponere, et finem infallibiliter consequi, quid opus ẽ recurrere ad ferreas illas intensiones, et decreta adamantina libertati parum apta, et minime consentanea, quę voluntates determinent, et ad unum ligent antecedenter, ut visum est, certe deo ex modo perfectissimo operandi illius sufficientissima sunt decreta conditionata. neque etiam ad perfectum modum operandi dei pertinere possunt decreta, quę libertatem creaturarum evertant, et modum operandi naturalem invertant, sed de his plura in mã de pręd̃efinitionibus, si deus permittat, suo tempore dicemus.

Questio 11ª

Proposita sententia de efficacia auxilii legitimè describitur, et descripta probatur.

Sectio. 1ª

Aliqua necessario præmittenda ad resolutionem.

Hactenus quasi evaginato gladio alios insequuti sumus, hunc cędendo, illum vulnerando, et reliquos ad capiendam fugam cogendo nunc arrepto clipeo in defensionem, ac tutelam propositę sententię, vires omnes convertimus, cęterum priusquam illam exponamus, non nulla communiter recepta pręmittenda sunt sententię

sunt sententiæ, quibus vix capiemur, ægrè que intelligemur, cum tamen oporteat, et omnino capi, et recte intelligi.

Primo ut agens agat debere esse maiorem illius activitatem, quam resistentiam ex parte termini, seu passi; patet hoc ex dictis Libro 1.° de generatione, ubi ostendimus actionem debere provenire a propensione maioris inæqualitatis, hoc est a agente, cuius activitas sit maior, quam resistentia ex parte termini, vel passi, sive quia passum non resistit, sive quia licet resistat non tantum resistit quantum agens potest agere, cuius rea est ratio, quia si agens agit non obstante resistentia: ergo illam sua activitate superat, ac vincit, atque ideo activitas agentis maior, et potentior fuit, si autem resistentia tanta est (et a fortiori si sit maior) quanta activitas agentis agens non operabitur, sed impedietur operatio, quia eo ipso, quod non impediatur, et agens agat convincitur resistentiam fuisse minorem (siquidem victa fuit) et activitatem fuisse maiorem (siquidem vicit) unde non satis est activitatem esse æqualem resistentiæ, ut fiat operatio, satis vero est resistentiam esse æqualem activitati, ut impediatur operatio, nec requiritur, quod sit maior, nam in resistentia non superari, aut vinci ab agente, superare, ac vincere est, sicut in iudicialibus reum non convinci ab actore absolvi, et vincere actorem est iuxta legem Extat 25. folio de iure fisci legem Actore 23.° capite de probationibus capite inter dilectos de fide instrumenti capite finali de iure iurando, et e communis regula iuristarum pluribus textibus etiam nostri regni comprobata.

Qum causam necessariam, quoties superat resistentiam, et non desunt alia requisita, necessario prodire in actum secundum, et ponere operationem, ita ut hæc sit infallibilis, et omnino necessaria consequentia, dantur omnia requisita ad operandum, et causa necessario superat resistentiam, illius vel activitas est maior: ergo operatur. Ratio est, quia causæ necessariæ operationes

operationem, solum potest impedire, vel defectus alicuius requisiti; vel resistentia ex parte passi, quando ē minor impedire non potest, nam eo ipso, quod impediat non ē minor, cum non vincatur, nec superetur, sed vincat, ac superet: ergo si non desit aliquod requisitum, et resistentia ē minor, necesse ē ponat operationem.

3um eandem activitatem eē maiorem, et minorem respectu diversarum, et inequalium resistentiarum, atque ideo respectu unius nario, aut infalibiliter inferre operationem, non sic respectu alterius. patet quia activitas caloris, ut quatuor exempli grā maior ē resistentia frigiditatis, ut unum, minor vero resistentia frigiditatis, ut octo. unde pugnante calore, ut quatuor cum frigiditate, ut unum vincit, et introducit calorem in subiectum, pugnante vero cum frigiditate, ut octo non vincit, sed vincitur, nec introducit calorem a se productum.

4um eam esse differentiam agentis liberi dum resistit ab agente necessario, quod liberum non semper tantum resistit in actu 2°. quantum potest, quia non impendit totam suam virtutem, ut opponatur agenti, sicut etiam aliquando pro sua libertate, non tantum agit, quantum potest. nec absolute agit, quando absolute potest, ita aliquando non tantum resistit quantum potest, nec absolute resistit, quando absolute potest, et agens necessarium, cum non habeat dominium in suas actiones, sicut semper agit, quantum hic, et nunc potest, totamque activitatem impendit, ita semper resistit, quantum hic, et nunc potest, totamque vim resistendi impendit.

Unde stare potest, quod aliquid superet resistentiam actualem quam de facto ponit agens liberum, non tamen potentialem, atque ideo agens liberum sponte patiatur vinci ab eo quod posset vincere, quia pro sua libertate non vult tantum resistere, quantum potest, nec eam resistentiam adhibet, quam se adhiberet, ut potest, non vinceretur, sed vinceret, quo circa licet possit dici, quod vincens

vincens resistentiam actualem agentis liberi, possit plus, quam agens liberum resistit non poterit dici, quod absolute plus possit, quam agens liberum, quam in 1a locutione comparatur activitas vincentis cum actuali resistentia agentis liberi, quam superat; in 2a vero comparatur activitas non cum actuali resistentia, sed cum potentia agentis liberi ad resistendum, quam potentiam non superat, sed ab ea superatur in casu dicto.

5um activitatem agentis constitui in ratione victricis, et illativae operationis per carentiam resistentiae, (aut totalis quia nulla datur, aut partialis, quia licet aliqua detur e minor, quae agentis activitas) non ita, ut constituatur per talem carentiam resistentiae, tanquam per virtutem efectricem, qua operetur, et vincat, sed tanquam per quid requisitum, ut vincat, sine eo etiam requisito, nec operaretur, nec vinceret.

6um activitatem maiori resistentia esse congruam, hoc est omnino proportionatam, et idoneam ad ponendum de facto certo, et infalibiliter operationem, minori vero resistentia esse incongruam improportionatam, et non idoneam ad ponendam de facto certo, et infalibiliter operationem, ratio est quia congruum dicitur, quod tale est, quale exigitur; incongruum vero, quod non tale e, quale exigitur, at exigitur maior activitas, quam resistentia, ut de facto ponatur certo, et infalibiliter operatio: ergo quando sic datur activitas e congrua, quando aliter incongrua.

Sectio. 2a.

Novus, ac legitimus modus explicandi efficaciam auxilij.

Iam diu

Iam diu meditati sumus ~~eor~~ novum quendam, ast verum conformem doctrinę Societatis facillem, et clarissimum modum declarandi eficaciam divini auxilij, quo mirè compromitur infalibilitas cum libertate, ad unguem loqutiones Sacrę paginę salvantur testimonia Conciliorum, et Patrum plusquam meridiana luce clarent, ac denique, (ut omittam alia.) certo prędestinationis, arbitrijque libertas suavissime concordantur, faxit deus, ut explicemus, sicut cogitamus.

Dico igitur auxilium tunc ēē eficax, quando activitas illius habet proportionem maioris inęqualitatis non in ordine ad totam resistentiam, quam potest voluntas ponere, sed in ordine ad minorem, quam de facto ponit, hoc ē, quando illius vis, et activitas maior ēō, quam actualis resistentia voluntatis (sive quia voluntas nihil resistit, sive, quia non tantum, quantum auxilium potest) minor tamen potentia ad resistendum. Ratio est quia cum auxilium sit causa necessaria non potest suspendi illius operatio, nisi per defectum alicuius requisiti, quod non deesse suponimus, vel per maiorem resistentiam, quam sua activitate nequeat vincere: ergo si non tantis sit resistentia, sed vel nulla, aut minor, non erit unde suspendatur illius operatio, sed auxilium inferet infalibiliter operationē.

Hinc fit non solum auxilium ēē eficax, quando habet proportionem maioris inęqualitatis cum resistentia actuali voluntatis, eo quod illius activitas sit maior, quam actualis resistentia, sed ideo dici etesse eficax, quia habet talē proportionem, seu quia activitas illius superat resistentiam, unde sicut, ut habeat talem ~~resistentiam~~ proportionem, et superet debent concurrere duo, et quod auxilium habeat talem, ac tantam activitatem, et quod non sit tanta, seu ęqualis resistentia ex parte voluntatis auxilium constituitur eficax, non solum per suam intrinsecam virtutem, sed etiam per carentiam ęqualis resistentię
ex parte

ex parte voluntatis, et hoc continetur in illis propositionibus 3a et quarta, quas de mente, et nomine Societatis exhibuimus Cardinali Madruco die 15a Maij anno 1599. tanquam id in quo a Patribus dominicis dissentiebamus, et habebant sic. Auxilium efficax, licet ex se habeat vim movendi voluntatem non tamen a se solo è complete efficax, sed necessario includit respectum ad libertatem voluntatis (minus resistentis, ut ego explico) ad suam efficaciam completam, et congruitatem, non quià carentia ~~illius et virtus~~ eiusmodi sit virtus, per quam auxilium vincit, operatur, et producit operationem, hec etiam per suam entitatem, et vim intrinsecam exercet, et praestat, quando praestantur, sed quia supponitur, ut operetur, et vincat, quemadmodum ab omnipotentia supponitur non repugnantia ex parte creaturarum, ut possit, absolute illas produceret, et de facto producat, quamvis tota virtus, per quam de se è potens, et de facto producit se teneat intrinsece ex parte dei. ———

Sit praeterea auxilium efficax ee congruum, ut voluntas certo, et infallibiliter operetur, seu certo ponat actualiter operationem, patet ex iam suppositis, quia ut causa necessaria certo, et infallibiliter ponat operationem nihil congruentius, quam illam ponere, aut constituere, ubi habeat proportionem maioris inequalitatis, hoc est ubi illius activitas sit maior, quam resistentia: ergo si auxilium efficax è causa necessaria, ubi habet proportionem maioris inequalitatis, eo quod resistentia voluntatis è minor, congruum est ad certo, et infallibiliter ponendam operationem. ———

Nec auxilium efficax, seu congruum, ut quinque infert certo operationem, sed physica, et metaphysica certitudine, ita ut hec consequentia sit physicè, et metaphysicè necessaria, auxilium est efficax, seu congruum? ergo datur operatio, quia

ratio, quia hęc ē physice, et metaphysice necessaria: activitas auxilij ē maior, quam resistentia actualis ad operationem; ergo si cętera requisita non dessint datur operatio, cum ergo idem sit ēē auxilium congruum, seu eficax, atque illius activitatem superare actualem resistentiam ad operandum, non minus physice, et metaphysice erit infalibilis prima consequentia, quam 2ª.

Quod si auxilium illud dicitur eficax, quod ē congruum illius eficacia fralissime consistet incongruitate, et si ēē congruum consistit, ut dixi in proportione maioris inęqualitatis, seu in hoc quod illius virtus activa excedat actualem resistentiam voluntatis, congruitas consistet in tali excessu, et proportione maioris inęqualitatis.

Unde colliges congruitatem esse entitati auxilij, quod dicitur eficax, partim intrinsecā, et partim extrinsecam, quia proportio maioris inęqualitatis, in qua consistit congruitas importat duo, et quod virtus activa sit tanta, et quod resistentia actualis non sit tanta, sed vel nulla, vel minor ex his duobus totum virtutis activę est auxilio intrinsecum; carentia vero ęqualis resistentię est illi extrinseca.

Vellem tamen advertas, quod licet concedamus negationem, seu carentiam ęqualis resistentię esse quid extrinsecum entitati auxilij, quod denominatur eficax, censemus tamen esse intrinsecam ipsi eficacię seu huic, quod ē esse eficax auxilium, ad modum, quo dixi, actum constitui verum per hoc, quod repręsentet obiectum, et quod obiectum ita sit, atque quod obiectum ita sit esse quid extrinsecum entitati actus, qui denominatur verus, quamvis sit intrinsecum ipsi veritati, aut huic, quod est actum esse verum et totam veritatem, seu conformitatem esse partim extrinsecam, et partim intrinsecam actui.

Addo præterea

Addo præterea eandem entitatem auxilij, quæ é eficax potuisse ēē ineficacem, et vice versa &c., quia cum entitatem auxilij esse eficacem stet in hoc, quod excedat actualem resistentiam voluntatis liberam, si voluntas pro sua libertate, ut potuit adhiberet maiorem nixum, et connatum resistendum, auxilium esset ineficax, si vero minorem, esset eficax. —

Ex hac radice nascitur, quod idem auxilium, aliud vel æqualis mensuræ, et activitatis collatum eidem homini, (et a fortiori diversis) in his circunstantijs sit congruum, et eficax infalibili certitudine inferens operationem, collatum vero in alijs sit incongruum, et ineficax, certò et infalibiliter inferens negationem operationis, nam contingit in his circunstantijs iratum hominem, et male afectum plus resistere, quam in alijs, atque ideo auxilium, quod congruit in ~~alijs~~ illis, ubi minus resistit non congruit in alijs ~~ubi~~ ubi plus resistit, quocirca Sapientissimus Deus præcoscens, quanta futura sit nostræ voluntatis resistentia, si in talibus, aut talibus circunstantijs vocetur hac mensura auxilij, non vocat in his ubi scit futuram ēē maiorem resistentiam, quando vult infalibiliter poni conversionem, seu operationem, sed in alijs, ubi scit futuram ēē minorem, et sic vocat, quando, et quomodo scit congruere, ut vocantem non respuat, sicut loquitur Augustinus infra referendus. —

Eadem ratione servata proportione exponi ~~det~~ debet auxilium ineficax, et ineficacia illius, etenim, si auxilium eficax est congruum, ineficax est incongruum. Si eficax ideo est tale, quia habet congruitatem, ineficax est tale, quia habet incongruitatem, si congruitas auxilij consistit in hoc, quod activitas excedat resistentiam voluntatis, incongruitas consistit, in hoc, quod non illam excedat, sed excedatur ab illa, si carentia æqualis resistentiæ est intrinseca

efficaciæ

efficacie, et extrinseca entitati auxilij, quod denominatur efficax resistentia maior, aut ut minimum equalis est intrinseca efficacie, et extrinseca entitati auxilij, quod denominatur inefficax, ac denique, sicut est physice, et methaphysice hec consequentia necessaria est, auxilium est efficax seu congruum ergo datur operatio: ita, et hec; auxilium est inefficax, seu incongruum ergo non datur operatio.

En dedi meam mentem, quamvis ex infra dicendis latius patebit, et quamvis hec nostra explicatio de efficacia auxilij, que facillis, et clarissima est, â nullo, que viderim exprimatur est valde conformis doctrine Societatis, ut sectione octava videbimus, et etiam gravissimorum doctorum, qui docent efficaciam consistere in congruitate habito respectu ad locum, personam, tempus, et alias circunstantias ex qua congruitate dicunt sequi operationem, ita in aliis Mascareñas disputatione tertia de auxilijs in tertia parte disputationis, numero quarto, et quarta parte numero sexto, et octavo. Petrus a Sancto Joseph de suavi concordia disputatione secunda, sectione quinta, et disputatione tertia, sectione prima numero tertio paragrapho ultimo, Pater Mon-leus in suis disputationibus Theologicis disputatione sexta capite quinto ubi su porro autem. Sectio tertia, probatur ex patribus nostra sententia.

Sectio. 3.a

Probatur ex Patribus nostra Sententia.

Habeo pro sententia, quam descripsi, et verissima arbitror, illustria sanctorum Patrum testimonia, nam inprimis

illa videtur

illam videtur tradere S.tus Chrisostomus homilia 65a in matheum ubi inquirens cur pater familias non oes operarios eadem hora conduxerit? Dicit, id circo alij mane, alij tertia, alij sextam, alij nona, alij undecima hora vocantur, quia tunc obtemperaturi erant: quod et Paulus aperte signavit dicens; quando autem visum ē Deo me segregavit ex utero matris mei, quando autem ei visum ē? quando certe obtemperaturus eram. nam ipse a primis etiam incunabulis voluisset, sed quia ipsum renixurum sciebat, tunc voluit, cum animum ipsius penetraturam vocationem non ignorabat. Sermo ipsius penetraturam vocationem non ignorabat. Se illo cuncta perpende ~~per pandent~~, sed per certim illa, sed quia illy renixury sciebat (non vocavit) tunc voluit cum animy ipsius penetraturam vocationem non ignorabat, quasi diceret cum illum sciebat non renixurum, et ideo vocationem victuram, vocavit, et non vocabit quando sciebat renixurum, et vocationem non victuram. Similia hēt homilia 31a ubi ait christum vocasse apostolos quo tempore obtemperaturos sciebat, (et non restituros) et propterea non vocasse matheum simul cū Petro aut Ioanne, sed tunc quando miraculorum fama per domitum minime reluctaturum (attende carentiā resistentiæ, seu reluctantiæ) videbat. ~~nos~~

2o. Stus Augustinus lib. 2o ad Simplicianum quæstione 2a sic pro re nostra aptissime ait, illi enim electi, qui congruenter vocati; illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti quamvis vocati, et infferius, non volentis neque currentis, sed miserentis ē Dei, qui hoc modo vocavit quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem, nam cuius miseretur sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat vides

des Augustinum totam vim, et efficaciam vocationis ad hoc reducere; quod congruat, et apta sit eis, quibus uti sunt vocationem, atque ex hac congruitate oriri quod homo vocantem non respuat. ostendit autem esse eam solum aptam esse et congruere ut vocantem non respuat, quae superat voluntatis resistentiam, sed quae datur quando homo non tantum resistit quantum vis activa gratiae potest superare. ~

Eidem doctrinae adhaeret lib.° de praedestinatione Sanctorum cap.° 6° ubi sic loquitur; multi audiunt verbum veritatis, sed alii credunt alii contradicunt. volunt ergo isti, nolunt autem illi: quis hoc ignorat? sed cum aliis praeparetur voluntas, aliis non praeparetur, discernendum est quid veniat de misericordia, quid de iudicio, quasi diceret: alii ideo non credunt quia contradicunt, et nimis resistunt, et propter iustum dei iudicium non praeparatur eorum voluntas immissa uberiori gratia, quae resistentiam superet, et voluntati congruat, collata vel eadem gratia in aliis circumstantiis, ubi resistentia, et contradictio esset minor tandem quae gratiae cederet. alii vero ideo credunt, quia non contradicunt, et ideo non contradicunt, quia propter dei misericordiam praeparatur eorum voluntas immissa gratia potentiori, quae resistentiam vincat, et voluntati congruat, aut immissa eadem in aliis circumstantiis in quibus non est praevisa tanta resistentia, sed vel minor vel nulla. ~ ~

9° S.tus Prosper lib.° 2° de vocatione gentium cap.° 29°, alias octavo ita loquitur sicut autem circa maiores, praeter illam generalem gratiam parcius, atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellentiori opere, largitiore munere, potentiore virtute, vocatio specialis exercetur. Ecce S.tus Prosper specialem vocationis

tionem, hoc est eficacem, in eo agnoscit quod potentio-
rem habeat virtutem, potentiore virtute, potentiorem inqua-
m nostra resistentia, et reluctantia. atque in hoc quod gratia
eiusmodi nobis confertur, quando nostra resistentia est minor,
et ipsa potentior, agnoscit, ut vere est, speciale donum,
et beneficium, quod denotant illa verba largitiore mu-
nere. — — —

Mitto quod alij patres eidem nostre
sententie haut obscure favent, et videtur indicari a sa-
cra pagina cum Ezechielis 33° dicitur convertimini
ad me, et ego convertar ad vos, quasi prius requirat
ex parte hominum conversio ad deum per non resistentiam
tantam, ut deinde deus convertatur ad homines per gratie ef-
caciam. et cum proverbiorum 1° dicitur, quia vocavi et
renuistis, etc. ego quoque in interitu vestro ridebo. quasi
diceret mea gratia adfuit de se sufficiens ad inferen-
dam operationem. si vestra maior resistentia vim illius non
impediret, at quia resistendo impedivistis ipsa sine effectu
relicta est, vosque in interitu festinatis, in quo ridebo,
quia vestra insania, et summa ingratitudo risu digna est.

Sectio 4.a

Eadem sententia rationibus confir-matur.

Primario efficacia auxilij est id
speciale per quod auxilium eficax distinguitur ab ineficaci.
sed speciale per quod auxilium eficax distinguitur ab inefi-
caci est congruitas, seu proportio maioris inequalitatis, qua fit,
ut maior sit efficacia auxilij, quam resistentia voluntatis. er-
go

go efficacia auxilij e ea congruitas, seu proportio maioris inequalitatis. maior videtur certa. minorem probo, quia distinguitur per id speciale quo voluntas quasi adigitur ut reipsa operetur. pre dicta autem congruitate, seu proportione, voluntas quasi addigitur ut re ipsa operetur, siquidem, ex eo quod auxilium sit maioris activitatis, et vincat voluntati resistenti q manet voluntas quasi adicta ad re ipsa ponendam operationis.

2ª efficacia auxilij constituenda e in eo quod non pugnet cum libertate, sed ea integra, et undequaque illesa, infalibiliter inferat operationem. talis e illa nostra congruitas. ergo in predicta congruitate eficacia auxilij constituenda e. minor pr quoad priorem partem, quia id non ledit libertatem, quod non ponit effectum independenter ab ipsa, seu quae non habet maiorem vim agendi, quam e in voluntate ad resistendum, predicta congruitas non ponit effectus independenter a nostra libertate, cum eatenus ponat, quatenus voluntas pro suo libito non resistit quantum poterat, sed l. minus, l. nihil. item non e maior vis agendi in gratia, quae dicitur congrua, quam in voluntate ad resistendum, quoniam potest voluntas si vellit se opponere gratiae, et illam, resistendo, vincere, faciendo ne habeat effectum sed cum negatione operationis compleatur. et quamvis gratia congruat excedat resistentiam quam de facto ponit voluntas, non excedit, quam pro sua libertate potest ponere; potuit enim ponere maiorem quae prevaleret ad vlterius gratiam.

Quoad posteriorem etiam pr, quia posito hoc antecedenti. activitas gratiae, quae voluntati confertur ad operandum e maior quam resistentia voluntatis infalibiliter, etc. certum in feitis hoc colas. ergo

go voluntas operatur, uti ex dictis constat. sed illud ans continet dumtaxat congruitatem auxilij ut a nobis exponitur. ergo congruitas auxilij, ut a nobis exponitur infalibiliter infert operationem.

3.a auxilium congruum, seu ea congruitate affectum, non est precisse sufficiens, nec inefficax. ergo est efficax. patet consequentia, quia omne auxilium reducitur ad precisse sufficiens, ad efficax et inefficax, et quodvis aliud est fictitium. ans probo; quia quod est precisse sufficiens confertur omnibus, et est indiferens ut sit sine operatione; congruum autem non datur omnibus, ut ex augustino, et manifesta experientia constat. ergo auxilium congruum non est precisse sufficiens, deinde non est inefficax, quia inefficax importat carentiam operationis, congruum autem non importat carentiam operationis, sed ipsam operationem. si ergo auxilium congruum est efficax illius congruitas erit efficacia, ut in superioribus notavi.

4.a posita precisse congruitate a nobis exposcitas in auxilio, auxilium est efficax, et ea precisse ablata non est efficax, sed mere sufficiens, sed in efficax: ergo congruitas est efficacia, et per congruitatem constituitur auxilium in ratione efficacis. consequentia mihi est clara, quia [illegible] in eo consistit essentia rei quo precisse ablato aufertur, et quo precisse posito ponitur. ans probatur quia si ponatur illa nostra congruitas auxilium sortitur infalibiliter effectum, et differt a sufficienti, et inefficaci; auxilium autem quod infalibiliter sortitur effectum et differt ab sufficienti, et inefficaci est efficax, ut manifestum est. deinde si auferatur precisse congruitas aufertur quod vis activa auxilij superet ac vincat voluntatis resistentiam, atque ideò

ideò tollitur, quod Sortiatur effectum, siquidem hic nequit poni nisi vincatur resistentia Voluntatis, aut superetur. etiam tollitur quod differat ab auxilio Sufficienti ergo. —

5.ª per hanc proportionem maioris inaequalitatis, seu congruitatem in auxilio modo a nobis explicato optime intelligitur quo pacto efficacia gratiae discernat peccatorem, qui convertitur, ab eo, qui non convertitur credentes a non credente consentientem a non consentiente praedestinatos a non praedestinato, et item qua ratione suaviter, et fortiter possit cohaerere infallibilitas divinae praedestinationis, et vocationis cum arbitrii libertate, ut omittam alias non minus graves, quam difficiles quaestiones hac nostra explicatione efficaciae facili negotio solvendas. ergo in ea proportione seu congruitate constituenda est efficacia. adde quod post alias sententias refutatas sola nostra superest amplectenda. S.º 5.ª ulterior confirmatio ex loqutionibus sacrae scripturae conciliorum et PP. petita.

Sectio. 5.ª

Ulterior confirmatio ex loqutionibus Sacrae Scripturae, Conciliorum, et Patrum petita:

Quamvis nostra sententia nihil aliud haberet in sui confirmatione nisi rigorose, et cum magna proprietate salvare loqutiones Sacrae scripturae, conciliorum, et patrum, quae alias l. durae videntur, l. humanae libertati adversae, satis foret ut illam amplecteremur; etenim

nim posset fieri hic discursus: illa sententia tenenda, et amplectenda est, quae est conformis scripturae conciliis, et sanctis patribus, quaeque proprie, et rigorose salvat eorum dicta, et loquutiones. tales est quae constituit efficaciam auxilii in proportione maioris inequalitatis, seu incongruitate supra explata. ergo haec sententia tenenda, et amplectenda est, maior inter theologos familiarissima est. consentia tenet minorem hic probabimus discurrendo per frequentiores loquutiones, et in hac ma solemniores.

1ª Loquutio est sacrae scripturae quae loquens de auxilio gratiae efficacis nunc ait nos trahi a patre, ut Joannis 6º, nemo potest venire ad me, nisi pater, qui missit me traxerit eum, nunc deum facere, ut in praeceptis eius ambulemus et operemur, ut Ezechielis 37º Spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, et operemini, nunc nemo operari in nobis velle, et perficere, deus est, qui operatur in nobis velle, et perficere, nunc auferre a nobis cor lapideum, et ponere cor carneum, ut Ezechielis 36º. auferam a vobis cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, cuius tenoris sunt alia.

Haec tamen verissime dicuntur in nostra sententia, quam verissimum est renitentem trahi a virtute conantis trahere, quando superat trahendi resistentiam, et eum facere, ut ambulemus, et operemur, qui virtutem imprimit ad ambulandum, et operandum vincit, et eum item operari, operari in nobis velle, qui novit vim aliquam tantae efficaciae immittit, quae non sinat nostram resistentiam ad volendum praevalere, sed illam revera evincat, ac denique eum auferre a nobis cor lapideum, et ponere cor carneum, qui duritiam nostri cordis, qua resistebat, vincit, et ad partem, quam cor nolebat, ipso

ipso iam volente flectit, cum etiam vis, et efficacia gratiæ maior sit, ut diximus actuali nostra resistentia, et cordis duritia, eas vincit, et vincendo nos trahit, illos facit ambulare, in his operatur velle, ab illis aufert cor lapideum, hoc ē duritiam cordis, qua resistebat, et ponit cor carneum, hoc ē relinquit molle, docile, et tractabile, depulsa iam, et victa priori resistentia.

2ª loquutio ē conciliorum, quæ dum agunt de grā efficaci, nunc dicunt facere de male volentibus, benevolentes, nunc voluntatem, et mentem transmutare, nunc renovare, et reformare, ut in concilio Colioniensi tractatu de iustificatione circa initium, iustificatio ex male volentibus bene volentes facit, id quæ per denominationem Spiritus Sancti mentem, et voluntatem transmutantis, renovantis, ac reformantis, quibus similes aliæ loqutiones adferre possent ex alijs concilijs.

Verum oēs hent in nostra doctrina rectissimum, et proprissimum sensum, nam auxilium efficax cum in male volentibus inveniat minorem resistentiam (qua tueantur, et conservent malam suam voluntatem), quam in ipso est activitas, et efficacia ad tollendam malam voluntatem, et ponendam bonam vincit resistentiam, eaque victa, mala voluntas cessat, et bona substituitur, quo fit, ut qui prius erant malevolentes = ministerio, et efficacia divinæ gratiæ incipiant eē benevolentes, eorumque voluntas transmutetur, renovetur, et reformetur.

3ª loqutio ē Sanctorum Patrum, qui agentes de grā efficaci, nunc dicunt, quod ea voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam. Ut Stus Augustinus lib.o de grā, et libero arbitrio cap. 19.o nunc quod Deus corda regis ocultissima, et efficacissima potestate convertit, et transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc ē de voluntate lędendi, ad voluntatē faciendi

ut ibi

Ut idem Augustinus lib°. 1°. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 2°. sibi modo loquendi utitur infinites S. Thomas. ——

Quam autem recte in nostra sententia explicentur patet ex loqutionibus concilij colonii proxime explicatis, eadem etiam intelligentia, et explicatio his adhibenda est; nec te moveat, quod S. Augustinus dixerit deum efficacissima potestate cor Regis convertere, quoniam eximius Antistes, aut voluit auxilij habuisse in se exubrantes vires ultra sufficientes, quamvis non maiores, quam erat potestas voluntatis regis ad resistendum si vellet (ne alias dicamus sine libertate fuisse conversum) aut loqutus fuit respue ad resistentiam, quam res de facto habebat, potentia etiam rationis illius efficacissima erat, siquidem superavit, sibi subiecit, et vicit, quamvis in vi voluntas regis totum, quod poterat, resistendo impenderet; nec gratia esset efficax, nec cor regis converteretur, nam iam deesset ingratia proportio maioris inequalitatis, et congruitas, supradicta. ——

Sectio. 6ª

Ijs, quæ adversus nostram sententiam obijciuntur, respondetur.

1° Objicies 1°, quando ea naria sufficienter subijcitur (quoad usum, ut non nulli dicunt) causæ liberæ ab illius vel concursu, et cooperatione pendet, non infert infalibiliter effectum, quamvis resistentia longe minor sit, quam activitas, et vis causæ nariæ, ut videtur clarum, nam si causæ liberæ ita subijcitur, ut nihil agere possit sine causa libera, si non obstante excessu activitatis supra resistentiam causa libera potest non agere, potest utique impedire, ne ea naria prorrumpat in actum

in actum, et item potest suspendere omnino operationem, ut patet in habitibus supernaturalibus, quorum activitatem frenat, et reprimit nostram voluntas, ne prorumpant in operationem; atqui activitas gratiæ subijcitur quoad usum nostræ liberæ voluntati a cuius cooperatione pendet, ut supponitur: ergo quantumvis sit ea varia, et superet resistentiam actualem voluntatis non inferet infalibiliter operationem, atque ideo eficacia, et congruitas auxilij non consistit in proportione maioris inæqualitatis respicientis ad resistentiam nostræ voluntatis, sed vel in præmotione, vel in cooperatione, vel in futuritione, seu scia conditionata, ut variæ sententiæ docuere.

Respondetur distinguendo maiorem non infert infalibiliter efectum sine dependentia ab ipsa causa libera, concedo maiorem, cum dependentia a causa libera, nego maiorem, distinguo etiam minorem subijcitur voluntati, ut suposita minori resistentia, quam ponit, et non posita maiori, quam poterat non sequatur operatio nego minorem, ut adhibita maiori resistentia, quam pro arbitrio potest, adhibitoque maiori conatu in opositum non sequatur operatio concedo minorem, et nego consequentiam, ut ea varia dicatur subijci causæ liberæ ad operandum, satis est quod operari nequeat, nisi dependenter ab eo, quod causa libera pro sua libertate ponat minorem resistentiam, aut nullam, nec opus est, quod ea posita, et non posita maiori, quam si vellet poterat possit suspendere operationem, et hac ratione subijcitur gratia nostræ voluntati, et libertati; eademque ratione, ut minimum subijciuntur habitus, de quibus suo loco.

Hinc fit nostræ voluntati liberum esse, quod infalibiliter inferatur operatio, aut non inferatur, non quia

non quia possit facere, quod absque maiori resistentia, quam de facto ponit, non inferatur, sed quia potest maiorem resistentiam ponere, et maiorem connatum in oppositum applicare, quam sit activitas gratiae; ex suppositione tamen, quod ~~po~~ non ponat maiorem resistentiam, sed minorem, aut nullam, infallibile est quod sequatur operatio, quia ex tali suppositione (quae consequens est usum libertatis, ut dicam inferius) datur proportio maioris inaequalitatis virtutis gratiae, et consequenter eiusdem efficacia.

Obijcies 2.o non solum concurrit ad operationem resistentia voluntatis, sed etiam resistentia tentationum pravae consuetudinis, et difficultatis operum: ergo non satis est activitatem gratiae esse maiorem resistentia voluntatis, ut infallibiliter sequatur operatio, patet consequentia, quia poterit impediri a resistentia reliquorum, si ut potest contingat esse maior; omnium etiam resistentia vinci debet, ut ipsa ponatur operatio.

Respondeo distinguendo consequens non satis est si aliunde non supponantur ceterae resistentiae superatae, concedo consequentiam, si supponantur, ut a nobis supponuntur, nego consequentiam, pro cuius intelligentia advertite a nobis supponi dari iam in voluntate auxilium sufficiens ad operationem, quando inquirimus in quo consistat efficacia; eo autem ipso, quod supponatur auxilium esse sufficiens supponitur auxilium esse maioris activitatis, quam sit resistentia ceterorum, quae ad operationem concurrunt, nam si est minor non est sufficiens, cum non sufficiat minor activitas ad vincendam maiorem resistentiam, supposito vero, quod ceterae resistentiae superantur, solum expectatur mensura resistentiae voluntatis, ut aestimare definiri possit an ponenda, vel non ponenda sit operatio? et dicimus, quod si resistentia voluntatis minor sit, cum iam nihil amplius expectetur superandum, activitas gratiae maior est omnibus resistentiis, atque ideo eas vincit, victisque infallibiliter in operationem

erumpit

erumpit triumphans, si autem resistentia voluntatis sit maior, gratiae activitas impeditur, et operatio prorsus suspenditur.

Obijcies 3.º ex nostra sententia sequitur posse accidere, quod aliquis ita sit affectus, ut nulla ei congruat vocatio, nec possit deus illum convertere salva, et illesa libertate, probatur, quia accidere potest, quod resistat illius voluntas, secundum totum, quod potest, et adhibeat totum connatum potentiae ad resistendum; tunc autem nulla ei gratia congruere potest; nam si detur aliqua, quae superet resistentiam, evertet libertatem, cum plus possit agere, quam voluntas resistere; atque ideo erit gratia, cui nequeat voluntas resistere, quaequnque autem minoris eficaciae non congruit, cum habet proportionem minoris inaequalitatis, facta comparatione ad resistentiam voluntatis.

Resp. negando absolute sequelam, nam, ut Augustinus dixit lib.º 1.º ad Simplicianum questione 2.ª cum alius sic, alius autem sic moveatur ad fidem (idem est de quavis alia materia) eademque res saepe uno modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, quis dicet defuisse deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem aplicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est.

Etenim sicet voluntas nostra huic vocationi toto nixu resistat scit deus esse infinitas alias, quibus, si conferrentur rigor illenitesceret, et quamvis illis resistere posset de facto pro sua libertate non resisteret, aut non tantum, quantum posset, et quantum huic, quam suponimus habere resisteret, sed assensum praeberet, et consentiret, nec in mea sententia vim habet speciale hoc argumentum in omni solvendum est. em instancio sic secundum omnes, cuiqunque gratiae, quae non tollit libertatem

tem potest arbitrium resistere, et ex Tridentino liquet, sed
hinc sequitur posse accidere, quod aliquis ita sit dispositus,
ut nulla ei congruat vocatio, nec possit deus illum converti-
tere salva, et illesa libertate: ergo non cuiqunque gratiae, qua
libere convertitur possit arbitrium resistere: minorem probo,
quia posset accidere, quod cuiqunque resisteret, qua resis-
tentia stante, nec gratia congrueret, nec deus illum conver-
teret.

Obijcies quarto ex Me-
diatio, gratiae eficaci, ut eficax est non potest resisti: gra-
tiae autem congruae ut a nobis exponitur potest resisti: ergo
gratiae eficacitas non consistit in congruitate, ut a nobis ex-
ponitur; maiorem dicit ab ~~omnibus~~ omnibus Theologis
admitti, minorem probat, quia vel gratiae eo modo congruae
potest voluntas dissentire, vel non, si potest habetur in-
tentum, nam eo ipso, quo potest dissentire potest resistere, si-
cut eo ipso, quo dissentit resistit, si non potest, evertitur li-
bertas, et id urgentius confirmatur ex nostris principijs,
quia cum plus possit voluntas resistere, quam gratia, quae li-
bertatem non evertit, agere, poterit resistere eficaciae gratiae, seu
gratiae, ut eficaci, siquidem non evertit libertatem.

Respondetur dis-
tinguendo maiorem gratiae congruae, ut a nobis exponitur
(= per propositionem maioris inequalitatis) potest resisti ex su-
positione, quod congrua sit nego minorem: nulla facta supposi-
tione, quod congrua sit concedo minorem est dicere, quod ex
ex supositione, quod congrua siti importet, quod voluntas
non tantum resistat, quantum potest gratia agere, nequit vo-
luntas cum hoc componere plus, aut tantum resistere, alias
posset

posset componere nontantum resistere, quantum gratia potest agere; et plus resistere, quam gratia potest agere, quæ est manifesta implicatio, at nulla sequitur ex eo quod possit resistere gratiæ illi, quæ congrua est, non facta suppositione, quæ congrua sit, quia cessante tali suppositione, solum manet gratia sufficiens, cum qua non repugnat componi resistentia maior, aut oppositum operationis eodem pacto solvenda est confirmatio, potest quidem omni gratiæ, quæ libertatem non evertit resistere absolute, non vero ex suppositione, quod se determinet ad non resistendum. Sectio septima aliæ obiectiones solvuntur.

Sectio 7ª

Aliæ obiectiones solvuntur.

Obijcies demum primo, si auxilium constitueretur partialiter in ratione eficacis per hoc, quod voluntas nontantum resistat vocationi, quantum ipsa vocatio, et auxilium potest, auxilium constitueretur eficax per ipsam operationem, quod supra impugnavimus loquendo de auxilio eficaci in actu primo, prout distinguitur ab eficaci in actu secundo, quod est eficiens: ergo non constituitur partialiter in ratione eficacis, per hoc quod voluntas nontantum resistat vocationi, quantum ipsa, seu auxilium

potest

potest. Sequela probatur, quia nontantum resistere est consentire, et consentire est operari: ergo si constituitur in ratione efficacis per nontantum resistere, constituitur per consentire, et operari, atque adeo per actualem operationem.

Respondetur negando sequelam ad probationem (praeterquam quod constabit ex dicendis postea in solutione obiectionis sequentis) nego maiorem prius etiam est voluntatem nontantum resistere, quantum agens potest agere, quam agens operari, cum ideo agens operetur, quia non ei tantum resistit, nontamen è contra, quia operatur ei nontantum resistitur, quamvis a posteriori colligatur ex eo, quod operetur, non ei tantum fuisse restitutum, quantum ipsum poterat.

Procursus maiori intelligentia adverte, quod licet absolute non resistere (quia importat, nec resistere positive, nec negative, nec sufficienter, nec insufficienter) claudat operari, siquidem importat a voluntate tolli omnem resistentiam, seu nullum boni, ex iis, quas potest ponere, et una ex resistentiis sit negatio operationis, per quam contradictorie resistit operationi, at nontantum resistere, quantum auxilium potest non includit operationem quia non importat absolute non resistere, seu nullam resistentiam ponere. latius etenim patet re resistere, quam non resistere, aut quam minus resistere, cum valeat bene voluntas non resistit ergo nontantum resistit, at non è contra, cum verum sit quando voluntas resistit insufficienter, quod non resistat. et quod non tantum resistat, falsum autem, quod non resistat. et item valeat minus resistit ergo nontantum resistit, secus vero è contra, atque ideo prius concipitur et esse intelligitur tanquam vere prior, nontantum resistere, quam non resistere,

autquam

aut quam minus resistere, propterque ad efficaciam auxilij non postulavit de ratione, quod voluntas nihil resistat (quamvis hoc sufficeret) neque de ratione quod minus resistat positive (quamvis etiam hoc sufficeret) sed quid commune ad utrumque, videlicet quod non tantum resistat, quia hoc praxis ...

Obiés 2.° quando voluntas peccat per puram omissionem non resistit impletioni praecepti, et tamen non operatur, nec gratia, quae datur ad impletionem confert illam infalibiliter: ergo non satis est voluntatem non resistere ut gratia inferat infalibiliter operationem; atque ideo efficacia gratiae non consistit in proportione maioris inaequalitatis, seu in congruitate a nobis explicita.

Respondetur 1.° adhuc sub iudice esse an sit possibilis pura omissio, neque enim omnes illam admittunt, sed plures acriter negant. Respondetur 2.° distinguendo maiorem: non resistit positive concedo maiorem, non resistit negative, nego maiorem; seu aliter: non resistit contrarie, seu quasi contrarie concedo maiorem non resistit contradictorie nego maiorem. Resistere contrarie, seu quasi contrarie est elicere actum, quo directe dicat nollo consentire vocationi, volo vel illi resistere, vel actum positivum repugnantem quocunque ex capite, actui eliciendo ex gratia; vel est ponere aliquod impedimentum entitatis positivae, quod gratiae operationem impediat. Resistere vero negative, seu contradictorie est ponere, retinere, seu conservare negationem actus cum illo eliciendo incompatibilem, illique repugnantem, ea ratione qua elici, retineri, aut conservari dicuntur negationes liberae a nostra voluntate.

Hoc ut magis evolvamus da deum

hoi

hoi contullisse gratiam exitantem ad audiendum sacrum holm que atque ad tempus vigentis precepti advertenter sacrum omisisse adherendo negationi auditionis sacri; tunc (tempore videlicet instantis precepti) dupliciter potest hō tali negationi adherere. 1° totum posse impendendo eique adeo tenaciter se applicando (eo pacto, quo libertate contradictionis voluntas applicat ad libere conservandum extremum contradictorium actus) ut gratia exitans neque ad suis clamoribus, et impulsibus dimovere. 2° non tantum posse impendendo sed exiguum, aut mediocrem conatum, quem gratia facile possit superare. Si priori mō adhereat negationi resistentia contradictoria maior ē, quam activitas gratie, atque ideo gratia non vincet, nec ponetur auditio sacri. Si posteriori mō resistentia minor ē quam activitas gratie; atque ideo gratia vincet, et ponetur auditio sacri. ~~~

Ubi manifeste vides quod voluntas quando posteriori mō adheret negationi auditionis sacri quando non datur auditio sacri (tamet si infallibiliter dabitur) etta men voluntas, tunc non tantum resistit quantum auxilium potest operari ideo non tantum resistere, quantum auxilium potest atque operari sed hoc ē illo posterius, ut supra dicebamus. ~~~

Obies 3° ex nostra sententia sequi holm non habuisse gratiam sufficientem quoties non operatur, atque ideo non peccare quando non adimplet precepta quod ē erroneum. Pr quia quoties non operatur, gratia ē talis ut illius activitas sit minor quam hois resistentia, et volenti insufficiens, cum nec possit voluntatem flectere, nec operationem ponere.: ergo ne hoc devoremus dicendum ē gratie efficaciam non consistere in proportione ma= iōris

rios inequalitatis.

Respondeo negando sequelam, ad probationem dico, quoties homo non operatur, activitatem gratiae esse quidem minorem voluntati resistentia, non quia ex se non sufficiat si homo vellet ut potuit non tantum ei resistere quantum restitit, sed culpa hominis, qui cum posset minorem resistentiam ponere quam gratia facile vinceret posuit maiorem, quam non potuit vincere, atque ideo gratia absolute fuit sufficiens, licet ex suppositione consequenter ad illam hominis resistentiam sit insufficiens. quemadmodum in omnium sententia dici debet gratiam absolute sufficientem, non esse sufficientem ad operationem ex suppositione quod voluntas se determinet ad oppositum, quia nunquam gratia est sufficiens ad ponenda duo contradictoria, ut vere poneret, si sufficeret ad ponendam operationem ex illa suppositione.

Sectio 8.a

Specialis dificultas adversus nostram sententiam ex decreto Patris nostri Generalis.

Ultima obiectio eaque gravissima desumitur ex autoritate P. nostri generalis Claudij Aquaviva, cuius decreto nostra sententia de eficacia auxilij videtur adversa, ita enim sua Paternitas scripsit ad nostram societatem anno milessimo sexentessimo milissemo tertio. mandamus ut in tradenda divinae gratiae eficacitate nostri eam opinionem sequantur, sive in libris, sive in lectionibus, ac publicis disputationibus, quae a plerisque societatis nostrae scriptoribus tradita, atque in controversia de auxilijs divinae gratiae coram summis pontificibus piae memoriae Clemente octavo, et, Sanctissimo

Sanctissimo domino nostro Paulo 5.° tanquam magis consentanea sanctis Augustino, et Thomę, gravissimorum patrum iudicio, explata, et defensa e, nostri imposterum omnino doceant, inter eam gratiam, quę effectum re ipsa habet, atque efficax dicitur, et eam, quam sufficientem nominant non tantum discrimen esse in actu 2.°, quia una ex usu liberi arbitrij, etiam cooperantem gratiam habentis, effectum sortiatur, altera non item; sed in actu 1.°, quod posita scientia conditionalium ex efficaci dei proposito, atque intentione efficiendi certissime innobis boni, de industria ipse ea media selegit, atque eo modo et tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs usurus, si hęc inefficacia previdisset. quare semper moraliter, et in ratione beneficij plus aliquid in efficaci, quam in sufficienti gratia, etiam in actu 1.° contineri. atque hac ratione efficere deum, ut re ipsa faciamus, non tantum quia dat gratiam, qua facere possumus. quod idem dicendum de perseverantia, quę procul dubio donum dei est. Romę decima quarta Decembris anno MDCXIIII.°
hęc magnus ille vir inter prudentes prudentissimus. —
Ex quibus sic conficitur argumentum
Pater noster Claudius precipit ut omnes societatis doceant inter eam gratiam, quę dicitur efficax et inter sufficientem, non tantum discrimen esse in actu 2.°, quia una ex usu liberi arbitrij sortiatur effectum altera vero non; sed in ipso actu 1.° at nos docemus solum esse discrimen in actu 2.°; quia una ex usu liberi arbitrij minus resistentis sortitur effectum, altera vero ex usu eiusdem arbitrij plus resistentis non sortitur effectum. ergo directe adversamur predicto decreto. —
Rectius patrem nostrum generalem, ut ex illius verbis liquet, solum hic precipere, ut sequamur

sequamur eam sententiam, quam initio huius controversiæ coram summo Pontifice nostri tradidere. quæ autem fuerit tum tradita? constat ex 2ª propositione, quam ante disputationem dedimus eminentissimo cardinali Madrucho in 2ª sessione seu congregatione die 15ª Maij anno ~~[illegible]~~ 1599. quæ sic hēt auxilia efficacia non includunt respectum ad consensum futurum, tanquam ad aliquod a quo pendeat efficacia auxilij ad movendum liberū arbitrium, quasi ab eo consensum per aliquem influxum efficaciam accipiant, l. ab eo heant vim movendi voluntatem, unde patet solum prohibere, ne doceamus auxilia divinæ gratiæ pendere a consensu liberæ voluntatis et efficacia sit, qua si ab eo per influxum efficaciam accipiant, aut vim intrinsecam movendi, et non eam heant independenter ab operatione, et antequam illa sit. nos autem minime doceamus efficaciam auxilij, et vim intrinsecam movendi pendere ab operatione libera voluntatis eo modo, imo dicimus nullo modo ab ea ~~nullo mō ab ea~~ pendere, sed totam vim efficiendi, et movendi antecedere, et prevenire predictam operationem.

Verum ne cui scrupulus aliquis relinquatur singulos articulos superioris decreti expressius ponderemus, et cum nostra doctrina conferamus. sic enim patebit quā mire oīa consonent, et quomodo nec latum unguem a sententia societatis recedamus. continet igitur quatuor articulos 1us statuit inter auxilium efficax, et sufficiens dari in actu 1o aliquam differentiam, et non solum differre per operationem liberam, quæ comitatur auxilium efficax in actu 2o, et hoc nos etiam fatemur, cum doceamus, antequam auxilium efficax heat in actu 2o operationem, habere quod illius vis excedat actualem existentiam voluntatis, et heat rū illius proportionem maioris inæqualitatis, qua infert infallibiliter operationem, et hoc non hēt

auxilium sufficiens.

auxilium sufficiens.

2ᵘˢ statuit sposita scientia conditionalium, et efficaci Dei proposito, suo loco explico, qualiter sint efficacia decreta, quę Deus habet circa liberas nostras operationes de bono certissimè efficiendo, de industria ipse ea media selegit; atque eo modo, et tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, quod nos minime negamus. Sentimus etiam, quod Deus certissime scit per scientiam mediam, quando inquibus circunstantijs, et quomo auxilium habeat proportionem maioris inęqualitatis, et illius activitas sit maior resistentia actuali nostrę voluntatis, et quando non; et hac scientia supposita, si vult, ut infallibiliter, et certissime efficiatur aliquod bonum de industria, et altissimo consilio seligit ea media, et auxilia, quę prævidit effectum infallibiliter habitura propter proportionem maioris inęqualitatis in tis circunstantijs, hoc modo ac tempore; alijs vsurus si prævideret hęc inefficacia, propterea quod non haberent dictam proportionem, seu improportionem.

Tertius statuit in gratia efficaci dari aliquid plus in ratione beneficij, quod non datur in sufficienti, quod libentissime concedimus, maius etiam beneficium est scientiæ dare, quo infallibiliter bene opereris et consequaris beatitudinem, quam, quo non opereris, sed damneris, cum autem Deus sciat, quando, et inquibus circunstantijs gratia habeat efficaciam, seu proportionem maioris inęqualitatis, et item sciat ex tali proportione sequi infallibiliter operationem, et gloriam, non autem ex gratia precisse sufficiente maiori sine beneficio Deus confert dando ex tali scientia gratiam efficacem, seu habentem proportionem maioris inęqualitatis, quam merè sufficientem, quę tali proportione caret.

4ᵘˢ

Quartus sta-
tuit deum hac ratione eficere, non solum, quod possumus, sed quod faciamus, id
in mea sententia dico aliunde, ut in superioribus vidimus auxi-
lium enim mere sufficiens, cum non importet proportionem maioris inequa-
litatis, seu excessum supra resistentiam actualem voluntatis, dat
posse, sed non dat operari at auxilium eficax, cum habeat propor-
tionem maioris inequalitatis vincet, et superat resistentiam ac-
tualem voluntatis, et illam infalibiliter facit operari.

Sectio 9ª

An auxilium, ut eficax, sit preve-niens.

Triplex est sententia 1ª docet eficaciam auxi-
lii, seu auxilium ut eficax prevenire omnino usum nostre liberta-
tis, atque ideo ante quam voluntas exerceat ullam liberta-
tem, aliquid ve libere prestet, existere auxilium cum sua
eficacia, et vi infalibiliter inferente operationem. ita Tho-
mistę omnes, iique qui eficaciam auxilii constituunt in phisi-
ca premotione, seu virtute phisice premovente, quos supra
retulimus questione 6ª

2ª docet auxilium ut eficax non preve-
nire usum nostre libertatis, atque ideo auxilium quod prevenit
esse sufficiens: sed pro eo priori statu carere eficacia,
donec voluntas ad operandum se determinet. ita iique e-
ficaciam auxilii constituunt per nostram cooperationem, et eo
retulimus questione 8ª cum enim usus nostre libertatis
sit operatio libera voluntatis (sive negativa sive posi-
ta) sicut implicat quod operatio precedat operationem, ita
implicat, quod eficacia auxilii, ~~quod eficacia auxilii~~, seu auxilium
ut

vt eficax praecedat, et praeveniat vsum libertatis.

Quae docet auxilij vt eficax praevenire vsum libertatis absolutum, non conditionatum, atque ideo auxilium quod praevenit in statu conditionato libertatis vsum dicunt non esse eficax, sed sufficiens, ita illi qui sentiunt eficaciam auxilij desumi ex eo quod confertur sub infalibilitate scientiae conditionatae, seu in illis circunstantijs, in quibus conditionate praevisa est operatio. hos iam retuli quaestione 9a.

Dico 1o. auxilium eficax semper pro eo statu quo est eficax praevenit operationem liberam pro qua datur, et conseqüenter prius est in eo statu cum sua eficacia quam operatio. conveniunt in hac assertione cum doctoribus 1ae sententiae (quamvis in fundamento dissentiam) et ex parte etiam cum doctoribus 3ae.

Probatur 1o. auxilium praevenit operationem liberam sui status secundum proportionem maioris inequalitatis (hoc est in statu conditionato conditionatam, in absoluto absolutam) et hoc est illam praevenire vt eficax. ergo auxilij pro eo statu, quo est eficax praevenit vt tale operationem pro qua datur. antecedens probo, quia in quocunque statu non solum praevenit auxilium sufficiens, quod omnes fatentur, sed etiam minor, seu non tanta resistentia, vt prius sit in quocunque statu voluntatem non tantum potest resistere quantum auxilium potest agere (atque ideo resistentia vinci) quam operari. sed hoc est auxilium praevenire operationem sui status secundum proportionem maioris inequalitatis. siquidem haec scita est in hoc, quod auxilium sufficiens concurrat cum minore, seu non tanta resistentia voluntatis. ergo.

Probatur 2o. prius, quam in aliquo statu fiat libere operatio debet vinci resistentia illius status, vel aliunde

Supponi

supponi victa. ergo debet supponi auxilium fuisse maioris activitatis. Is enim agens congreditur cum contrario conante impedire operationem, et eo victo pergit ad operandum, et nisi vinceret non operaretur. sed hoc est esse efficax, et habere proportionem maioris inaequalitatis. ergo prius quam operatio fiat debet supponi auxilium ut efficax, atque ideo hoc semper praevenit operationem sui status. —

Pr 3°, quia operatio non requiritur ut voluntas non resistat, sed quod voluntas non resistat requiritur ad operationem, ideoque non resistentia minime pendet ab operatione, sed operatio a non resistentiam. ergo prius est non resistentia quam operatio. patet quia id est prius a quo aliud pendet sed non est contra. nunc ulterius sic: prius est non resistentia quam operatio? ergo cum prius etiam sit auxilium, prius erit auxilium, cum non resistentia (et hic nomine non resistentiae intelligo non tantam, seu non aequalem) quod est esse prius congruitatem, proportione maioris inaequalitatis, et efficaciam auxilii quam operatione atque ideo efficacia auxilii est praeveniens vi operationis liberae pro qua datur. —

Hinc colliges non solum dari auxilium efficax in actu 1° infallibiliter inferens operationem in statu absoluto, sed etiam in statu conditionato, quidquid contra sentiant ii qui dicunt auxilium efficax in actu 1° constitui per hoc quod conferatur sub scientia conditionata de futuritione effectus, vel sub ipsa futuritione, quapropter licet concedam efficaciam in actu 2° pro statu conditionato non in actu 1°. caeterum in nostris principiis facile probari potest oppositum, nam in statu conditionato praecedit auxilium operationem, cum supponat conditionate omnia comprincipia et requisita ex parte principii; quorum unum est auxilium, deinde praecedit, quod

minor

minor sit resistentia quam activitas auxilij ut operatio foret; sed hoc ē precedere pro eo statu auxilium eficax in actu 1° rū operationis, siquidem precederet maior activitas auxilij et minor resistentia voluntatis, in quibus diximus consistere proportionem maioris inequalitatis, et efficaciam auxilij infallibiliter inferentis operationem ergo. confirmatur, quia si operatio est futura sub conditione ergo sub conditione ē minor resistentia voluntatis, et maior activitas auxilij. ergo sub conditione ē auxilium eficax in actu 1°, et voluntati in statu conditionato datur eiusmodi auxilium. — —

Dico 2° auxilium ut eficax in statu absoluto non ē prevenienss respectu operationis liberę conditionatę, sicut ē in statu conditionato. pr quia status absolutus, et oia, quę in eo absolute sunt, supponunt statum conditionatum, et oia quę in eo sunt. atque ideo nihil quod sit in statu absoluto potest pro eo statu precedere aliquid in statu conditionato, sed naria debet subsequi: ergo auxilium ut eficax in statu absoluto non ē preveniens rū actionis liberę conditionatę, seu atē in statu conditionato. —

Dico 3° auxilium ut eficax, in nullo statu ē oio preveniens usum libertatis illius status. pr 1° quia tolleret libertatem, sicut esset ante oem usum nostrę libertatis, et ita inferret operationem, ut implicaret contradictionem cum illo copulare oppositum. ut autem salvetur libertas opus ē quod voluntas possit copulare oppositum, cum oibus, quę preveniunt, sive antecedunt oio usum libertatis. — —

Pr 2°, quia auxilium diximus constitui in rone eficacis non solum per activitatem intrinsecam quam hēt, sed per hoc quod voluntas pro sua libertate ponat minorem resistentiam: ergo cum impossibile sit quod in aliquo statu

statu prævniat usu nostræ libertatis positio ipsa libera ... implicat quod in aliquo statu auxilium eficax, ut eficax prævniat omnino usum libertatis illius status. — Sectio 10.a an ad eficaciam auxilij requiratur, vel saltem conducat scientia conditionata? —

Sectio 10.a

An ad efficaciam auxilij requiratur vel saltem conducat scientia conditionata.

Non loquimur de eficacia auxilij in statu conditionato nam cum supra diximus auxilium eficax ut eficax esse præveniens operationem, prius debet esse quam scientia conditionata de tali operatione, siquidem prius scientia conditionata, quam operatio sub conditione. atque ideo eficacia auxilij in statu conditionato est independens a scientia conditionata de operatione. Sermo igitur est de eficacia auxilij in statu absoluto, an scilicet pendeat a scientia conditionata quæ præcedit talem statum vel non? sed per accidens illi sit quod præcedat aut detur. —

Nostri frequenter sentiunt aut requirere aut conducere, quia vel sentiunt eficaciam consistere in eo quod conferatur auxilium sub infalibilitate scientiæ conditionatæ, vel in moralitate quadam, et congruitate resultante in entitate auxilij ex eo quod ex directione scientiæ mediæ conferatur in circunstantijs in quibus prævisa est futuritio operationis in nostra voluntate. —

Ego 1.o existimo scientiam conditionatam esse necessariam ut deus cognoscat quando, et quibus

bus circunstantijs voluntas minus resistet, et auxilium habebit eficaciam si in illis confleratur. pr. quia non potest hoc alium Deus cognoscere nisi per sciam conditionatam, qua penetrat quid quid faceret voluntas si auxilium suficiens in talibus circunstantijs conferretur an scilicet plus ei resistleret, quam auxilium potest; an minus, atque ideo, si conferatur in talibus circunstantijs hebit eficaciam l. proportionem maioris inequalitatis l. non.

2.º existimo sciam conditionatam esse necessariam ut Deus non exponatur frustrationi finis intenti, nec casu et tentans operetur, sed certus de infalibilitate eventus. pr. quia si Deus non heret sciam conditionatam ignoraret quando auxilium habiturum esset proportionem maioris inequalitatis et an in his circuntantijs plus esset voluntas restitura, quam ipsum posse an non, sed minus, et consequenter daret auxilijs incertus de eventu, et expositus frustrationi si quidem in certus foret an (ut contingere potuit) illae circunstantiae essent in quibus voluntas obstinata, et indurata totis viribus erat restitura. quod si casu accideret, ut voluntas parum, aut nihil resisteret, et auxilium eficaciam heret, certe id causale foret, nam modus procedendi ex parte Dei esset manifeste secus et expositus frustrationi.

Hoc clarius patebit si fingamus Angelus interrogare Deum (quando auxilium suficiens dat petro ad convesionem absque ductu sciae mediae, quod facturus sit petrus cum tali auxilio? an concensurus, an restiturus, an futurum sit eficax, an ineficax? certe respondere non potest, cum scire quid facturus sit petrus precepto eo auxilio sit obtum sciae mediae, quod non nisi per ipsam sciri potest. si ergo scia media careret Deus nesciret Angelo respondere

respondere; atque ideò certò non, et dubius de eventu rei procederet, ut igitur certus de eventu procedat necessaria est Scientia media.

3.º existimo ad ipsam efficaciam auxilii necessariam non esse Scientiam mediam. Probatur quia de efficacia auxilii solum requiritur quod Deus det auxilium sufficiens, et quod voluntas non tantum resistat ut resistentia superet vim auxilii, ad hoc autem non requiritur Scientia media. Siquidem ad dandum auxilium sufficiens non opus est Scientia media, sed satis est Scientia simplicis intelligentiae, qua Deus penetrat sufficientiam virium in tali auxilio, et cognoscit talis esse naturae, ut voluntas possit sufficienter ex vi illius ponere operationem. eo autem dato voluntas potest pro sua libertate ponere minorem resistentiam, seu non tantum resistere quantum auxilium potest, quamvis id Deus conditionate non praenoverit ergo.

Probatur 2.º Ut in circunstantiis in quibus datur auxilium sufficiens, auxilium sit efficax solum requiritur quod superet resistentiam actualem voluntatis: sed ut illam superet non requiritur Scientia media: ergo ut sit efficax, seu ad efficaciam illius, non requiritur Scientia media maior ex dictis constat minorem probo quia solum requiritur quod voluntas minus resistat, ut autem voluntas minus resistat non requiritur Scientia media, alias ideo minus resisteret, quia Deus praescivit et non ex mera sua libertate.

Probatur 3.º: id non requiritur, independenter a quo res potest dari: sed independenter a Scientia media potest dari efficacia auxilii (attenta indigentia rei quidquid sit attenta perfectione Dei) ergo Scientia media non requiritur. minorem probatum quia in statu conditionato debent conditionate concurrere ad efficaciam, quae requiruntur absolute ut absolute detur et in illo non requiritur Scientia conditionata, cum ante

quam

quam illa intelligatur, pre intelligatur eficacia vt visum est. tum etiam sine Scia media posset Deus conferre auxilium, et contingere posset tunc, quod in illis circunstantijs inquibus daretur esset minor resistentia, et consequenter haberet eficaciam. ergo independenter a scia media potest dari eficacia auxilij seu auxilium eficax.

Pro 4.o Scia media non requiritur, vt auxilij sit eficax vbi est minor resistentia voluntatis nam tunc ex se habet esse eficax; neque vt sit eficax vbi est maior resistentia, quoniam tunc relinquitur ineficax, et Scia non facit, quod sit eficax, non enim mutat scia eventus rerum, sed in eo statu relinquit, quem in se habent. ergo non requiritur ad eficaciam auxilij, seu vt auxilium sit eficax: probo consequentiam. quia si requireretur, maxime vt haberet eficaciam quando est maior resistentia, aut quando est minor.

Quamvis hec ita sint quanto existimo sciam mediam esse vtilem, et maxime conducere ad eficaciam auxilij in hoc sensu quod Deum certo dirigat ne det vbi et quando, maior futura est resistentia, et ipsum ineficax, sed vbi, et quando resistentia erit minor et ipsum eficax. patet, quia cum per sciam mediam noscat Deus ac penetret, quando, et vbi nostra voluntas minus resistet ea duci potest ac debet Deus, vt certo det vbi, et quando inveniet minorem resistentiam et eficax, et non vbi et quando inveniet maiorem, et erit ineficax. quamvis non pendeat a scia, quod si detur auxilium in circunstantijs minoris resistentie, sit aut non sit eficax. vno verbo dicam: Scia media non est necessaria nec vtilis vt auxilium habeat eficaciam, si conferatur in circunstantijs vbi minor est resistentia; est tamen vtilis vt in illis circunstantijs conferatur. secl[usis] ... circunstantijs, motus naturales

nales, ingenium, et complexio personę conducant ad efficaciam auxilij.

Sectio IIa

An circunstantię, motus naturales, ingenium, et complexio personę conducant ad efficaciam auxilij.

Videtur negandum, quia nalia nihil conducunt ad supernalia, neque cum illis habent ullam proportionem; aliàs nalia conducerent ad actus meritorios vitę ęternę, et ad operandum, ut oportet, ad salutem consequendam, quod est Pelagianismus, aut Semipelagianismus. at si circunstantię, motus nales ingenium, et complexio personę conducerent ad efficaciam auxilij supernalis (de hoc enim loquimur) nalia conducerent ad supernalia, haberent cum illis proportionem, et deservirent ad actus meritorios vitę ęternę, et ad operandum ut oportet ad salutem consequendam. ergo negandum est conducere ad efficaciam auxilij.

Nihilominus assero plurimum conducere. ita Pater Meratius tractatu de gratia disputatione 6a sectione 14 numero 3. Pater Ripalda libro 3o de ente supernaturali disputatione 9a sectione 3a a numero 17o et sine dubio Pater Molina in concordia quęstione 14a articulo 13o disputatione 39a. si quidem plura nalia refert quibus aliquos dicit ad spiritualem salutem adiuvari.

Probatur 1o ex Sancto Augustino tomo 7o libro de dono perseverantię capite 14o ubi sic ait, ex quo aparet habere quosdam in ipso ingenio divinum naliter munus intelligentię, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel verba, vel signa

na concipiant em. Augustinus ... et in quibus ingeni=
ij, verba, et signa conducere, ut re ipsa moveantur ad fidem
et convertantur. ——

Pr 2º. id conducit ad efficaciam auxilij
quod conducit ut voluntas minus resistat: sed bona comple
xio nobilitas inginij et aliæ circunstantiæ naturales conducunt
ut voluntas minus resistat: ergo conducunt ad efficaciam au
xilij. Consequentia e bona, et maior ex supra dictis certa. mi
norem probo; quia quo complexio hominis magis inclinat ad super
biam eo reddit difficiliorem ad humilitatem, et magis resis
tentem deo vocanti ad eandem. et quo magis inclinat ad iracun
diam eo facit magis resistere vocanti ad mansuetudinem. et
quo magis inclinat ad lasciviam, eo facit magis resistere vocan
ti ad castitatem. quod idem evenit in ocasionibus, et ali
js circunstantijs, quarum aliæ hominem instant ad luxuriam,
aliæ provocant ad vindictam, aliæ impellunt ad superbiam, et
vanitatem ergo. ——

Pr 3º quia quando homo est iratus
robustiori gratia opus est ad illum regendum, ut inimicum
amet, quam cum non est iratus, et cum inter delitias vivere
amet, quam cum non est, et cum inter delitias vivere, quam ad delitias
rerum, et ocasiones proximas ruendi vivere, quam ad delitias
concipiat, et diligentissime conquisierat potentiori gratia
requiritur, ut oribus ~~[illegible]~~ expositis castitatem amplectatur,
ad quam vocatur, quam cum longe est a delitijs, et prae
dictis ocasionibus: ergo signum est, ~~[illegible]~~ gratiam
invenire maiorem resistentiam in ijs circunstantijs, quam
in alijs ortam ex ijs circunstantijs, atque ideo ad inefica
ciam, et eficaciam auxilij conducunt circunstantiæ. ——

Pr 4º experientia ipsa. nonne
facilius homo convertitur ad deum, quando viget tempestas,
et

et imminet periculum naufragij, quam seclusa tempestate et periculo? ~~[struck out]~~ non ne facilius consentit vocationi, qui vocatur quando concionator terret, quando pater aut superior reprehendit, quando amicus bona suadet? quam vtique oia desunt. ergo quia hę circunstantię conducunt ad eficaciam vocationis. patet, quia ea conducunt ad eficaciam vocationis, quę faciliorem reddunt efectum vocationis.

Pr 5° Per Ripalda quia motus supernales gratię perse nanij et sufiicientes ad existentiam actus supernalis possunt ita aficere voluntate vt se solim a motibus nalibus re ipsa non sortiantur efectum, adiunctisque motibus nalibus concensum extorqueant a voluntate. ergo motus gratię pro vt eficaces sunt possunt complecti motus nales (si non tanquam constitutiva intrinseca eficacię vt ipse contendit, saltem vt quid conducens, et ad illam iuvans vt in conclusione ego asserui) colntiam dicit patere, et ans probat. quia motus nales in con satio supernalis mere suficientium conducere possunt, vt motione actuum nalium re ipsa inducetur voluntas ad eficiendum actum supernalem, quod non eficeret sola motione gratię. quod enim non obtinent motus supernales a voluntate humana, obtinent nales adiuti supernalibus, eo quod preter motivum supernalium, aliud proponant quod voluntatem re ipsa ad operandum inducat.

Probat idem autor 6° sępe voluntas non operatura proposito motivo actui supernali intrinseco, seu indiferenti seu honesto (quod per aprehensiones, et complacentias nales notat posse proponi) ergo inspectis solum naturę rerum possunt nales motus constituere. ? vt ego dixi conducere, et iuvare eficaciam motus supernalis ad eficiendum aliquem actum supernalem. probat ans, quia non movetur eficaciter quis ad dolorem, et confessionem sacramentalem, ex sola propositione, et complacentia

honestatis

honestatis pœnitentiæ, proposito tamen signo cum ea honestate, proposito præcepto ecclesiastico, et scandalo, quod suos familiares turbabit, si non confiteatur inducitur re ipsa ad operationem sacramentalem, et dolorem supernaturalem, quæ sola propositione honestatis pœnitentiæ non præstaret præceptum autem, et scandalum res naturales sunt, et ratione humana, ac naturali proponi possunt: ergo.

Probat 7.° quia per motus naturales proponi potest idem obtum, quo per motus supernales, et vivaces dius, ac intentius, quam per naturales: ergo consensus, qui non extorqueretur a voluntate sola motione supernaturali, extorqueri re ipsa potest adiuncta motione naturalium; nam intentio, et vehementia apprehensionis, et complacentiæ nalis moventes voluntatem ad actum supernaturalem conferre plurimum possunt ad obtinendum consensum voluntatis (quem motio remissior, et debilior non obtineret) et percoens ad efficaciam gratiæ. constat, quia potestas nalis, seu indifferens, seu bonus imperare efficaciter actum supernaturalem, quem re ipsa non eficeret voluntas, si non præcessisset tale imperium, quamvis præcessissent auxilia gratiæ naria ad talem actum. ergo motus nalis conferre potest ad efficaciam motus supernalis.

Probat 8.° per Illerativus quia aliquando gratia qua prævenitur peccator ut credat, aut pœnitentiam agat, ita est sufficiens, ut moraliter non sufficiat, non quidem per se, seu ex propria ipsius gratiæ prævenientis imperfectionem, sed per accidens, ex maxima indispositione subti, ita in peccatis obdurati, ut ratione resistentiæ tam pravæ tamque diuturnæ peccandi consuetudinis voluntas eius nequeat moraliter loquendo moveri, et flecti ea gratia, qua cæteroquin etiam moraliter moveri flectique posset. ergo quod non sit sic pravè dispositum subtj, et obduratum, multoque magis quod sit bene dispositus

posity, et inclinatis conducit ad maiorem efficaciam, et energiam gratiae. patet a contrario sensu. Sectio 12 rationi dubitandi sectione praecedenti positae satisfit.

Sectio 12ª

Rationi dubitandi Sectione praecedente propositae satisfit.

Ratio, quam initio proximae Sectionis nostrae proposuimus in re sibi exposcit solutionem. igitur ad eam removemus 1º distinguendo maiorem: naturalia nihil conducunt ad supernaturalia per se sola, et non concurrente aliquo supernaturali concedo maiorem: non conducunt simul cum supernaturalibus nego maiorem. distinguo etiam minorem naturalia conducerent ad supernaturalia etc. simul cum supernaturalibus concedo minorem; seorsim absque ullo supernaturali nego minorem. nos non asserimus, quod ingenium, conflexio motus naturales, circumstantiae etc. conducant ad efficaciam auxilii supernaturalis independenter ab ipso auxilio, sed simul cum illo, ita ut dato auxilio quasi coadiuvent, et efficaciam heat.

Et quidem si naturalia nihil possent conducere ad supernaturalia simul cum auxilio, l. aliquo supernaturali, nihil conduceret potentia libera nostrae voluntatis ad efficiendos actus supernaturales meritorios, neque actus naturalis entitatis etiamsi sit ellicitus ab hoc grato et ex auxilio supernaturali conduceret ad vitam aeternam; quia tam potentia libera voluntatis quam entitas actus praedicti sunt naturales, et nihil naturale, utrais, potest conducere ad supernaturalia l. meritum vitae aeternae, etiam si coniungatur cum supernaturali.

Respondetur 2º nihil naturale conducere posse ad supernaturale per modum meriti bene tamen per modum comprincipii, aut requisiti

aut requisiti ad operandum. Sic voluntas conducit tanquam com
prium ad actus amoris supernalis cum habitu caritatis, et intel
lectus ad eliciendos actus fidei supernalis, et visionis beatificæ
iuxta quæ distingo minorem nalia conducerent per modum meriti ad su
pernalia nego minorem per modum requisiti ad productionem, quæ ali
quando non exercerentur, nisi ea darentur, et auxilium quod ē
prius supernale maneret inefficax, concedo minorem, et nego
consequentiam.

Respondeo 3.º distinguendo adhuc aliter
maiorem: nalia nihil conducunt ad supernalia, quæ supernalia
sunt concedo maiorem, quæ non sunt supernalia, sed nalia nego ma
iorem. distinguo etiam minorem nalia conducerent ad super-
nalia, quæ supernalia sunt nego minorem, quæ non sunt super
nalia concedo minorem, et nego consequentiam. Et hoc explicemus ad vi
tam efficaciam auxilij supernalis esse quidem supernale, sed non
undequaque, omnino et totaliter, sed parcialiter; nam cum coales
cat, ut diximus, ex virtute auxilio intrinseca, quæ supernalis
ē, et ex eo quod resistentia ex parte voluntatis non sit tanta, quan
ta ē activitas auxilij, sed minor, aut nulla, et non tanta resis
tentia minime sit supernalis, efficacia auxilij partim ē superna
lis partim nalis (l. saltem non nario supernalis) atque ideo
stare optime potest quod complexio subiecti ~~[illegible]~~, ingenium, motus
nales, inclinationes, et circunstantiæ conducant ad efficaci-
am auxilij quatenus conducerent ad hoc ut resistentia non sit
maior (in quo non importatur nario aliquid supernale) et non con-
ducant ad efficaciam auxilij secundum vim intrinsecam quæ ē supernalis.

Dices ergo peioris conditionis ē ad bene
operandum, qui peioris ingenij, complexionis etc. atque, ideo
~~[illegible]~~ sine sua culpa erit ineptior virtuti, et operibus illius; quod vi
detur absurdum. patet consequentia: quia ille ē peioris conditio-
nis

nis conditionis, et inceptio, = cuius naturam, ingenium inclinatio etc. magis resistunt gratiae, minusque conducunt ad illius efficaciam: sed sine sua culpa homo habet peiorem naturam, peius ingenium, deteriores inclinationes etc. ergo.

Respondetur ab omnibus esse solvendum argumentum, sive enim in hoc sive in illo consistat efficacia gratiae, universim debet admitti quod caeteris paribus deterioris conditionis sint, qui habent naturam ad vitia proclivorem, ingenium magis depravatum, et inclinationes perversiores, eiusmodi enim magis resistunt gratiae, difficilius convertuntur, tardius virtutem sectantur, et rarius in illa perseverant, nisi deus robustiori brachio a vitiis retrahat, passiones comprimat, et ad bene operandum quasi impellat, ut saepe facit, tametsi non semel, iusto suo iudicio, cum auxilio communi, sufficienti tamen, relinquat, et culpa sua pereant, cum alii melioris indolis non perirent, sed operarentur, et salvarentur. — Sectio 13.a an auxilium efficax phisice, et per verum influxum concurrat cum voluntate ad operationem?

Sectio 13.a

An auxilium efficax physice, et per verum influxum concurrat cum voluntate ad operationem?

1.a Sententia docet non concurrere phisice per verum influxum, sed tantum moraliter, inclinando movendo, et excitando voluntatem, ut phisice producat operationem. ita Pater Suares lib.o 3.o de auxiliis cap.o numero 12.o Pater Fasolus tomo 1.o questione 12.a articulo 6.o numero 21.o, et alii, praecertim recentiores, dicit que probabile.

Pater Tesia

Pei Lesius statim resellendus. Addit hæc sententia, quod licet auxilij præveniens non exerceat phisicum influxum in operationem, habet sibi anexum illum et præparatum, si voluntas se detraxerit ad operandum, nam cum ad actus supernales necesse sit phisicus influxus supernalis, quem voluntas de sola habere nequit, si illud non habet gratia, â Deo præparari debet ut eo simul cum voluntate concurrat, si voluntas operetur.

2ª sententia docet concurrere phisice per verum, et realem influxum, quo simul cum voluntate immate attingat operationem. ita Pei Lesias in opusculo de gratia eficaci capite 9º numero 3º. Pei Molina in concordia quæstione 14 articulo 13º disputatione 4ª versu 9º asseveramus, et disputatione 41ª versu dixi toties. Pei Ripalda libº 3º de ente supernali disputatione 49ª numero 23º (ubi dicit se idla te docere libº 5º) Pei Vlarminus libº 1º de gratia, et libero arbitrio capite decimo tertio. Pei Valencia tomo 2º disputatione 8ª quæstione 3ª puncto quarto parrafo 2º, et alij. qui colatti asserunt ex auxilio, et voluntate coalescere unam causam totalem phisicam operationis, tanquam ex duabus parcialibus, seu inadequatis.

Dico 1º auxilium eficax complete, et adequate acceptum phisice, et per verum influxum concurrit cum voluntate ad operationem tanquam causa parcialis. convenio in hac assertione cum secunda sententia, quamvis in fundamento discrepam. Probatur 1º quia auxilium complete, et adequate acceptum includit omnem lineam auxilij necessarij ad operationem: unum autem ex auxilijs necessarijs ad operationem supernalem est præviè phisicum supernale, imo necessarium sit habitus, imo divina omnipotentia, ut specialiter deputata, et destinata ad talem operationem, si voluntas se voluerit detrahere, ut

vt supra ostensum est: ergo si complete accipiatur claudit hoc princ., quod vere, et phisice influat in operationem.

Pr. 2°. ad actus supernales entitative requiritur princ. aliquod supernale phisice, et per verum influxum concurrens cum voluntate, illamque elevans. sed hoc princ. supernale clauditur in auxilio eficaci preveniente, si accipiatur complete. ergo auxilium eficax preveniens, si accipiatur complete, concurrit phisice per verum influxum ad actum. mina pr., quia auxilium eficax preveniens coalescit ex eo quod venit ut auxilium; illud autem princ. prevenit ut auxilium, siquidem prevenit ut quid superadditum potentiali voluntatis ut subsidio sit, et defectum virtutis supleat ad actum supernalem. non utor rationibus Pii Lecii, quia in meis princ. ineficaces sunt.

Dices, ut voluntas elevetur, et concurrat ad actus entitative supernales, satis esse quod deus supleat defectum proportionis, et virium, concursu simultaneo, neque opus esse quod auxilium phisice concurrat. ergo non ex eo quod actus supernales sint, asserendum est auxilium phisice concurrere. Resp. ex eo ipso, quod deus decernat concurrere influxu simultaneo debere parare, et detinere in actu 1° suam omnipotentiam ad id, et omnipotentiam sic in actu 1° preparatam dicimus esse parciale auxilium, quod clauditur in totali.

Dico 2° auxilium eficax incomplete acceptum in quantum videlicet excitans, et prout precise dicit illustrationes, et inspirationes non concurrit phisice per verum influxum productivum, sed moraliter. convenio in hac assertione cum 1a sententia pr. 1°, quia actus intellectus, et voluntatis non sunt productivi phisici eorum termi-

nonum

novum adquos producendos illustrant, etinclinant, atillustrationes, etinspirationes suntactus intellectus, et voluntatis, et voluntatis: ergo non sunt productivi actuum, ad quos producendos inclinant. Maior probatur, quoniam actus intellectus nihil producunt physicé nisi , et actus voluntatis nil producunt, nisi habitus, si naturales sint, at constat ex dictis in libris de anima.

Pr. 2. quia non é naturus, sed superfluus influxus physicus gratiæ exitantis in operationem: ergo illis non debet. ans pr. quia deus sua omnipotentia sufficienter illis præstat; et quia mus concurrendi gratiæ exitantis, é per m. suadentis et moventis, qui non requirat influxum physicum, sed intelligi potest absque illo. Pr. 3. a Patre Suarez, quia motus gratiæ exitantis solet eé imperfectior, quam actus supernalis, ad quem concurrit, nam ~~currit~~, ~~nam~~ ille interdum solum é quædam vivamentis repræsentatio, aut quidam ingens timor gehenæ, alius vel similis, qui revera non solum accidentaliter, sed etiam specifice é minus perfectus, quam amor Dei super oia l. contritio.

Pr. 4. ab eodem quia contingit hos actus eé in diversis potentiis, seu pertinere ad diversas poas exitatio semper enim e in intellectu, et ad illum pertinet consensus vero in voluntate. at actus unius poæ nunquam ex se e prius efficiens proximum, et phisicum actus alterius poæ: suplens defectum virtutis activæ in altera poa, eo quod sit virtutes, et activitates diversarum verum.

Pr. 5. ab eodem quia gratia exitans non semper concurrit simul tempore cum consensu voluntatis, nam interdum præcessit gratia exitans per sanctam cogitationem, et timorem, et postea ho convertitur sola recordatione illius timoris, et incipit pœnitentiam agere. non e autem verissimile solam illam memoriam eé prius sufficiens supernale ad efficiendam conversionam, sed potius concurrere proponendo tantum, obiectum.

Pr. 6. ab eodem quia in 1o actu fidei supernali

supernali. Vix potest assignari motus gratiæ excitantis qui possit esse principium supernale ad illum eliciendum, quia illi solum antecedit apprehensio obiecti, et iudicium practicum de eius credibilitate post quod accedit voluntas credendi: nihil autem horum potest esse principium eliciens actum credendi; nam voluntas potius est imperans, quam eliciens. reliqui autem actus sunt valde imperfecti, et remoti. ergo. Video has rationes aliquos ex capite excussisse. fortassis tamen aliquibus solidæ videbuntur. placeat cui placet.
Sectio 14ª quæ sit causalitas auxilij efficacis.

Sectio 14ª

Quæ sit causalitas auxilij efficacis.

Cum diximus auxilium efficax constare ex duplici parte, quarum altera concurrit efficienter phisice, altera solum moraliter opere pretium erit designemus singulis suam specialem causalitatem, si specialem habent, et videamus per quam concurrit auxilium, ut causa phisica est, et per quam ut est solum moralis.

Et quidem de causalitate illius, ut est causa phisica efficiens facilis est resolutio. sicut enim causalitas causæ efficientis, in universum, est actio, et phisicus, ac realis influxus: ita causalitas auxilij, ut causa efficiens physice erit actio qua simul cum voluntate concurrit, nam duæ causæ partiales, quales sunt auxilium, et voluntas, seu liberi consensus supernalis concurrunt per eandem actionem, et singulis tota respondet, totalitate effectus, non causæ.

De causalitate illius, ut causa moralis est, maior stat difficultas, et quia tota de voluitur ad gratiam excitantem, iuxta dicta sectione præcedente, velle mea dolitas gratiam hanc duo præstare, alterum movere, excitare, et inclinare, alterum producere moraliter ipsum effectum, ad quem excitat movet, et inclinat

et inclinat. ——————

Si vero ea loquamur, quatenus excitat inclinat etc. illius causalitas est unio, media qua se exhibet subiecto. Probatur, quia excitare, et inclinare est effectus formalis qui necessario debet causari per exhibitionem formae, et cum sit effectus formalis intrinsecus: si quidem homo intrinsece excitatur ad conversionem et bene operandum per illustrationes divinas, et sanctas inspirationes, debet esse per causalitatem intrinsecam, quae non est alia nisi unio. ——

2.° quia hominem excitari est habere excitationem, seu formam excitantem ergo id per quod dicitur formaliter habere excitationem seu formam excitantem est causalitas. Patet consequentia quia non est causalitas ipsa excitatio habita, cum sit forma, neque ipse homo, cum sit subiectum, quod habet: ergo est per quod homo habet excitationem: at forma per quam habet excitationem est unio. ergo unio est causalitas huius, quod est excitare. ——————

3.° causalitas formae est id, per quod detrahitur forma ad dandum effectum formalem, sicut causalitas causae efficientis est id per quod causa detrahitur ad efficiendum, seu dandum esse effectui. sed per unionem detrahitur excitatio ad dandum effectum formalem excitati: ergo unio est causalitas excitationis, seu auxilii, ut excitat inclinat etc. ——————

4.° vera cuiuslibet compositi causalitas partis est unio: sed hoc quod est excitari est quoddam compositum, quoniam est quoddam concretum, cuius partes sunt excitatio et subiectum excitatum. ergo causalitas erit unio formae cum subiecto. confirmatur, quia licet detur excitatio seu forma excitandi et subiectum, non dabitur excitari, donec excitatio uniatur subiecto. ergo non forma excitationis neque subiectum, sed unio est causalitas; alias daretur causalitas sine effectu formali ad quem est. ubi observa me accepisse hic excitationem pro forma excitandi, seu excitativa de se, et potente

et potente de se exitare, non pro efectu tali exitationis.

Si vero loquamur de gratia exitante, non ut precisse exitat voluntatem ergª ad conversionem, sed ut exitando producit moraliter ipsum actum conversionis, illius causalita seu illa ipsa actio voluntatis, qua producit conversionem, ad quam exitatur per gratiam... cum hoc tamen discrimine, quod rú voluntatis erit causalitas phisica, quia phisice provenit ab illa; rú gratie vero exitantis erit moralis, quia provenit moraliter solum, quamvis in sua entitate quid phisicum sit; etiam gratia e quid phisicum in sua entitate, et tamen e efectus moralis sacramentorum (in meliori sententia) autactus meritorij in coi et recepta; quia ad efectum moralem, inrone tali efectus parum curatur entitas malis, et solum atenditur mus, quo causatur, et provenit a causa. quod idem dixero de actione. sed ne tibi videatur novum quod una, et eadem actio sit phisica, et moralis rú diversarum causarum, converte oculos in gratiam, que ut nuper dicebam, habet ee efectum moralem sacramentorum, et phisicum rú divine omnipotentie dei que per illam concurrentis.

Probemus igitur causalitatem moralis gratie exitantis, qua dicitur producere efectum ee actionem cause exitate, ipsa gratia exitans non e causalitas, neque e causalitas ipsum subtum, neque e ipsa unio utriusque. ergo solum superest ut sit actio, qua voluntas, seu gratia exitata producit efectum. tunc non superesit aliud quod sit causalitas. áns pr quia ante quam gratia exitans producat moraliter efectum, dantur ea tria. ergo cum non detur causalitas ante quam sit efectus, nihil eorum e causalitas.

Denique quod e indiferens ad efectum et negationem efectus non e ultima ró, et causalitas qua producitur efectus

effectus, sed totum hoc quod est excitare est indifferens ad effectum, pro quo voluntas excitatur, et ad negationem illius. ergo nequit in eo reperiri causalitas, qua gratia excitans producit effectum ad quem excitat. —

Verum ut huic rationi demus quod iustum est, et non quod apparet, non iudico omnino esse solidam quia potest retorqueri nam ipsamet causalitas causae efficientis, quam diximus esse causalitatem moralem gratiae excitantis, est indifferens ut provenuiat a gratia, et non proveniat ergo non erit ultima ratio determinans gratiam excitantem ad operandum, atque ideo non erit ea illius causalitas. Ut autem sit indifferens, ut proveniat, vel non proveniat a gratia ex eo provenit, quod illi entitati phisicae actionis omnino extrinsecum est quod prium phisicum, et causa phisice influens moveatur ex gratia atque ideo est omnino extra illius conceptum, et non tam requiretur gratia excitans attenta indigentia actionis, quae contenta est supernaturali principio phisico, quam attenta indigentia operantis. —

Rursus probari potest praedicta assertio ex eo quod posita actione voluntatis in conditione ponatur quod gratia excitans moraliter dicatur causare, et ea sublata tollatur. ergo illa est causalitas gratiae excitantis qua moraliter dicitur causare. patet consequentia quia illa quod censetur esse causalitas qua posita causa causat, et qua sublata non causat. antecedens vero probatur nam quantumcumque gratia excitet, si voluntas cum tali excitatione non producit actum, nequit dici, quod gratia illum producat, sed quod concurrat, se applicet, et per ipsam non stet, quominus concurrat, et tamen producat, si voluntas vellet, deinde quando vero ipsa voluntas ex tali motione producit operationem dicitur gratia habere effectus illius quem moraliter produxisse. ergo. —

Sectio 15a

Colliguntur aliqua ex dictis. —

Colliguntur

Colligunt 1°. aliqui gratiam exitantem physice, et realiter causare ingenere fidei, et auxilij physice, et realiter exitare voluntatem ad bene operandum. Hoc observarunt Sessius, et alij. Probant, quia totum, quod intervenit in hoc, quod est exitari voluntatem est physicum, et reale; forma physica, subiectum physicum, et unio physica. Addunt quod gratia exitans physice inclinat, et illustrat: sed exitare nihil est aliud, quam illustrare, et inclinare: ergo si hoc posterius fit physice etiam fiet physice illud prius. Cui accedit, quod voluntas dicitur physice exitata, physice inclinata etc. Caeterum aliqui formidabunt concedere tum propter assonantiam cum physica motione, tum quia existimabunt exitationem dici per metaphoram, et similitudinem ad eam, qua quis exitatur a somno, aut cum sedebat levatur quidquid de hoc sit.

Colligitur 2° eum efficaciter exitare, qui producit unionem gratiae exitantis cum subiecto exitando. Probatur, quia efficaciter exitare est producere exitationem formalem sicut albare efficienter, et calefacere est producere dealbationem, et calefactionem formalem. atqui producere unionem gratiae exitantis cum subiecto est producere exitationem formalem, ergo qui hanc unionem efficit, exitat efficienter. Minor probatur, unio est causalitas exitandi, sicut actio causalitas agendi, ut dictum est: ergo est exitatio, sicut causalitas agendi actio. et praeterea, quia calefactio formalis est unio, qua calor unitur subiecto, illudque informat.

Colligitur 3°. hoc quod est exitare praestari a gratia independenter ab eo, quod producat moraliter effectum ad quem exitat. Probatur, quia potest esse primum sine secundo. potest etiam voluntas esse exitata, et resistere gratiae, et non ponere operationem, ut patet in iis, qui non respondent, nec convertuntur, quamvis vocentur. fuerunt quidem exitati, sed prae duritia cordis, aut sibilitate voluntatis impedierunt effectum moralem gratiae, et illam inefficacem reddidere, de quibus deus queritur Proverbiorum 1°. quia vocavi, et renuistis etc. ergo hoc, quod est exitare non pendet ab eo, quod producat moraliter effectum. unde Tridentinum

dentinus cap. 4. alibi citato, si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, et excitatum non posse dissentire si velit anathema sit.

Colligitur 4°. non valere hanc consequentiam gratia excitat voluntatem ad conversionem: ergo voluntas convertitur, valere autem gratia excitans producit moraliter conversionem: ergo voluntas convertitur, quia excitatio gratiæ ad conversionem non habet necessariam cum conversione, habet vero necessariam connexionem productio moralis conversionis, siquidem est ipsa causalitas physica voluntatis, qua libere ponit conversionem, sed cum gratiam producere moraliter conversionem pendeat ab eo, quod libere eam producat non inducit necessitatem antecedentem, sed consequentem moralis causalitas gratiæ.

Colligitur quinto auxilium eficax, ut est præveniens sua excitatione concensum liberum voluntatis non esse causam voluntatis moralem in actu secundo eiusdem concensus, quamvis sit infalibiliter, quod erit. probatur quia constituatur in actu secundo moraliter causalitas, eam per actionem liberam voluntatis, et hæc non sit præveniens, nec antecedat concensum, nequit auxilium eficax, ut prævenit excitando esse causa moralis in actu secundo eiusdem concensus. Dixi tamen, quamvis sit infalibiliter, quod erit, quoniam eo ipso, quod sit eficax in actu primo est infalibilis, quod habebit operationem, ut supra ostensum est. Sectio decima sexta in quo nostra sententia a ceteris diferat speciatim notatur.

Sectio. 16ª

In quo nostra sententia â ceteris diferat

Speciatim

Speciatim notatur.

Hoc deesse videbatur nostre sententie ad plenissimam eius intelligentiam. Licet etiam ex dictis sat etiam constare posset quod intercedat inter nostram, et cetteras sententias, nescio quid lucis, et advertentie generat individualis singulorum cum singulis collatio. Prseterquam quod non oes eo gaudent otio, ut multitudinem opinionum, quas superius numeravimus, et impugnavimus scrutentur, ut visa nostra, nunc colligant discrimen, et prospectum habeant.

Igitur, ut ab ea incipiamus, que eficaciam auxilij constituebat in phisica predeterminatione; nostra in multis ab illa difert. nam 1° difert quia illa aiebat eficaciam ee oio independentem ab usu nostre libertatis atque ideo ee prorsus prevenientem, et antecedentem libertatem; nos id negamus asserentes ee dependentem ab usu nostro libertatis, atque ideo non prevenire oio talem usum, sed illum consequi, cum supponat quod voluntas pro sua libertate non resistat tantum quantu auxilij potest.

2° difert quia illa aiebat cum vi seu eficacia quam het auxilij independenter oio a nostra libertate non posse componi oppositum. nos id negamus asserentes posse componi oppositum cum oi vi quam het auxilium independenter seu antecedenter ad oem usum nostre libertatis, neque ullum sequi absurdum, si re ipsa componatur.

3° difert quia illa aiebat vim auxilij secundum quod precedit oem usum nostre libertatis inferre infalibiliter, et entia fisice unica operationem: nos id negamus, asserentes nullo pacto id quod precedit oem usum libertatis inferre operationem, neque eo ans. unde eo entia infalibili

ibi ii valeat ad operationem, donec accedat ~~[illegible]~~ non resistentia libera non accedat modo explicato.

4° differt quia illa aiebat maiorem esse vim activam auxilij secundum quod precedit omnem usum nostre libertatis quam vim resistivam nostre voluntatis, atque ideo nec voluntati subiici quoad usum; nec tali vi posita, posse voluntatem suspendere, aut impedire operationem: nos id negamus, asserentes totam vim auxilij, secundum quod precedit omnem usum libertatis non esse maiorem sed minorem potentia voluntatis ad resistendum, seu vi resistiva voluntatis, atque ideo vim activam auxilij subiici quo ad usum voluntati, nec obstare vim auxilij esse positam, ut voluntas possit impedire, et suspendere operationem. mitto alia.

Deinde ab ea sententia, que efficaciam constituebat in predistratione morali differt 1° quia illa aiebat semper, quando datur auxilium efficax precedere omnem usum nostre libertatis quin quandam in auxilio moraliter necessitatem ad operationem, nos id negamus asserentes sepe dari auxilium efficax, quin ea necessitas moralis precedat, imo potius ingens difficultas, et impolita vincenda.

2° differt quia illa aiebat ante omnem usum nostre libertatis oppositum operationis esse moraliter impossibile, seu valde difficile: nos id negamus asserentes evenire non semel oppositum operationis esse valde facile, et moraliter possibile: imo credimus posse aliquando contingere quod sit moraliter nativum.

3° differt, quia illa aiebat voluntatis non posse moraliter componere oppositum cum vi auxilij efficacis, secundum id, quod precedit omnem usum libertatis, et valere infallibilitate morali appositione talis virtutis prevenientis ad operationem. nos id negamus asserentes posse moraliter componere oppositum cum omni vi, que prorsus prevenit usum libertatis

tatis, nec valere infallibilitate morali ad operationem ~~[illegible]~~ sed coëntiam ee ōio contingentem (si datur coëntia contingens) et moraliter fallibilem.

Praeterea ab illa, quae constituebat efficaciam in cooperatione differt 1º quia illa aiebat non dari auxilij efficax in actu 1º quod antecedat operationem; nos asserimus dari; quia licet non praeveniat oēm usum libertatis praevenit operationem, pro qua datur.

2º differt, quia illa aiebat auxilij efficax constitui in rōne efficacis per actualem operationem nos asserimus non constitui, sed ante illam iam habere suam efficaciam quae licet infallibiliter ~~per illam constituatur~~ inferat operationem, per illam non constituatur.

Insuper ab illa sententia, quae efficaciam auxilij constituebat per hoc quod conferatur sub infallibilitate scientiae conditionatae differt 1, quia illa aiebat efficaciam auxilij in statu conditionato non ee praevenientem nec dari in actu 1º: nos asserimus dari, et ee praevenientem ru operationis conditionatae, et nullum dari statum in quo efficacia non praecedat, et praeveniat actualem operationem illius status.

2º quia illa aiebat efficaciam auxilij dependere saltem in ee absoluto a scia conditionata, nos asserimus non pendere a tali scia, sed intelligi optime posse efficaciam per hoc quod heat proportionem maioris inaequalitatis potentem voluntatem minorem resistentiam, quam ē activitas auxilij. licet ~~licet~~ non sit scia conditionata.

3º differt quia illa aiebat non posse componi infallibilitatem, et efficaciam auxilij cum libertate voluntatis, seclusa scia conditionata: nos asserimus posse, et nequaquam requiri praedictam sciam ad componendam cum infallibilitate operationis, et efficaciam auxilij libertatem voluntatem

tatem libertatis.

Denique, Stabilis, quae efficaciam auxilii constituebat per hoc quod subsit decreto absoluto, et resolutorio de ponenda operatione differt 1.º quia illa aiebat tale decretum requiri ad efficaciam, et sine eo non posse auxilii haberi efficacia. nos non requirimus tale decretum, sed absque illo sentimus posse constitui, et de facto esse constitutam efficaciam.

2.º differt quia illa aiebat tale decretum non laedere libertatem, nos sentimus illam everti, nec posse stare quod Deus, dum dat auxilium, decernat efficaciter, et resolutorie operationem, et quod operatio ponatur cum libertate. sunt enim, uti diximus decreta ex natura sua et modo intrinseco tendendi absoluta, et resolutoria velut praemotiones extrinsecae physicae (et tales nonnulli Thomistae appellant) non cohaerentes cum libertate.

3.º differt, quia illa aiebat efficaciam in statu absoluta provenientem ex decreto esse omnino independentem ab usu absoluto nostrae libertatis, nec constitui per illum. nos asserimus efficaciam auxilii dependere ab usu absoluto libertatis, et per illum partialiter constitui, quia partialiter constituitur per hoc, quod voluntas libere non tantum resistat quantum auxilii potest.

Haec sunt praecipua capita in quibus discedamus ab omnibus aliis sententiis, quas supra memoravimus, et impugnavimus, alia minoris momenti, quae facile ad haec revocari possunt, consulto praetermittimus, ne in non necessariis tempus, et laborem perdamus. quaestio 12.ª discrimen auxilii efficacis a sufficienti. sectio 1.ª in quo alii constituant hoc discrimen?

Quaestio. 12.ª

Discrimen

Discrimen auxilij efficacis à Suficienti.

Sectio 1ª

In quo alij constituant hoc discrimen?

Nō auxilij suficientis in hac questione non solū venit illud quod requiritur, et suficit ad operationes, abstrahitque ab eficaci, et inefficaci, sed illud quod quod suficientia importat carentiā operationis, appellaturque ineficax. atque ideo de utroque genere loquendum erit, et videndum qua rone eficax ab illis differat. licet enim in superioribus constiterit an a suficienti, et inefficaci realiter distinguatur, nihil diximus de distinctione essali essali discrimine, et differentia, quod hoc suscipimus declarandū. —

1ª Sententia docet auxilium eficax in hoc differre a suficienti, pro ut abstrahit ab inefficaci quod suficiens nihil intrinsecum, et essale dicit in sua entitate, quod inferat infalibiliter operationem, seu eficienter phisice predeterminat voluntatem ad operandum, nec dat actu operari sed posse; nec denique e ultima actualitas actus primi et complementum pōe cum quo repugnet carentia operationis. auxilium vero eficax intrinsece, et essaliter hēt inferre infalibiliter operationem, eficientem phisice voluntatem predeterminare, dare actu operari, et ēē ultimam actualitatem actus primi ultimumque complementum pōe, cum quo repugnet componi carentiam operationis —

2ª Ab inefficaci autem dicit differre

per

per totidem, et insuper quia inefficax vltra ea, quibus diximus gaudere efficax, et carere sufficiens, licet inferre infallibiliter carentiam operationis; atque ideo efficax, et inefficax essentialiter petunt contradictoria oposita, et per suas naturas determinantur ~~ad esse~~ alterum ad esse, hoc est ad operationem, alterum ad non esse, hoc est ad carentiam operationis. ex quo luce clarius fit differre in hac sententia essentialiter auxilium efficax a sufficienti, et inefficaci. ita sentiunt Thomistae, et omnes sequaces phisicae praedeterminationis quorum aliquos retuli quaestione 6ª.

2ª Sententia docet auxilium efficax differre a sufficiente, quia importat quandam vim praevenientem, quae moraliter infert operationem, et opositum reddit moraliter impossibile; qua vi caret auxilium sufficiens. ab inefficaci autem dicit differre efficax non solum per ea quibus diximus differre a sufficienti, sed etiam quia inefficax importat carentiam operationis quae carentia moraliter est incomposibilis cum efficaci. ita doctores relati quaestione 7.ª pro morali praedeterminatione.

3ª docet auxilium efficax differre a sufficienti per meram positionem operationis, seu per meram operationis connotationem, nam auxilium sufficiens solum dicit [illegible] sufficientes, et varias ad omne nihil amplius exprimendo auxilium vero efficax easdem vires dicit, et addit actualem operationem, scilicet coniungi actualiter cum illa. ab inefficaci autem dicit distingui per hoc quod efficax dicit operationem inefficax vero negationem operationis. ita doctores memorati quaestione 5.ª

4ª docet auxilium efficax differre a sufficienti per quod quod efficax dicit conferri sub infalibilitate scientiae mediae de futuritione, seu quod conferatur in circunstantiis in quibus praevisa est sub conditione operatio;

sufficiens

sufficiens vero nihil horum dicit sed tantum dare vires sufficientes, abstrahendo ab eo, quod conferatur sub infallibilitate scientiae mediae, scilicet in iis circumstantiis, in quibus praevisa est operatio ab inefficaci autem per hoc quod efficax dicit conferri sub infallibilitate scientiae de futuritione, inefficax, vero dicit oppositum nempe conferri sub infallibilitate ~~scie~~ ~~de futuritione~~ de negatione operationis, scilicet in iis circumstantiis inquibus praevisa est sub conditione negatio operationis.

5.a docet auxilium efficax differre a sufficienti per hoc, quod efficax dicat conferri sub efficaci Dei decreto absoluto, et resolutorio de ponenda operatione, sufficiens vero id non dicat, sed solum, quod conferatur abstrahendo ab eo quod collatio fiat decreto absoluto, aut conditionato efficaci, aut inefficaci operationis ab auxilio autem inefficaci dicit distingui per hoc quod efficax dicat conferri sub decreto absoluto, et efficaci operationis, inefficax vero non, sed aut sub decreto inefficaci operationis, aut sub decreto efficaci negationis operationis.

Sectio 2.a

Discrimen auxilii efficacis a sufficienti ex propria sententia.

Existimo auxilium efficax ex suo conceptu solum distingui a sufficienti ea ratione, qua concretum accidentale distinguitur a suo recto ratione obliqui, quod importat; videlicet sicut cognitum a subiecto, quod cognoscitur, calidum a subiecto, quod calefit etc. quoniam arbitror hoc concretum auxilium efficax esse accidentale in recto importans entitatem

entitatem auxilij sufficientis, et in obliquo efficaciam, tanquam formã, unde cum distinctio, quam concretum accidentale habet a suo recto rone obliqui sit accidentalis distinctio, quam hêt auxilium efficax a sufficienti erit accidentalis.

Ut hoc firmemus tria mihi probanda sunt, 1um quod hoc concretum auxilium efficax sit accidentale: 2um quod in recto importat auxilium sufficiens: 3um quod solum differat obliquum, et quantum attinet ad 1um probatur, quia denominatio efficientis potest abesse, et adesse ab auxilio, cum pro libertate voluntatis possit idem auxilium ẽẽ efficax (si non tantum ei resistat, quantum ipsum potest) et inefficax si plus resistat, quam auxilium potest, imo evenire potest, quod nunc consentiat cui antea resistebat, et sic hêat efficaciam, quod prius illa carebat.

Deinde probatur hoc ipsum, quia illud concretum dicitur accidentale, quod importat frãm accidentalem subto denominato, seu cuius frã accidit subto recipienti denominationem, ita se hêt hoc concretum auxilium efficax: ergo ẽ accidentale. maior videtur certa, cum alio ex cap. dicatur, accidentalia hæc concreta, cognitum album, quantum frigidum dulce etc. minorem probo, quia efficacia ẽ accidentalis auxilio rone negationis æqualis, aut maioris resistentiæ, quemadmodum dicimus actui ẽẽ accidentalem veritatem rone unius partis, nempe obiecti, ita se habentis, sicut enuntiatur. deinde auxilio, quod denominatur efficax accidit, quod sit efficax, cum ostensum fuerit auxilium sufficiens ẽẽ de se indifferens, ut coniungatur cum efficacia, l. non coniungatur, ut denominetur efficax, et inefficax.

Denique hæc prædicatio auxilium ẽ auxilium efficax, esset falsa, si hoc concretum auxilium efficax non esset concretum accidentale:

accidentale: ē autem vera: ergo ē concretum accidentale: probatur maior, quia si non esset accidentale, sed essentiale, utraque prorsus prædicaretur essentialiter de auxilio, quod in tali propositione ē subtum, atque ideo prædicaretur, quod eficacia sit de entitate, et essentia auxilij, quod falsissimum ē.

Quantum vero atinet ad 2um etiam pr, quia id importatur in recto ab auxilio eficaci, cui advenit eficacia, sed eficacia advenit auxilio suficienti: ergo importatur in recto auxilium suficiens; minor probatur, quia auxilium suficiens ē, quid indiferens, ut quasi contrahatur per eficaciam, et ineficaciam, atque ideo indiferens, ut ei hæc, aut illa adveniat. Pr. 2º quia quod ē subtum denominationis eficacis importatur in recto ab hoc concreto auxilium eficax, sicut quod ē subtum denominationis albi importatur in recto â concreto albo: sed subiectum denominationis eficacis ē auxilium suficiens ergo auxilium suficiens importatur in recto ab hoc concreto auxilium eficax. minor pr, quia nihil præter eficaciam importatur ab auxilio eficaci, nisi auxilium suficiens: ergo nihil ē, quod possit ēē subtum denominationis eficacis, nisi auxilium suficiens.

Pr. 3º quando auxilio suficienti voluntas non tantum resistit, quantum auxilium potest de auxilio suficienti dicitur cum veritate, quod sit eficax, et quod hēat eficaciam, siquidem dicitur cum veritate, quod hēat congruitatem, et proportionem maioris inæqualitatis: ergo auxilium suficiens importatur in recto ab auxilio eficaci, probo consequentiam, quia id importatur in recto ab aliquo concreto cuius identitas atenditur in prædicatione, at in hac prædicatione, quæ vera est auxilium suficiens, quando voluntas non tantum resistit quantum ipsum potest ē eficax, seu habet eficaciam atenditur identitas

identitas cum auxilio sufficienti, siquidem illius identitas attenditur de quo praedicatur concretum; praedicatur autem, quod sit auxilium efficax de sufficienti, et cum dicimus an vera sit propositio, seu praedicatio, attendimus, an auxilium sufficiens sit tunc illud ipsum, quod habet efficaciam, seu idem ac habens efficaciam. confirmatur, quia tunc in illa praedicatione praedicatur identitas recti auxilij efficacis de aliquo; sed non est aliud de quo praedicetur nisi auxilium sufficiens: ergo rectum auxilij efficacis praedicatur de auxilio sufficienti, quod est auxilium sufficiens esse rectum huius concreti auxilium efficax quod tunc praedicatur.

Denique quantum atinet ad 3um. facile probatur, 1o. quia auxilium efficax solum differt a sufficienti per efficaciam; sed efficacia est obliquum (siquidem non identificatur cum entitate auxilij, neque attenditur illius identitas ad veritatem enuntiationis, quando de aliquo auxilio praedicatur, quod sit efficax, nec est habens sed forma habita) et auxilium sufficiens, utiam ostendi est rectum. ergo auxilium efficax, solum differt a sufficienti per obliquum. 2o. quia solum differt per id, quod addit supra auxilium sufficiens, sed supra auxilium sufficiens solum addit efficaciam, quae est obliquum: ergo solum differt a sufficienti per obliquum. 3o, quia idem auxilium, ut ostendi potest subire denominationes sufficientis, et efficacis; non autem posset utramque subire, si differret rectum, et non solum obliquum: ergo auxilium efficax solum differt a sufficienti per obliquum.

Haec quae dixi de differentia auxilij efficacis a sufficienti dicta etiam volo de differentia auxilij inefficacis a sufficienti. est enim eadem difficultas, et ratio discurrendi, nam sicut auxilium efficax est concretum accidentale importans in recto auxilium sufficiens, et in obliquo efficaciam, ita auxilium inefficax est concretum importans in recto auxilium sufficiens (non enim loquimur de inefficaci

ficaci ex insufficientia) et in obliquo inefficaciam, et rone huius auxilium inefficax distinguitur a sufficienti.

Sectio. 3.a

Discrimen auxilij efficacis ab inefficacis.

Diximus qualiter differant auxilium efficax, et sufficiens, restat videamus qualiter differant efficax, et inefficax (quod aliqui appellant pure sufficiens) et cum constet ex sectione praecedenti, auxilium efficax, et inefficax esse concreta accidentalia, quae in recto important auxilium sufficiens, et in obliquo efficaciam, et inefficaciam, tanquam formas denominationum, resolutio me iudice facillima est.

Dico 1.o auxilium efficax, et inefficax per se loquendo solum differunt accidentaliter, nec eo ipso quod talia sint distinguuntur essentialiter. Pr primo haec conclusio concreta accidentalia, quando solum differunt rone formarum differunt tantum accidentaliter: sed auxilium efficax, et inefficax sunt concreta accidentalia, et per se loquendo solum differunt rone formarum. ergo per se loquendo solum differunt accidentaliter. maior ex eo patet, quod ea differant accidentaliter, quae differunt per formas accidentales. Minorem probo ex dictis sectione praecedenti, et consequentia liquet.

Pr secundo impossibile est quod idem sit aliud essentialiter, quam semel est, sed auxilium, quod est inefficax potest esse efficax. ergo quod sit efficax, non est illi aliud essentiale sed accidentale, atque ideo efficax, et inefficax discernit solum accidentaliter. Maior patet, quia essentiae rerum sunt invariabiles.

mino

minor pr, quia auxilium, quod voluntate nimis resistente é ineficax, si parum resistat fiet eficax: atqui potest, cui resistit postea non resistere, vel parum resistere: ergo quod é ineficax potest fieri eficax.

Pr. 3° non plus diferunt auxilium eficax, et ineficax, per se loquendo, quam album, et nigrum etta alia: sed hec concreta diferunt solum accidentaliter: ergo auxilium eficax, et ineficax per se loquendo diferunt solum accidentaliter. Minor é certa apud oes, aut ee debet. Maior pr, quia oia sunt concreta accidentalia, et important fras incompatibiles.

Pr. 4° quia sicut concreta non distinguuntur realiter, nisi distinguatur rectum; ita non distinguitur essentialiter, nisi difiant essentialiter essentialiter rectum; sed rectum concreti auxilij eficacis per se loquendo non difert essentialiter a recto concreti auxilij ineficacis. ergo per se loquendo auxilium eficax, et ineficax non diferunt essentialiter, sed solum accidentaliter. maior, et minor probande sunt, et inprimis maior, quia solum predicatur identitas inter rectum subti, et recty predicati. et preterea quia se eas requirerent predicari, cum veritate album = de dulci, et dulce de frigido, si suficeret distinctio obliqui ad concretorum distinctionem, et non requireretur realis distinctio recti, ac denique quia multiplicatio concretory, vt alibi dixi solum desumitur ex multiplicitate recti.

Minor etiam, quia idem auxiliu in his circunstantijs, vbi voluntas minus resistit, é eficax, et in alijs, vbi plus resistit é ineficax. ac rursus, quia auxilia eiusdem speciei collata diversis sortiuntur inequales denominationes, alterum eficacis, alterum ineficacis.

Dico 2° per accidens loquendo contingere potest, quod auxilium eficax distinguatur essentia-liter

liter ab inefficaci. Pr, quia contingere potest, quod efficax includat rectum essentialiter distinctum (puta illustrationes, et inspirationes diversorum motivorum in specie) sed quando rectum unius essentialiter distinguitur â recto alterius, essentialiter distinguitur: ergo contingere potest, per accidens loquendo, quod auxilium efficax distinguatur essentialiter ab inefficaci.

Dixi per accidens loquendo, quia cum auxilium efficax ex conceptu efficacis id non petat, sed salvari possit tota efficacia, et conceptus efficacis absque ea distinctione, ut visum é, non per se hét (quando hét) sed per accidens ei contingit quantum atinet ad conceptum præcisum efficacis (quidquid sit an per se heát ex conceptu differentiali talis efficacis) quemadmodum diximus unum cognitum, per se loquendo non distingui essentialiter ab alio, quia ut sint cognita non petitur essentialis distinctio, quamvis contingere possit per accidens, quod distinguantur essentialiter, ut vere distinguuntur deus cognitus, et equus cognitus.

Sectio 4.ª

Solvuntur obta adversus proxime dicta.

Si semel expediamus, quæ adversus proxime dicta possunt obijci, facille quisque solvet, quæ militant adversus dicta quæs. 1.ª 2.ª cum vel faciliora sint, vel similia. Igitur 1º obijcitur, ea distinguuntur essentialiter, et non tantum accidentaliter, quorum unum claudit aliquod prædicatum essentialiter distinctum, quod non claudit alterum, et è contra. Ita se hent auxilium efficax, et inefficax: ergo distinguuntur essentialiter, et non tantum accidentaliter. Maior ex eo constat, quia non aliunde hó distinguitur

tinguitur essaliter ab equo, nisi, quia claudit aliquod prædicatum essaliter distinctum, videlicet rationale, quod non claudit equus, et è contra. Minor probatur, quia auxilium eficax claudit eficaciam, quæ non clauditur in auxilio inefficaci, et essentialiter distinguitur ab inefficacia, quam claudit auxilium eficax.

Rtur 1.º hoc argutum carere vi, si loquamur de entitate auxilij, quæ denoatur eficax, aut ineficax, quia illa non claudit essaliter eficaciam, aut ineficaciam, sed accidentaliter ei adveniunt: ad distinctionem autem essentialem, non satis est, quod formæ distinguantur essentialiter inter se, sed requiritur etiam, quod sint de conceptu essali, et quidditativo rei, alias Petrus dum est albus distingueretur essaliter a Petro dum est frigidus.

Rtur 2.º distinguendo maiorem ea distinguuntur essaliter, quorum unum claudit in recto aliquod prædicatum essaliter distinctum, quod non claudit in recto aliud, concedo maiorem; quorum unum claudit in obliquo aliquod prædicatum, quod in obliquo non claudit aliud, nego maiorem. Distinguo similiter minorem, auxilium eficax claudit in obliquo aliquod prædicatum essaliter distinctum, quod non claudit in obliquo inefficax concedo minorem: claudit in recto, nego minorem, et simul consequentiam. Nam sicut ad distinctionem realem concretorum requiritur, quod distinctio realis exerceatur in rectis, et non satis est, quod exerceatur in obliquis; ita ad distinctionem essentialem eorundem requiritur, quod differentia, et distinctio essalis exerceatur in rectis, et non sufficit, quod exerceatur in formis obliquis. Cuius ea est ratio, quia id res est, quod in recto est, non quod est in obliquo, et ideo Petrus est albus, quia in recto est habens albedinem, non vero

est hens

ē hens, et simul albedo, quia albedo importatur in obliquo, et res non ē id, quod in obliquo afert. Unde quamvis auxilium eficax importet eficaciam, quę essaliter distinguitur ab ineficacia, quam importat ineficax, non distinguitur essentialiter ab auxilio ineficaci, quia cum importet eficaciam in obliquo non ē etiam partialiter eficacia (alias iam illam importaret in recto) sed habens illam, et consequenter, neque ē id, quod essentialiter distinguitur, nec essentialiter distinctum.

Dices: ergo concreta album, et nigrum, calidus, et frigidum, amarum, et dulce, non distinguuntur essentialiter, quod videtur absurdum. Resp. ēē album, et ēē nigrum, ēē calidum, et ēē frigidum, ēē amarum, et ēē dulce distingui essentialiter, quia sic important in recto prędicata essentialiter distincta: at album, et nigrum etc. sumpta, ut dici solet, specificative, seu denominative, non distingui essaliter, nisi forsam contingat (quod non exigitur ad conceptum albi, et nigri etc.) ipsa habentia, quę importantur in recto essaliter distingui.

Obijcitur 2º ea distinguuntur essaliter, et non tantum accidentaliter, quę connectuntur cum terminis essaliter diversis, et contradictorie oppositis, ita se hent auxilium eficax, et ineficax: ergo distinguuntur essaliter. Minor patet, quia auxilium eficax connectitur essentialiter cum operatione, et ineficax cum negatione operationis, quę sunt termini essaliter distincti, et contradictorie oppositi. Maior pr, quia connectio ē essalis rei, et diversitas essalis conectionum desumitur ex distinctione essali terminorum, et conexio essalis cum termino petat ēē cum illo, et impossibile sit simul ēē cum duplici contradictorio, implicat, quod conexio essalis, quę ē ad unum contradictorium sit essaliter ad aliud.

Resp. ita

Resp.r, ita esse sicut maior ait, quando respiciunt suas essentias, et non aliunde habent, quod connectantur. at negamus, quod auxilium, cui advenit denominatio essentialis, habeant per suam essentiam connectionem cum operatione, aut auxilium, cui advenit inefficacia, habeant connectionem per suam essentiam cum negatione operationis. — Habent connecti non praecisse per suas entitates, sed per consortium cum formis obliquis, quae entitatibus auxilij efficacis, et inefficacis accidentales habent, seu accidentaliter adveniunt, ut supra dictum est, hoc libenter concedam, quod ipsa efficacia, et inefficacia, seu ipsum esse efficax, et ipsum esse inefficax distinguantur essentialiter, quia tam efficacia, et esse inefficax, quam efficacia, et ipsum esse inefficax connectuntur essentialiter cum terminis, atque ideo in illis habet locum doctrina obiectionis, sed hinc nihil infertur contra nos. —

Objicitur 3° composita ea ratione distinguuntur inter se, qua distinguuntur partes: sed auxilium efficax, et inefficax sunt quaedam composita ex subiecto, et forma ex habente, et ex forma habita. ergo ea ratione distinguuntur, qua partes, quibus constant. sed partes, quibus constant distinguuntur essentialiter, quandoquidem alterum constat efficacia, alterum inefficacia, quae essentialiter distinguuntur: ergo auxilium efficax, et inefficax essentialiter distinguuntur. —

Resp.r distinguendo maiorem ea ratione distinguuntur inter se, qua partes, quibus constant in recto concedo maiorem, qua partes, quibus constant in obliquo nego maiorem. ob rationem dictam distinguo etiam minorem: sed partes quibus constant in obliquo distinguuntur essentialiter concedo minorem, quibus constant in recto, nego minorem, et deinde consequentiam. —

quaestio 13a

Quæstio 13.a

An auxilium efficax sit necessarium ad actualem operationem?

Sectio 1.a

Non nulla præmittuntur et referuntur sententiæ.

Præmittendum 1.º non esse sermonem de auxilio eficaci prout dicit vires abundantissimas ultra suficientes. debet enim apud omnes esse certum non requiri eiusmodi auxilium eficax, quam experentia constat non semper, qui operatur, et gratiæ respondet sentire tantas vires in auxilio, sed sæpe cum moderata suasione gratiæ impetrari concentum, et operationem.

Præmittendum 2.º sermonem esse de operationibus, quæ auxilio divinæ gratiæ indigent, nec absque illo esse possunt, solumque controvertimus an satis sit dari suficiens, ut actu fiant, vel ulterius requiratur eficax ad actualem efectionem, esto non requiratur ad posse, seu ut possint fieri, quia id præstat auxilium suficiens.

Præmittendum 3.º a me hic non disputari, an auxilium eficax requiratur ex parte actus primi, an ex parte actus secundi, an necessitate antecedenti? an consequente? an atenta indigentia efectus? an atenta perfectione

fectione causæ (id enim discutiemus quæstione sequenti) sed absolute, an requiratur auxilium eficax præscindendo a modo, et genere, quo requiritur.

His præmissis docet 1ª sententia auxilium eficax requiri ad actualem operationem. ita ex nostris Monsens in suis disputationibus Theologicis, dispª 6. capª 5. Tannenus tomo 2. dispª 6ª de gratia quæstione 2ª dubio 5º nº 94. Valencia tomo 2º. disputatione 8ª. quæstione 3ª. puncto 4. §. 2. propositione 3ª. et ex alienis Pennotus in propugnaculo humanæ libertatis libº. 9º. capª 5. nº 3. idemque docuerat libro 1º capª 29º. nº. 3. Hulmerus Guichieus non semel libº. 1º. de libertate creaturæ, Alvarez libº. 8. de auxilijs dispª 58ª. sectione 3ª. nº. 35. Bega in Tridentino libº. 6º. capª 6º. Sotus de natura, et gratia capª 16. Banes, Navarrete, et plures alij, precertim ex Thomistis.

2ª sententia docet non requiri ita Pater Martinez Brezelus libº. 5. de conscientia, capª 13º. nº. 109. 110, et 111º. Herice 1ª parte dispª 23ª. capª 8. nº. 88. Lessius in opusculo de gratia eficaci capª 7. Molina in concordia quæstione 14ª. articulo 13º. dispª 39º. et quæstione 23ª. articulo 4º. et 5º. dispª 1ª membro 6. versu certe, et præterea, Suarez libº. 3. de auxilijs capª 8. Petrus a Sto. Joseph de suavi concordia dispª 2ª. sectione 2ª. et nonnulli alij.

Vides in hac parte autores societatis esse divisos, sed vt verum fatear maiori ex parte, rissam generat quæstio de nobis, quod non assero de alijs, inter nostros, et tomistas quæstio est de re, et de re gravissima, vt facille constare potest ex dictis adversus auxilium physice præmovens, precertim quoad eversionem libertatis.

Sectio. 2ª.

requiri

Requiri auxilium efficax ad actualem operationem.

Convenio in hac conclusione, cum 1.a sententia, et contradico, 2.æ rones autem, quibus a dita sentiendum, moveor efficaciores, et graviores sunt, præcertim in 1.is quas supra ieci, 1.a Vt detur actualis operatio, narium é, quod activitas auxilij sit maior, quam resistentia actualis voluntatis; sed activitatem auxilij esse maiorem, quam resistentiam voluntatis, é auxilium esse eficax: ergo vt detur actualis operatio narium é auxilium eficax. Minor ex dictis constat. Probatur maior; quia hoc é de rone generali cuiusquunque agentis requirere ad actualiter operandum, quod activitas eorum superet resistentiam, sive contrarij, sive alterius renitentis, vt cernere é in qualitatibus, in conantibus trahere pondus, aut alios pellere etta. Deinde quia si activitas auxilij non sit maior, quam resistentia, non fiet operatio, alias convinceretur fuisse maiorem, siquidem vicit: ergo vt detur actualis operatio, narium é, quod activitas auxilij sit maior, quam resistentia voluntatis.

2.a imposse é, actualiter fieri operationem, et non provenire a propotione maioris inæqualitatis: ergo requiritur proportio maioris inæqualitatis ad actualem operationem: sed proportio maioris inæqualitatis in auxilio é congruitas, et eficacia: ergo imposse é, fieri actualiter operationem, nisi detur in auxilio congruitas, et eficacia. ergo requiritur congruitas, et eficacia in auxilio, et consequenter é necessarium auxilium eficax.

3.a imposse é voluntatem actu operari, nisi auxilium vincat (si enim vincatur, non ~~fiet~~ fiet operatio, nam eo ipso

erit

erit auxilium inefficax, de cuius conceptu ē carere operatione) sed auxilium vincere ē ēē efficax: ergo impossibile ē voluntatem actu operari, nisi auxilium sit efficax, atque ideo requiritur auxilium efficax.

4a id requiritur sine quo res non potest ēē, sed operatio non potest actu ēē, nisi detur auxilium efficax: ergo ut actu sit operatio requiritur auxilium efficax. Minor probatur, quia si potest, ~~quia si potest ēē~~ actu ēē operatio sine auxilio efficaci, da quod actu sit, nam possibili posito ī ēē nullum sequitur impossibile, aut inconveniens: tunc sic: datur actualiter, et non datur auxilium efficax: ergo datur actualiter operatio, et auxilium ē congruum? non sortitur effectum? non hēt proportionem maioris inequalitatis, quod ē impossibile, cum valeat bene voluntas operatur supernaliter: ergo auxilium, quo operatur ē congruum, sortitur effectum, hēt proportionem maioris inequalitatis. Si autem neges, quod detur actualiter operatio, et quod auxilium non sit congruum, aut non sortiatur effectum etc. Profecto das, quod detur auxilium efficax, siquidem idem ē ēē congruum, ac ēē efficax. atque ideo destruis suppositum, in quo supposuimus dari actualem operationem sine auxilio efficaci.

Addere posset aliquis id requiri ad existentiam, seu productionem rei, cum existentia, seu productio rei connectitur: sed existentia operationis, aut illius productio connectitur cum auxilio efficaci: ergo auxilium efficax requiritur ad existentiam operationis, seu ad illius productionem. maior probari potest; tum quia ab eo dependet cum quo connectitur; tum etiam, quia ideo requiritur ad respectum transcendentalem trius, quia cum illo connectitur, et ad actum intellectus, seu visionis obiectum, quia habet connectionem cum illo. minorem id

id ostendit, quod valeat ab existentiam operationis supernaturalis, quam voluntas ellicit ex auxilio dei, ad eficaciam auxilij, seu ad auxilium eficax, non autem valeret, si non habet connectionem.

Denique addet alius, quod plus requiratur ad actu operandum, quam ad posse, cum ad posse non requiratur actio, requiratur vero ad actualiter operandum: sed id quod non requiritur ad posse, et requiritur ad actualiter operandum facit auxilium esse eficax, aut illud supponit: ergo ad actualiter operandum requiritur auxilium eficax. minorem probabit, quia coniungi auxilium cum actione, reddit illud eficax, l. infertur ex illo, ut eficaci.

Sectio. 3ª

Argumentis in oppositum satisfit.

Obijcitur 1º si auxilium eficax requireretur ad actualem operationem non daretur auxilium sufficiens ad actualiter operandum in ijs, qui non operantur; atque ideo, nec pecarent in non operando, nec per ipsos stare, quominus operarentur, nec plura opera possent facere, quam re ipsa fecerunt, quae sunt absurda, et alia nos ea intulimus supra adversus physicam praemotionem. sequi vero probatur, quia illud non est auxilium sufficiens, ultra quod requiritur aliud: sed per nos in ijs, qui non convertuntur aut operantur, requiritur aliud auxilium, ultra illud, quod habuerunt, videlicet eficax ergo in ijs non daretur auxilium sufficiens. sine sufficienti autem, nec operari quis potest, nec per eum stat, qui non operatur, sed per illum, qui negavit auxilium sufficiens ad operandum: nec item plura possunt fieri, quam ea ad quae datur auxilium

auxilium sufficiens.

Resp. 1° negando sequelam ad probationem distinguo maiorem, illud et auxilium sufficiens ultra quod ex parte actus primi antecedentis usum libertatis, non requiritur aliud, concedo maiorem, ultra quod ex parte actus secundi dependentis ab usu libertatis nego maiorem. Sicut enim actio, et concursus simultaneus non datur in iis, qui non operantur, et tamen datur auxilium sufficiens, quamvis actio, et concursus simultaneus requirantur secundum omnes, ad actualem operationem, quia non requiruntur ex parte actus primi antecedentis usum libertatis, sed ex parte actus 2.i dependentis ab usu libertatis. ita licet requiratur auxilium efficax ad actualem operationem, non sequitur, quod careant auxilio sufficienti, qui illo carent, quando non operantur.

Resp. 2° negando rursus sequelam ad probationem distinguo maiorem; ultra quod non requiritur aliud in genere auxilii; concedo maiorem, non in genere auxilii, sed in alio genere, nego maiorem. in auxilio efficaci duo dantur, et virtus activa auxilii; et quod voluntas non tantum resistat, quantum virtus auxilii potest. 1um est in linea auxilii, 2um non, sed adiungitur ex libera determinatione voluntatis. et inde resurgit efficacia, quod autem tollit rationem auxilii sufficientis non est, quod voluntas pro suo arbitrio non ponit, sed quod in linea auxilii deus tollit, et hoc non contingit in carente auxilio efficaci, quamvis careat, eo quod a voluntate ponendum est, et requiritur ad actualiter operandum, quod ponat.

Obiicitur 2°. Sequitur neminem posse converti, nisi qui re ipsa convertitur; neminem posse bene operari, nisi, qui re ipsa operatur; neminem posse salvari, nisi qui re ipsa salvatur. Probatur, quia nemo potest converti sine requisito

requisito ad actualem conversionem; nemo potest bene operari, aut salvari sine requisito ad bonam operationem, et salvationem atqui solum ij, qui de facto convertuntur, bene operantur, et salvantur, habent auxilium efficax, quod requiritur ad conversionem, bonam operationem, et salvationem: ergo ij solum, et nemo alius, potest converti; bene operari, et salvari.

Resp. 1° retorquendo argumentum in orum sententia asserente actionem requiri ad actualem operationem: argumentor sic: nemo potest actu ponere operationem sine requisito ad illam, sed requisitum ad illam é actio ergo nemo potest ponere actu operationem sine actione. ergo solum ij, qui de facto habent actionem possunt ponere actu operationem. Pr. consequentia, quia solum ij habent requisitum ad ponendam actu operationem.

Resp. 2° negando sequelam ad probationem distinguo maiorem, nemo potest converti sine requisito ad conversionem, idé, nemo habet potam ad actualem conversionem antequam detur, v. cum datur requisitum ad actualem conversionem, nego maiorem (nam antequam detur, et cum non datur actio, quę é requisitum ad actualem operationem, datur absolute, et simpliciter pot.a ad illam) nemo potest converti; idé nemo habet potentiam ad ponendam conversionem sine requisito ad illam actualiter ponendam, seu ad faciendum, ut ponatur actualis conversio sine requisito ad actualiter illam ponendam, concedo maiorem. Aliud é, sine tali requisito non hére potam ad conversionem, aliud non hére potam ad ponendam conversionem, sine tali requisito. 1um é falsum 2um verum. aio igitur eos, qui non convertuntur posse converti, quia hent absolute, et simpliciter potentiam, ut convertantur (quamvis non heant potam, ut convertantur sine requisito ad actualem

ad actualem operationem] quod diximus esse auxilium efficax:~

Respondetur adhuc 3°. negando sequelam, et deinde distinguendo maiorem: nemo potest converti sine requisito, quod nec datur, nec est in illius potestate, quod detur concedo maiorem; quod licet tunc non detur, est tamen in illius potestate, quod detur; nego maiorem. Supposito autem auxilio sufficienti in nostra potestate est illius efficacia, cum per nos stet, quominus efficax sit, siquidem ideo non est efficax, quia ei constanter resistimus, atque ideo licet actu non detur, quando non convertimur, absolute possumus converti, quia absolute possumus facere, quod detur. Scio alios distinguere illud: nemo potest converti sine requisito ad actualem conversionem, et concedere de impossibilitate consequenti, ac negare de impossibilitate antecedenti.

Obijcies 3°. frustra deus daret omnia alia auxilia praevenientia, si non daret efficax; scit enim deus hoc requiri ad actualem conversionem, et eo non dato conversionem non esse ponendam. Respondetur 1° retorquendo argumentum frustra deus daret omnia alia auxilia praevenientia, nisi daret concursum simultaneum, scit enim deus hunc requiri ad actualem conversionem, et eo non dato conversionem non esse ponendam. Respondetur 2° negando assumptum, dando enim omnia praevenientia dat voluntati, quod possit converti, quod in illius potestate libera sit conversio; et quod per illam stet, quod non convertatur, quia cum auxilijs praevenientibus habet in sua libera potestate cetera, quae ad actualem conversionem requiruntur, et consequenter, quod auxilium sit efficax, culpaque illius est, quod non sit efficax.

Sectio 4.ª

Alia argumenta ex sacra Scriptura concilijs, et patribus deducta.

Rursus

Rursus obijciunt 1°. deus nil debuit ultra facere, ut convertamur, quam re ipsa fecit iuxta illud Isaiæ 5. quid e, quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci? at deberet ultra facere, si requireretur, ut actu convertamur, auxilium eficax, nam deberet illud dare, cum debeat dare omnia requisita ad conversionem. ergo dicendum e non requiri auxilium eficax. Resp. deum nil ultra debuisse facere, atque ideo concedimus maiorem, negamus tamen minorem, quia deus non debuit dare auxilium eficax, sed sufficiens, ut si vellemus non resistere illud redderamus eficax, et culpa nostra sit, quod illud carlat eficacia, et nos requisito aliquo ad operationem, quod in nostra potestate erat.

Obijciunt 2°. deus hominem desereret, antequam desereretur ab hoe contra Tridentinum sessione 6a. de iustificatione cap. 11°. prt, quia deus denegaret auxilium eficax ex cuius denegatione sequitur, quod ho pecando, aut non operando desereret deum, si enim deus non desereret negando illud requisitum ad actu operandum, et vitanda pecata, ho illum non desereret pecando, et non operando.

Resp. negando sequi, quia prius e hom resistere divinæ gratiæ, et sua resistentia impedire, quod auxilium sit eficax, quam quod deus se retrahat, ut ita loquar, ne cum illo concurrat ad actualem operationem, si enim gratiæ sufficienti, quam deus misit, ho non resisteret; divina gratia esset eficax, deusque ulterius progrederetur adiuvando, et cooperando ad actualem operationem, atque ideo culpa hois fuit, quod deus ibi sisteret, hominemque desereret.

Obijciunt 3°. auxilium, quod requiritur, ut publicanus fiat evangelista, ut blasphemus fiat apostolus, ut latro eficiatur colonus paradisi, et ut malus dominum adoret, post tradet

omnibus,

cibus, iuxta illud apocalipsis 3°. ego sto ad ostium, et pulso, siquis mihi aperuerit intrabo. et iuxta alia S.tus Chrisostomus homilia 14. (quæ in capite latino é de conversione Mathei; in tomo autem 6°. græco latino inscribitur sermo in dimissione cananeæ) ubi sic hét; liberi arbitrij nos creavit deus, ut voluntatem nostram cum adiutorio dei, quod volumus faciamus. si publicanus es, potens fieri Evangelista. si blasfemus es, potens fieri apostolus. si latro es, potens paradisi colonus effici. si malus es, potens dominum adorare. nec est ulla malitia, quæ pœnitentia non solvatur, et ideo tanquam principia malignitatum ellegit Christus, ut ~~nullum~~ nemo usque in finem se ipsum despiciat. noli mihi dicere perij, quia iam medicum habes fortiorem te, et potentiorem, quæ infirmitas tua est; medicum habes voluntatem tuam, si volueris, emendantem, et potentem, et cupientem. atqui non est omnibus præsto auxilium eficax, alias omnes converterentur, et de publicanis fierent evangelistæ, de blasfemis apostoli ettª. : ergo auxilium eficax non requiritur ad eas conversiones.

Respondetur 1°. omnibus præsto esse auxilia requisita ad illas conversiones, si per voluntatem non stet; atque ideo præsto esse eficaciam, si voluntas pro sua libertate non resistat tantum, quantum auxilium potest, ea autem plus resistente, quam é activitas in gratia, non dantur auxilia eficacia, non quia parata non sint, sed quia voluntas se impedit renittendo, et resistendo, quemadmodum præsto é concursus simultaneus, et concomitans ex parte dei, si voluntas eo uti, aut cooperari vellit; et ea nolente non datur concursus, qui præsto erat. nam aliud é rem dari, aliud præsto esse, ut detur potestque unum ab altero separari.

Respondetur 2°.

Resp. 2°. auxilium requisitum in linea auxilij, et secundum id quod se tenet ex parte principij, est conferendum a Deo presto esse omnibus ad predictas conversiones. non vero quoad id, quod non est in linea auxilij, nec se tenet ex parte principij, nec est conferendum a Deo, sed ponendum libere a voluntate. cum autem in auxilio efficaci sint duo, et virtus activa, quam Deus confert, et non tanta resistentia, quam voluntas adhibet, non debet omnibus presto esse auxilium efficax, ut tale, seu secundum utramque partem; sed tantum secundum 1am, quia illa sola est in linea auxilij, illa sola se tenet ex parte principij, et illa sola conferenda est â Deo. alia argumenta hic fieri solent precertim de sumpta ex violatione libertatis, que consulto pretermitto quoniam questione sequenti commodius expedientur.

Questio 14.a

Quomodo auxilium efficax requiratur.

Sectio 1.a

Aliorum placita refferuntur.

Vidimus questione precedente auxilium efficax requiri ad actualem operationem, ad huc tamen non constat, quomodo, aut qualiter requiratur, an videlicet in actu 1°. an in actu 2°. an preveniente, an consequenter? an ex indigentia effectus, an ex modo perfecto operandi cause, id quod hic discutiendum est. nam varie sentiunt, et loquuntur doctores. alij enim dicunt auxilium efficax in actu 1°. requiri omnino antecedenter ad usum libertatis, ita ut dari, et esse debeat in voluntate, prius quam ipsa quidquam libere exerceat, et independenter ab omni illius

illius vsu libero, sive conditionato, sive absoluto. ita Thomistę, et universi, qui auxilium per motus docuerunt, iam eos referri non opus e iterum commemorare.

Alij dicunt requiri auxilium eficax in actu 1.º non antecedenter ad omnem usum libertatis, sed antecedenter ad usum absolutum, et post usum conditionatum. unde censent auxilium eficax in actu 1.º requiri, ut quod independens ab omni exercitio libertatis absoluto, dependens vero a conditionato. ita multi ex nostris, qui eficaciam constituunt in eo quod conferatur auxilium suficiens sub infalibilitate scientię medię, aut futuritionis conditionatę.

Alij dicunt auxilium eficax in actu 1.º requiri atenta ~~ratione~~ indigentia efectus, propterea quod efectus illo ex se indigeat, sicut indiget ex parte principij, virtute activa suficiente, quod per certim docent premotores, quam afirmant requiri ex conceptu rei creatę, et ex subordinatione essentiali causę 2ę ad 1am; et prter ipsos alij.

E contra plures dicunt auxilium eficax in actu 1.º non requiri atenta indigentia efectus, sed atenta perfectione causę nempe dei, quem dedecet, caeco modo procedere, esse suspensum, aut frustrari fine, quem intendit: atque ideo, ut certo procedat, et infalibiliter consequatur efectum, quem intendit, requiritur auxilium eficax. quod si prescinderemus modum perfectum operandi dei, et solum atenderemus, id quod efectus ex se, et ex propria indigentia requirit, haut foret eius modi auxilium, optime enim posset sine illo poni efectus. ita plures ex nostris.

Denique alij dicunt auxilium eficax, quod requiritur non e in actu 1.º nec per veniens, sed in actu 2.º et consequens, atque ideo, neque atenta indigentia efectus,

neque

effectus, neque attenta perfectione causæ, seu modo operandi Dei, requiritur quod ante actualem operationem præcedat auxilium efficax, illud vel Deus immittat; sed immisso sufficienti voluntatem per se ipsam determinari ad operationem, per quam iam efficax. et cum sit impossibile, quod fiat operatio, et auxilium non fiat efficax dicunt hij requiri auxilium efficax ad operationem, quatenus necessarium est, quod si detur operatio illud detur, nec fieri possit, quod operatio determinet, non detur auxilium efficax, sicut est impossibile, quod detur effectus, et non actio, ita multi ex nostris.

Sectio. 2.a

Auxilium efficax, quod in actu 1.o præveniat omnem usum libertatis non requiritur ad actualem operationem.

Dissentio in hac conclusione 1.æ sententiæ, et convenio ex parte cum 2.a dico ex parte, quia cum duas contineat, videlicet, quod non præveniat usum conditionatum, et quod omnino præveniat absolutum, quoad hanc posteriorem non placet, quia cohærere non potest cum ~~meis~~ meis principijs, ut facile ex dictis, ampliusque constabit ex dicendis.

Probatur 1.o nostra assertio, si auxilium efficax in actu 1.o requireretur, ut quid omnino prævium, et prorsus antecedens usum libertatis, voluntas non libere operaretur: ergo non requiritur

requiritur consequentia, quia nequit requiri ad liberam operationem, quod libertatem evertit. ant. probo, quia illud tollit libertatem, quod omnino antecedit illius usum, et cum eo nequit componi oppositum, ut rate ostendi impugnans praemotionem, sed auxilium eficax perte omnia antecedit usum libertatis, et cum illo nequit componi opositum: ergo.

Rursus, cui est necessarium antecedens est necessarium consequens, sed voluntati esset necessarium auxilium eficax (siquidem daretur independenter ab illius libertate, et omnino a illam antecedenter) unde infertur infalibiliter operatio. ergo esset illi necessaria operatio, quae est consequens, et ut uno verbo dicam omnia arguta, quae fecimus contra auxilium physice praedeterminans (tum ex eversione libertatis, tum quia non plura possemus facere, quam re ipsa fecimus, tum quia deus esset author, et causa pecati, tum quia tolleretur meritum, et demeritum) hic instaurari possunt. recollantur, dum alia pro materia praesenti conficimus.

Pr. 2º. Ut auxilium sit eficax debet habere proportionem maioris inequalitatis; hoc est debet illius activitas esse maior, quam resistentia actualis voluntatis: sed ad actualem operationem non requiritur, quod auxilium praeveniat omnem usum nostrae libertatis cum tali proportione: ergo non requiritur, quod praeveniat, ut eficax omnem usum nostrae libertatis. maior constat ex dictis, et supra probatis. minor pr, quia quod resistentia voluntatis non sit maior est iuxta dicta usus nostrae libertatis: ergo cum non requiratur, quod usus libertatis praecedat omnem usum libertatis, imo id manifeste implicet: non requiritur, quod auxilium praeveniat omnem usum nostrae libertatis cum tali propoitione.

Pr. 3º. id quod pendet ex nostra libera volun=
tate

tate non antecedit olm̃ illius usum, sed quod auxilium sit eficax pendet ex libera nostra voluntate (non pendet ex eo, quod ei plus, aut minus, seu oío nil pro arbitrio resistat) ergo auxilium eficax non antecedit olm̃ illius usum: ergo quamvis auxilium eficax requiratur ad actualem operationem, non requiritur, ut oío antecedens, neque, ut oío antecedat olm̃ usum libertatis. pr̃ consequentia, quia non requiritur aliter, ac ẽ.

Pr. 4°. id non requiritur, sine quo aliud sufficit. sed sufficit ad actualem operationem auxilium eficax, quod non oío preveniat usum libertatis: ergo non requiritur ad actualem operationem auxilium eficax, quod oío preveniat usum libertatis. maior ẽ certa. Probatur minor, quia ad actualem operationem sufficit auxilium, quod sit tantæ activitatis, cui voluntas pro suo libito, aut non resistat, aut non tantum, quantum ipsa potest, et ẽ in auxilio activitas; eo enim ipso, et habebit proportionem maioris inæqualitatis, et congruitatem, et eficaciam, inferetque infalibiliter operationem.

Hæ rones probant absolute non requiri tale genus auxilij, et consequenter, neque atenta indigentia efectus, neque atento perfecto mõ operandi causæ. si enim ex aliquo hoc unum titulo requireretur, falsum esset, quod absolute non requiratur. et quidem, si, ut ostendimus, tollit libertatem, nullus efectus eo indigere potest, ut ponatur liberè. neque ad perfectum modum operandi causæ pertinere potest, sic operari cum causa libera, ut tollat illius libertatem, quando liberè operatura ẽ. Aliàs pertinere posset ad modum perfectum operandi causæ, involvere repugnantiam, et naturas rerum evertere.

Sectio 3ª

Sectio 3a

Auxilium efficax in actu 1o, quod requiritur ad actu operandu non e praeveniens oem usum libertatis, sed solum actualem positionem operationis.

Intelligo hanc conclusionem respective ad statum, in quo ponenda e operatio, nam si operatio ponenda sit conditionate requiritur auxilium efficax conditionatum, quod non praeveniat oem usum libertatis conditionatum, sed operationem ipsam conditionate, seu conditione posita. Si autem operatio ponenda sit absolute requiritur auxilium efficax absolutum, quod non praeveniat oem usum libertatis absolutum, sed ipsam operationem absolute positam.

Pr. nunc 1o praesens conclusio, ut actualiter ponatur operatio solum debet praecedere, quod auxilium habeat proportionem maioris inaequalitatis, hoc e, ut saepe dixi, quod activitas illius sit maior, quam libera resistentia voluntatis, quoniam actio debet provenire a proportione maioris inaequalitatis, sed hoc e praecedere auxilium efficax actualem operationem, non vero oem usum libertatis, cum libera non resistentia, l. non tanta, quanta e vis auxilij, sit usus quidam libertatis, quem non praecedit: ergo auxilium efficax, quod requiritur ad actualem operationem, non debet praevenire oem usum libertatis, sed actualem positionem operationis.

Pr. 2o caeterus requiritur auxilium efficax ad actualem

tualem operationem, quatenus requiritur, quod auxilium excitet vocet, inclinet, et inspiret, et voluntas non se ~~adeo tenaciter~~ illi adeo tenaciter, et resolutorie opponatur, ut illud non sinat progredi ad operationem, sed totum hoc salvatur in auxilio efficaci, quod praecedit actualem ipsam operationem non vero omnem usum libertatis: ergo efficacia requisita in auxilio ad actualem operationem illam praevenit, non vero omnem usum liberae voluntatis. Minorem probo, quia auxilium efficax, quod praecedit actualem operationem, sed non omnem usum libertatis importat vim intrinsecam auxilij (per quam habeat excitare, vocare, et inclinare) et non tantum resistentiam ex parte voluntatis, per quam habet, quod voluntas non adeo tenaciter se illi opponat, cum suspendatur operatio.

Pr. 3°. illud auxilium efficax in actu 1° requiritur ad actualem operationem, quod non laedat voluntatis libertatem, sed quod praecedit omnem usum libertatis, laedit libertatem, non autem, quod praecedit operationem, at non omnem usum libertatis: ergo solum requiritur, quod praecedit actualem operationem, sed non omnem usum libertatis. minor quoad 1am partem, constat ex sectione praecedenti, et quoad 2am constabit quaest. sequenti. Consequentia pr. quia non est auxilium in actu 1°. efficax, nisi quod praecedit omnem usum libertatis, et quod, si libet non praecedat omnem, praecedit tamen ipsam operationem. efficax enim, quod constituitur tale per ipsam operationem, et valet idem, atque efficiens, non esto in actu 1°. efficax, sed in actu 2°.

Pr. 4° quia si debet praecisse auxilium efficax, quale descripsimus, quod videlicet praecedat operationem, sed non omnem usum libertatis: illud sufficit, ut ponatur actu operatio. ergo illud solum requiritur, et non aliud

aliud. Patet consequentia, quia quando unum sufficit, non requiritur aliud. ans pr, quia nil aparet ad quod requiri possit, cum neque ad vincendam resistentiam voluntatis, neque ad inflexendam infalibiliter operationem, neque ad salvandam libertatem; siquidem hec oia prestat auxilium eficax a nobis positum.

Ex his patet 1°, non requiri auxilium eficax in actu 1°. ad actualem operationem necessitate antecedente, sed consequente. necessitas enim ans é que precedit oem usum libertatis, seuque rem exigit independenter à nostra libertate ponenda. necessitas vero auxilij eficacis é dependens ab usu libero voluntatis, plus, l. minus resistentis pro suo libito. nec requiritur, ut dictum é, quod tale auxilium antecedat quamquamque voluntatis determinationem liberam. Patet 2°. auxilium eficax in actu 1°. non ée requisitum, tanquam prium secundum totum, quod importat. cum enim importet, quod voluntas liberè non tantum resistat, et hoc supponat totum prium operationis, non requiritur, ut prium secundum totum, quod importat. Sed neque é requisitum ex parte prinsipij, ut oio preveniens usum libertatis. Patet, quia nequit ée requisitum ex parte prinsipij, ut preveniens oio usum libertatis, quod importat usum libertatis, qualiter importat auxilium eficax in actu 1°. Mitto quod si auxilium ~~eficax~~ ut eficax in actu 1°. esset requisitum ex parte prinsipij oio preveniens usum libertatis everteret libertatem, ut supra ostensum é.

Sectio 4ª.

Auxilium efficax in actu 1° requiritur ad actualem operationem, tan attenta indigentia effectus, quam attento

mo

mô perfecto operandi causæ videlicet Dei.

Convenio in priori parte huius conclusionis cum 3ª sententia ex relatis sectione 1ª. et in posteriori cum 4ª. Ut autem utrumque probemus adverte, nil aliud esse rem requiri atenta indigentia effectus, quam requiri ex conceptu formali effectus, ita ut salvari nequeat, quod aliquis sit effectus, et quod non detur id, quod exigit, seu quo de se indiget rem autem requiri atento perfecto mô operandi Dei, nil eē aliud, quam modum Deo dignum, et cum ea perfectione, quæ Deum decet non posse stare, tali re deficiente; quamvis effectus ipse stare posset, eo quod non indigeat ex parte sua illo mô, aut re petita, ad talem modum.

Hoc notato: pr. 1ª pars: id requiritur atenta indigentia effectus, quod effectus ex suo conceptu formali, requirit: sed effectus supernalis (ad quem requiritur auxilium) ex suo conceptu requirit, ut actus sit, auxilium eficax in actu 1º, quale descripsimus: ergo auxilium eficax in actu 1º. quale descripsimus, requiritur atenta indigentia effectus. Maior liquet ex supernotatis, minor pr., quia effectus supernalis ex proprio conceptu requirit, ut actu sit activitatem auxilij eē maiorem resistentia voluntatis: cum ex proprio conceptu petat provenire a proportione maioris inequalitatis. sed hoc ē requirere auxilium in actu 1º. quale descripsimus. ergo ex proprio conceptu illud requirit.

Pr. 2ª illud requiritur atenta indigentia effectus, quod ē requisitum per se ex conceptu formalissimo causæ ad actu ponendum efectum; sed ex conceptu formalissimo causæ (et consequenter auxilij, quod causa essentialiter requiritur per se ad actu ponendum efectum, quod activitas illius sit maior resistentia, et quod habeat

proportionis

proportionem maioris inæqualitatis: ergo hoc requiritur in auxilio attenta indigentia effectus. maior inde constare potest, quod non ex alio cap. dicemus requiri attenta indigentia effectus causalitatem, ut fiat, nisi quia ex conceptu formalissimo causæ requiritur causalitas ad actu operandum. minorem posteriquam quod arbitror ee certam probo; quia ex conceptu formalissimo causæ requiritur ad actu operandum, non vinci, nec omnino impediri: sed hoc é requirere, quod illius activitas sit maior, quam resistentia, et quod hēat proportionem maioris inæqualitatis. g.

Pr. 3° intelligi nequit, quod effectus auxilij sit actu, et quod auxilium non fuerit maior resistentia voluntatis, seu quod non habuerit proportionem maioris inæqualitatis: ergo auxilium eficax talis excessus, et proportionis, quale descripsimus, requiritur attenta indigentia effectus. cōntiá patet, quia id requiritur attenta indigentia effectus, sine quo nequit intelligi, quod effectus sit: aňs pr; quia bené valet effectus fit ab auxilio: ergo .1. nulla resistentia fuit in voluntate; .2. si ulla fuit, illam vicit auxilium (quod é habere maiorem activitatem, et proportionem maioris inæqualitatis) si enim non vinceret, sed vinceretur a resistentia, non prorrumperet in operationem, ut manifestum é.

Pr. nunc 1° posterior pars. perfectissimus m̃us operandi Dei é acommodatus exigentiæ, et naturis rerum, hoc é talis ee debet, ut non evertat connaturalem m̃um causandi causarum, nec violet iura effectuum, sed m̃us acommodatus exigentiæ, et naturis rerum é, quod ad actus supernales detur auxilium eficax, quale descripsimus: ergo hoc requiritur attento perfecto m̃o operandi Dei. maior constat: licet enim m̃us perfectus operandi Dei non unquam exigat aliquid, quod non exigitur ex parte causæ creatæ, aut effectus; at nunquàm

quam exigit contrarium, aut contradictorium illius, quod iura, et exigentiæ rerum creatarum petunt. minorem probant, quæ proxime adduximus pro 2a parte conclusionis.

Pr. 2o eadem pars perfectus modus operandi dei cum causa libera medio auxilio est ne concurrat ad actualem operationem, priusquam auxilium habeat proportionem maioris inæqualitatis respective ad resistentiam voluntatis; hoc est priusquam auxilij activitas sit maior libera resistentia voluntatis, alias læderet libertatem; sed hoc est concurrere medio auxilio efficaci â me descripto: ergo atento perfecto modo operandi dei, quando concurrit medio auxilio, requiritur auxilium efficax â me descriptum.

Quæstio 15.a

Concordia auxilij efficacis cum humana libertate.

Sectio 1.a

Qualiter alij credant concordari.

Luterus, et Calbinus impossibilem iudicarunt concordiam divinæ gratiæ cum libertate voluntatis: atque ideo, ne negarent efficaciam gratiæ, negarunt arbitrij libertatem,. Sed et Stus. Augustinus, tum alibi, tum lib. 1o de gratia christi adversus Pelagium cap. 14. arduum, et dificile confitetur duo hæc in concordiam vocare, cum unum videatur destruere aliud. ista quæstio inquit, ubi de arbitrio voluntatis, et dei gratia disputatur, ita est ad discernendum

dum, difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari dei grã videatur; quando autem asseritur dei grã liberum arbitrium putetur auferri. unde doctores chatolici in varias sententias divisi, varios quoque quæsierunt modos concordandi.

1ª Sententia censet ex eo concordari grãm cum libertate, quia præcedit iudicium indifferens, seu iudicium de indifferentia obti; hoc enim iudicium dicunt ẽe radicem libertatis, et hanc in illo contineri radicaliter, seu virtualiter, cum enim voluntas ferri nequeat in obta, nisi, ut proposita per intellectum; eo ipso, quod intellectus proponat cum indifferentia, et non nário amanda, non nário, sed liberè amantur. atque ideò inquiunt, non attendendum, aut curandum ẽ, an grã infallibiliter inferens operationem, physice prædeterminans oño præveniat usum libertatis, l. non? ut videamus an tollat, l. non tollat libertatem, sed an præcedat iudicium indifferens, l. non, eo enim stante repugnat voluntatem necessitari, seu libertatem in operando tolli: ita ex authoribus præmotionis phures, quorum aliquos supra retuli.

2ª censet ex eo concordari, quia voluntas potest ponere oppositum, non in sensu composito, sed in diviso, pro quo supponunt de ròne libertatis non ẽe, quod cum oĩbus, quæ præcedunt operationem, et usum libertatis possit voluntas componere oppositum operationis, sed quod illis stantibus adhuc verum sit, quod possit oppositum: atque ideo requiritur sensus compositus potentiæ (ad oppositum) cum omnibus, quæ præcedunt; non sensus compositus negationis actus cum oĩbus, quæ præcedunt. eo enim ipso, quod in sensu diviso possit voluntas oppositum, absolutè potest, quoniam absolute posse ẽ posse abstrahendo

ab omni

ab omni suppositione, ita etiam plures ex auctoribus physicæ præmotionis, quoniam nonnullos retuli in superioribus.

3ª docet exto concordari, quod efficacia auxilij non é præveniens, sed comitans. quia cum gratia ex se non habeat vim inferendi operationem, sed in ratione efficacis constituatur per ipsam operationem, sicut hæc non tollit libertatem, quamvis ex suppositione, quod sit, non possit non ēē; ita neque efficacia auxilij, quamvis ex suppositione illius nequeat operatio non esse, ita ex nostris multi, quorum supra mensionem feci.

Quarta docet exto concordari, quod sicet efficacia auxilij præveniat usum absolutum libertatis, non prævenit, sed supponit usus conditionatum, atque ideò absolute non necessitatur voluntas ad operationem, sed ex suppositione consequente, quæ in nostra potestate, et libertate est. si enim voluntas, ut potuit non se determinaret conditionate, auxilium non inferret operationem: ergo, quod inferat nascitur ex usu libero sub conditione. ita non pauci ex nostris, præcertim recentiores.

Sed et est inter eos sua differentia, nam quidam censent ministerio scientiæ mediæ, et vi futuritionis conditionatæ, salvari libertatem, quamvis auxilium efficax conflatur ex vi decreti absoluti ex suo modo intrinseco, et resolutorio. quidam verò id negant arbitrantes solum posse concordari libertatem cum auxilio gratiæ, quando in statu absoluto nil conflatur, quod attenta illius vi præscissa, et modo intrinseco procedendi habeat inferre operationem; sed tota vis illativa nascitur ex consortio futuritionis,

aut scientiæ

aut scientiæ conditionatæ. Sectio secunda iudicium de prædictis sententijs.

Sectio. 2.a

Iudicium de prædictis sententijs.

Priusquam ex nostris principijs gratiam cum libertate concordemus, placet quid de prædictis sententijs arbitremur breviter adnotare omisso Lutheranorum, et Calvinistarum errore, de quo nil omnino hic dicemus. cum fide sanctum supponamus gratiam non lædere libertatem, et dificultas solum sit circa modum utraque conciliandi.

Et quantum atinet ad primam, et secundam sententiam credo non sufcienter ab illis concordari gratiam cum libertate, ut patet ex his, quæ dixi capite sexto sectione decima, et decima secunda. ibi enim speciatim extendimus non sufficere ad libertatem, quod præcedat iudicium indiferens, aut quod voluntas possit ponere oppositum in sensu diviso gratiæ, sed opus necessario esse, quod possit componere oppositum cum omnibus, quæ antecedunt omnem usum libertatis, atque ideo cum tota vi intrinseca gratiæ. quod, ut non salvet ulla ex his duabus sententijs, neutra concedat efficaciam gratiæ cum libertate.

Quantum vero atinet ad tertiam, existimo, in eo optime conciliari gratiam eficacem in actu secundo tantum cum libertate: ast- relinquitur

~~et~~ relinquitur difficultas de gratia efficaci in actu ~~secundo~~ primo, quam ostendimus esse admittendam. cum enim ea non constituatur per ipsam actualem operationem sed praecedat; non est eadem ratio in utraque, sed longe diversa.

Quantum insuper attinet ad quartam, si non admittat decretum absolutum, et ex se resolutorium, quo confertur; non dubito quin salvetur in ea libertas (quidquid velliti in contrarium dosa) quoniam nullum principium, aut requisitum ex parte principij antecedenter ponitur, quod independenter à futuritione conditionata inferat absolutam, aut cum quo nequeat componi negatio operationis praevisa futuritione ipsa conditionata. At non salvat haec sententia efficaciam auxilij praevenientis in statu conditionato, neque in actu primo, respectu operationis futurae conditionatae, cum tamen salvari debeat, ut supra notavimus.

Caeterum si ponatur decretum absolutum, et resolutorium, quo post scientiam conditionatam gratia confertur, iudico non concordari gratiam, et libertatem, tum quia aliter ponitur operatio in statu absoluto, atque praevisa est conditionatè; conditionatè enim praevisa est liberè ponenda, non sub decreto absoluto, et resolutorio (sub quo nequit poni oppositum) absolutè autem ponitur sub eo.

~~Tum etiam, quia quando adtevit ex sui sua intrinseca~~

Tum etiam

Tum etiã quia quando asserit ex vi sua intrin
seca hēt inferre operationem independenter a nostra libertate, non
potest componi cum libertate, quamvis conferatur post sciã conditio
natam; ideo enim premotio phisica tolleret libertatem, quamvis con
ferretur post sciã conditionatam, quia ex se hēt talem vim intrinse
cam. ——

Tum pretterea quia Deus non posset necessi
tare voluntatem in iis circunstantiis in quibus previsa ē sub con
ditione operatio, nisi inmittendo premotionem, l. decernendo
operationem absolute, et resolutorie, l. alio mō sili: ergo non
satis ē ad concordiam libertatis, et gratie quod precedat futuri
tio, aut sciã conditionata, nisi ea solum precedant absolu
te operationem absolutam, que in statu conditionato precesse
runt conditionate. ——

Tum denique quia si decretu absolutu,
et resolutorium conciliaretur cum libertate, posset cum illo
(prescindendo a suppositione usus libertatis) componi oppositum:
siquidem ōis impotentia componendi oppositum, que non nascitur
ex suppositione usus libertatis cum illa minime coheret: sed
non potest cum tali decreto componi oppositum etiam prescinden
do ab ōi usu libertatis: ergo. ——

Adde non posse coherere cum liberta
te anū non ēē in potestate libera voluntatis, et ēē in illius
potestate colns: decretum autem absolutum, et resolutoriu,
non ē in potestate libera nostre voluntatis; siquidem nequi-
mus facere quod Deus illud heat, et ē anū, unde infallibi
liter infertur operatio: ergo coherere non potest cum libertate;
atque ideo non conciliatur gratia eficax cu libertate predicto
mō. ——

Dices Deum non hēre illud decretum, ni-
si

si in circunstantijs, in quibus prævidit nostram voluntatem liberè operaturam. quid interest? hoc solum est quod tollat libertatem in illis circunstantijs solum, in quibus alias erat liberè operatura. sicut etiam non esset si Deus solum daret præmotionem phisicam, aut negaret concursum ad extremum opositum in ijs solis circunstantijs, in quibus prævidit conditionatè operaturam liberè.

Dices itterum; eo ipso quod Deus decernat non habere decretum absolutum nisi præcedat voluntas conditionatè operatura, pendet a nostra voluntate decretum; atque ideo erit in nostra potestate consequens, seu operatio; quia est in nostra potestate ans scilicet decretum. Resp. inde solum convinci quod ans sit in nostra potestate, non quoad inferre, sed quoad esse; quia solum penderet a nostra potestate quod daretur decretum; sed non penderet a nostra voluntate, quod eo dato, inferatur operatio: atque ideo licet existentia causæ, seu antis esset libera; non esset libera in se existentia operationis, ut esset libera in se deberet esse liberum ans non solum quoad esse sed quoad vim inferendi. Verum de his iam diximus alibi. sectio 3a. resolutio quæstionis ex propria sententia.

Sectio 3a.

Resolutio quæstionis ex propria sententia.

Ut clarius in hac materia procedamus dupliciter considerari potest libertas nostræ voluntatis. 1o in ordine ad resistendum, vel non resistendum tantum quantum auxilium potest. Secundo in ordine ad operandum. in priori consideratione libertas supponit auxilium sufficiens, non eficax: in posteriori supponit non solum sufficiens, sed etiam eficax: quia ante resistentiam tantum, vel

non tantum

non tantum liberè positam non habet auxilii proportionem maioris, aut minoris inaequalitatis; sed abstrahit. ante positionem vero operationis habet; et ideo diximus auxilium efficax non esse praeveniens tum resistentiae; sed tum operationis, pro qua datur. —

Hoc posito dico 1° concordiam gratiae cum libertate in ordine ad resistendum, l. non resistendum in eo consistere, quod ante exercitium resistentiae liberae nihil praecedat, quod necessitet voluntatem ad illud; sed cum omni eo quod ex parte prius antecedit, possit componi oppositum. etenim ut voluntas libertatem exerceat, nihil aliud requiritur, nisi quod sit domina suarum actionum; est autem domina eo ipso, quod exercitium liberum nihil praecedat, cum quo nequeat componi oppositum. Unde cum exercitium liberum resistentiae, aut non resistentiae, solum praecedat auxilium sufficiens, cum quo possit componi oppositum, et non efficax; sed efficacia subsequatur, aut omittatur; mirum in modum concordat gratia cum libertate ad resistendum. —

Adde quod si consideremus voluntatem prius, quam libere resistat, aut velit non resistat, nihil invenimus in gratia, quod libertatem tollat, cum relinquat voluntatem indifferenter ad utrumque, et non potius inflectat unum, quam alterum: ergo quando se determinat ad resistendum, l. ad non tantum resistendum, libere se determinat: siquidem nullo cogente id praestat. —

Maior difficultas est in concordia gratiae cum libertate in ordine ad actualem operationem. nam cum diximus gratiam efficacem praecedere operationem, non videtur facile posse libertatem cum illa concordare. nihilominus dico 2° optime concordari in nostris principiis. nam 1° cum gratia efficax solum dicat gratiam sufficientem, et liberum exercitium voluntatis in ordine ad non tantum resistendum; nihil praecedit operationem actualem, quo

illius

illius libertatem tollat, siquidem auxilium sufficiens non tollit, quandoquidem potest, cum eo componi negatio operationis: neque etiam tollit usus libertatis in ordine ad non tantum resistentiam, siquidem usus libertatis non pugnat cum libertate sed ipsam perficit —

2° quia non pugnat cum libertate quod habet vim inferendi infallibiliter operationem, si nisi dependenter a libertate: sed cum gratia efficax non habeat vim inferendi infallibiliter operationem, nisi dependenter a nostra libertate non tantum resistente ut dictum est, non potest gratia efficax pugnare cum libertate nostra ex eo patet quoniam quidquid fit dependenter a libertate libere fit, nam convertuntur libere fieri et dependenter a libertate, neque enim aliunde actiones dicuntur liberae, nisi quia ut fiant pendent a libertate. — —

3° sub illius libertate est colnis, sub cuius libertate est ans: sed efficacia auxilii quae est ans ad operationem, est sub libertate voluntatis: ergo et ipsa operatio, quae est colnis, est sub libertate voluntatis, atque ideo libere ponitur. minorem probo: quia efficacia auxilii coalescit ex auxilio sufficienti, quod supponitur collatum, et ex non tantum resistentia, quae libere ponitur a voluntate, cum posset ponere maiorem.

4° quia quod non tollit libertatem ad utrumque contradictorium, non tollit ad alterum ut manifestum est, siquidem libertas contradictionis est ad utrumque contradictorium: at auxilium efficax non tollit libertatem ad contradictorium operationis, imo illam supponit: ergo neque tollit ad ipsam operationem. minorem probo: quia auxilium efficax non tollit, sed supponit, quod voluntas ita debiliter adhaereat negationi operationis, et mediocrem conatum in illa impendat, ut potuerit proxime omnino firmiter adhaerere, et totum conatum impendere, cum in potestate libera voluntatis fuerit dicunt

adhaesit

adhesit desistere, similiter adhaerere; et sicut nec deo ciem conatum impendit, quam gratia assistens vincens, longe maiorem impendere, quem gratia superare non possset; sed hoc est non tollere, sed supponere libertatem ad contradictoria operationis: ergo. —

Confirmatur hoc et declaratur amplius: ex eo auxilium est efficax, quod voluntas ponit minorem, seu non tantum conatum in retinenda negatione operationis, quam posset maiorem; si enim poneret maiorem, quem potest, auxilium non esset efficax: ergo auxilium efficax non tollit, sed supponit libertatem in retinenda negatione operationis; alias tolleret id, quo dependet, quod sit. Confirmatur ulterius, vel tollit libertatem in retinenda negatione operationis, ut est efficax, vel ut est sufficiens; non ut sufficiens, ut manifestum est, neque ut efficax: cum non praecedat talem libertatem, sed subsequatur: et quod subsequitur libertatem non illam destruit: ergo. —

Si quia non applicare tantum conatum ad retinendam negationem operationis, quanto opus est in praesentia gratiae, est detrahi ad deserendam negationem operationis et ponendam ipsam operationem; cum eo ipso sit infallibile deserendam negationem, et ponendam operationem: sed voluntas posita libertate non applicat tantum conatum ad retinendam negationem operationis, quanto opus est in praesentia gratiae: ergo posita libertate se detrahit ad deserendam negationem operationis, et ponendam ipsam operationem. Sicut enim deserere unum contradictorium est infallibiliter ponere aliud, ita detrahi libere ad unum deserendum est infallibiliter detrahi ad ponendum aliud. Sectio 4a solvuntur obiecta. —

Sectio 4a

solvuntur

Solvuntur obiecta.

Obiicies 1° suppositio auxilii efficacis in actu 1° e ans, cum illius efficacia in actu 1° antecedat secundum nos operationem: sed ex tali suppositione phisica, et metaphisica necessitate infertur operatio. Ut nos ipsi fatemur; ergo nequit conciliari libertas cum auxilio efficaci, ut a nobis asseritur. pr. consequentia quia nequit conciliari libertas consequentis cum suppositione antecedenti ex qua phisica, et metaphisica necessitate infertur.

Respondeo distinguendo maiorem e ans actualem actualem positionem operationis concedo maiorem e ans usum libertatis, seu liberam voluntatis determinationem nego maiorem. cum auxilium constituatur in actu 1° efficax per liberam non resistentiam voluntatis, non e ~~determinatione~~ ~~nego maiorem~~ ans usum libertatis, quamvis antecedat actualem positionem operationis. unde quamvis ex suppositione auxilii efficacis necessario sequatur operatio. haec non e necessaria, quia solum sequitur ex suppositione determinationis liberae voluntatis, et dependenter ab illa. atque ideo sicut suppositio e libera ita e libera operatio, quae ex ea infertur.

Obiicies 2° ad libertatem operationis requiritur, quod cum omnibus quae illam praecedunt possit componi oppositum contradictorium, videlicet negatio. sed cum auxilio efficaci, quod diximus praecedere operationem non potest componi oppositum contradictorium, videlicet negatio: ergo cum auxilio efficaci non salvatur libertas operationis, neque haec cum illo potest conciliari.

Respondeo 1° hoc argumentum esse ab omnibus solvendum. a praemotoribus quidem, ut ex iis, quae adversus illos adduximus quaestione [illegible] vatet. ab autoribus etiam

Scientiae

sciē mediā; nam arguitur sic: ad libertatem operationis requiritur, quod cum omnibus, quę illam præcedunt possit componi, oppositum contradictorium videlicet negatio, sed cum omnibus, quę præcedunt operationem in sententia admittente sciam mediā, nequit componi oppositum contradictorium videlicet negatio. ergo. minorem probo; quia in hac sententia antecedunt operationem obtinentem propositionis, si daretur auxilium sufficiens in circumstantiis A. ex quo voluntas operaretur, sed datur auxilium sufficiens in circumstantiis A et cum hoc veram propositio non repugnat negatio operationis. ergo nequit in hac sententia componi negatio operationis cum omnibus quę illam præcedunt.

Respondetur 1º ad libertatem operationis requiri quod cum omnibus, quę ex parte actus primi omnino antecedunt usum libertatis, vel vim habent inferendi operationem independenter ab usu libertatis possit componi oppositum contradictorium; non vero cum omnibus, quę ut cumque præcedunt actualem operationem, itaque solum id libertatem impendit, quod omnino illam præcedit, et independenter ab illius usu talis est, ut non patiatur componi oppositum, atqui tale non est auxilium eficax, a quo si separes quod ei accedit ex usu libertatis, et solum relinquas quod omnino antecedit, plane involvens, nihil habere quod pugnet cum contradictorio operationis, sed indiferens esse, ut cum operatione, et cum illius negatione coniungatur; Tota igitur repugnantia oritur ex libera voluntatis determinatione, non preveniente ex intrinseco auxilio, quod eficax est.

Obies 2º auxilium eficax in actu primo prevolvens non relinquit proximam potentiam ad partem ... ergo cum eo nequit consistere libertatis. patet consequentia, quia libertas consistere nequit cum eo quod non relinquit

foam

vtam proximam in vtramque parte; ē enim de conceptu libertatis proxima facultas ad vtrumque extremum, in illaque exercenda ē libertas. ans pr quia si stante auxilio efficaci ad operationem haberet voluntas potam proximam ad negationem operationis, posset coniungere talem negationem cum auxilio efficaci, sicuti dicitur cum iis omnibus non repugnat actus, cum quibus non repugnat pota proxima ad actum. — — —

Rdetur 1° eodem argumento probari non posse conciliari libertatem cum futuritione conditionata, aut scia media, et collatione auxilij sufficientis in illis circumstantijs, in quibus previsa ē conditionate operatio, quia hęc similiter non relinquerent potam proximam in vtramque partem, siquidem cum illis non posset voluntas componere negationem operationis. —

Rdetur 2° similiter probari non posse conciliari libertatem operationis cum hoc quod voluntas libere operetur, quia dici etiam posset eo ipso tolli potam proxima ad negationem ~~operationis~~, et voluntatem impediri ad illam ponendam, quoniam vt haberet potam proximam deberet posse componere negationem operationis cum operatione siquidem non repugnat actus cum eo, cum quo non repugnat pota proxima ad illum. —

Rdetur 3° negando ans; nam proxima pota ad vtrumque extremum ē pota cum omnibus antecedenter ad omnem determinationem requisitis ad operandum, et non operandum excluso omni alio, quod non sit vsus libertatis, et impedire possit operationem, imo hęc exclusio ē vnum ex requisitis, auxilium ~~efficax~~ ~~vt a nobis asseritur~~ autem efficax, vt a nobis asseritur, non tollit, aut impedit, quod potentia habeat antecedenter ad omnem determinationem omnia requisita ad operationem, et negationem operationis, neque prevenit aliquod, quod antecedenter ad omnem determinationem liberam impediat operationem: ergo non tollit, sed

relinquit

relinquit potentiam proximam ad utramque partem contradictionis. —

Forsan aliquis aliter respondet, et distinguendo antecedens, non relinquit potentiam proximam absolute nego antecedens; ex suppositione concedo antecedens: et nego consequentiam, quia sicut conciliatur libertas, quando voluntas operatur, quia quamvis ex suppositione, quod operatur, iam impediatur pro tunc ad oppositum, nec pro tunc possit proxime negationem ponere, eo quod absolute, et non facta suppositione hac potuerit proxime; ita cum auxilio efficaci conciliatur ob eandem rationem. —

Sectio. 5.ª

Specialis obiectio ex eo, quod operatio non esset libera in se, sed solum in causa.

Cum diximus auxilium efficax praevenire, seu antecedere actualem operationem, illamque inferre infallibiliter, non tamen tollere libertatem, quia, quod inferat dependet ex libera non resistentia voluntatis, videtur inferri, quod operatio non sit libera in se, sed in causa, videlicet in non resistentia, quae causa est, ut infallibiliter inferatur, dicere autem, quod operationes supernaturales non sint ex se liberae, sed in causa, et quod auxilia efficacia tollant libertatem operationum in se, quamvis non tollant libertatem in causa, non caret absurditate, quia de rigore perinde est operationes esse liberas non in se, sed in causa, ac ipsas operationes non esse nobis liberas, sed esse liberas earum causas; quemadmodum occissio praecise inebrietate non aliter dicitur libera, tantum in causa, nisi, quia de rigore non est ipsa occissio libera, sed ebrietas, sed ebrietas, quae est causa occissionis. —

Pr. Sequi

Pr. sequi operationem non ẽẽ libream in se. posita non resistentia libera non ẽ in potestate voluntatis, quod non ponatur operatio: ergo post talem non resistentiæ positionem nulla superest libertas circa operationem. Pr. colentia, quia si superesset libertas, superesset sane potestas ad suspendendam operationem, et ponendam negationẽ illius. hæc potestas non superest posita libera non resistentia. ergo nulla libertas superest circa operationem.

Confratur, quia siptter libream non resistentiam ẽ libertas immediata circa ipsam operationem. ergo quamvis supponatur posita libera non resistentia potest non poni operatio ex vi propriæ libertatis, quæ immate circa illam versatur; atque ideo potest componi cum libera non resistentia, et cum auxilio, vel efficaci negatio. pr consequentia, quia libertas immata circa operationem ẽ ad illam, aut negationem pro arbitrio ponendam.

Hinc ulterius fit totum meritum, aut demeritum salvari in non resistentia; non vero in operatione, nam in illo salvatur meritum, aut demeritum, quod liberum ẽ. non ẽ libera operatio, sed non resistentia ad illam. ergo non in operatione, sed in non resistentia salvatur meritum, aut demeritum. unde concedendum erit, quod per bona opera non mereamur, nec demereamur per mala, quia quando illa ponantur, iam non habet voluntas libertatem ad non ponendum, sed dicimus demereri, aut mereri, quatenus resistimus, aut non resistimus auxilio. hoc autem quis dicat?

Rẽtur 1.° hoc ipsum argumentum fieri posse in sententia eorum, qui admittunt sciam conditionatam; nam ex ea sequitur operationem in statu absoluto non ẽẽ libream in se, sed solum in statu conditionato,

atque ideo

atque ideo solum exerceri libertatem in statu conditionato, et in eo reperiri meritum, et demeritum non in statu absoluto. pr, quia posita futuritione conditionata, et auxilio sufficienti in his circunstantijs, in quibus prævisa é operatio conditionatè non é in potestate voluntatis, quod non ponatur operatio: ergo post talem futuritionem conditionatam, et collationem auxilij sufficientis nulla superest libertas circa operationem absolutam, et cõenter hæc solum é libera in cã, videlicet in futuritione conditionata, et colatione auxilij, quæ sunt cã, quod ponatur, operatur operatio, non in se ipsa. ———

Rñr. 2°. negando, quod ex nostra sententia inferatur operationem non ẽẽ libream in se. etenim ad liblrtatem operationis in se solum requiritur veritas huius propositionis, ideo voluntas operatur, quia cum possit immatè, et proxime retinere, seu ponere negationem operationis, non vult retinere. in nostra autem sententia optime salvatur veritas huius propositionis, cum salvetur, quod voluntas immatè, et proxime potuerit negationem retinere, totum cannatum impendendo in ea retinenda, et adeò firmiter ei adhærendo, ut dimoveri nequeat à grã pro tunc data, et quia id non facit posita é operatio. ———

Deinde ut operatio sit voluntati libera in se satis é, quod ita ponatur a voluntate, ut inspectis oïbus, quæ præcedunt ex parte principij ante determinationem libream ad absolutam operationem potuerit proxime ponere negationem operationis, sed ita evenit in nostra sa, nam si consideremus voluntatem, cum oïbus, quæ præcedunt ex parte prij ante determinationem libream ad absolutam operationem potuerit immatè ponere negationem operationis ergo. hæc é voluntati libera in se. Minor pr, quia si inspiciatur, quæ

ex parte

ex parte principij antecedunt libertam determinationem ad absolutam operationem; voluntas potuit plus resistere, quam gratia agere, tantum connatum impendere in retinenda negatione, et adeò firmiter ei adhaerere, ut non posset a grā dimoveri pro tunc collata. ergo potuit inspectis, quae ex parte prij antecedunt immate, et proxime ponere negationem operationis.

Insuper quando unum contradictorium poni, nascitur ex libertate exercita immate circa recessum ab alio, seu circa non retinendum aliud ponitur libertatem rei in se; sed poni operationem absolutam nascitur ex libertate voluntatis immate exercita circa recessum a negatione operationis, seu circa non retinendam talem negationem: ergo ponitur libertate rei in se. Patet maior, quia libertas immata circa recessum unius contradictorij ē immata circa accessum alterius. Pr minor, quia poni operationem nascitur ex eo, quod voluntas non voluerit retinere negationem impendendo totum connatum, quem potuit, et pro virili gratiae resistendo.

Praeterea recedere a negatione operationis, ē immate, et formalissime accedere ad operationem: ergo pro sua libertate determinare se immate ad recedendum a negatione operationis, ē pro sua libertate immate se determinare ad accedendum ad operationem. Sed voluntas eo ipso, quod pro sua libertate se determinet praesente grā ad non impendendum totum connatum in retinenda negatione, nec tantum adhibendum, quantum grā vincere non possit, pro sua libertate se determinat immate ad recedendum a negatione. ergo pro sua libertate se determinat immate ad accedendum ad operationem, atque ideò circa hanc exercet immatam libertatem. Pr minor, quia se determinare praesente grā

ad non

ad non impendendum totum connatum, nec tantum adhibendum, quantum grã vincere posset; é se détrare ad non retinendam negationem, (cum retinere contingat ex maiori, l. equali connatu, quem grã vincere non potest) quod é fratissime se détraré ad recedendum ab illa.

Ubi adverte non eẽ idem se détraré ad operandum, et pro tunc actu operari, nam stare potest quod détratio ad absolute operandum prius, quam detur operatio, ut videre é in hoc syllogismo, Si daretur auxilium sufficiens in circumstantijs A, voluntas operaretur; datur auxilium sufficiens in circumstantijs A. ergo voluntas operatur. Prius quam detur operatio voluntatis datur maior, ét minor, cum sint antecedens, unde infertur, et tamen ex vi earum præcisse manet voluntas déterminata ad absolute operandum. Undelicet auxilium, ut efficax sit prius, quam operatio, non é prius, quam déterminatio voluntatis ad operationem, nec rutatis détrationis é prœveniens, quoniam voluntas per hoc præcisse, quod liberé se détrét præsente grã, ad nontantum resistendum, quantum grã potest, seu ad non retinendam negationem operationis, manet détratá ad ponendam operationem. Constat autem ex dictis, auxilium non prœvenire, ut efficax liberam voluntatis détrationem ad nontantum resistendum, sed illam includere. Ex quo ulterius patet, unde oriatur coherentia libertatis circa operationem in se cum auxilio efficaci, videlicet ex eo, quod non prœveniat, ut tale détrationem liberam circa operationem in se, esto prœveniat actualem positionem operationis.

His, ut claret, manet solutum argutum, sed et illud, quod de merito, et demerito addebatur, iam debile é, cum tota illius vis consisteret in

eo, quod

ineo quod operatio non esset libera in se. Constat ex dictis longe secus esse. Utrum autem hoc quod est resistere gratiae sit demeritorium, et non resistere, seu non tantum, quantum gratia potest, sit meritorium? non est huius loci investigare. Sed independenter ab eo, quod libere non resistere gratiae sit meritorium, et libere resistere demeritorium. interrogamus, an per talem non resistentiam constituatur efficacia. Si enim aliunde libera non resistentia sufficiat ad meritum, asserendum erit efficaciam constitui per aliquid meritorium? secus, si secus.

Quaestio. 16.ª

An sit in nostra potestate habere auxilium efficax?

Sectio. 1.ª

Referuntur sententiae, et aliqua praemittuntur.

1.ª sententia affirmat. ita Suarez lib.º 3. de auxilijs disp.e 23.ª n.º 31.º Valencia tomo 2.º disp.e 8. quaest.e 3.ª puncto 4. §. 2.º versu 4.ª propositio, versu loquimur ergo, et versu, ac convincitur, Pennotus in propugnaculo humanae libertatis lib.º 6. cap.e 14.º et nonnulli alij.

2.ª absolute negat, ita Tannerus tomo 2.º disp.e 6.ª de gratia, quaest.e 2.ª n.º 112.º et plures ex assertoribus auxilij physice praemoventis, quibus favet Divus Thomas 3.º contra gentes cap.e 159.º quamquam urgentius videatur favere, ne dicam assertivus esse pro 4.ª sententia.

3.ª distinguit inter auxilium efficax

eficax in actu 1°, et eficax in actu 2°. de priori ait non ee in nostra potestate, de posteriori vero ait ee, ita Sesius in opusculo de grā eficaci cap. 10. n. 11. Mascareñas disp. 3a de auxilijs in 2a parte disputationis n. 16. et 17. eisque videntur consentire quoad auxilium eficax in actu 2°. Molina in concordia quest. 14a articulo 13. disp. 40. versu hinc 5°, et questione 23a articulo 4. et 5. disp. 1a membro 6. a versu certe, et Per. Meratius tomo. tractatu de grā disp. 6a. sectione 19.

4a ait auxilium eficax non ee absolute in nostra potestate, ee tamen aliquomō, quatenus est in potestate voluntatis se impedire, seu aponere impedimentum (quo stante non dabitur auxilium eficax) esto non sit in illius absoluta potestate, quod eiusmodi auxilium detur. ita videtur sentire divus Thomas, nuper citatus pro 2a sententia, et plures alij, tam ex Thomistis, quam ex assertoribus scientię medię.

Ante resolutionem promittendum 1°. ut aliquod complexum duarum partium vgā absolute, et nulla facta suppositione, existentia alicuius sit in nostra potestate, debere ee in nostra potestate utramque partem, patet quia cum ad existentiam compositi requiratur existentia oium, et singularum partium, ut possimus ponere totum complexum, seu compositum requiritur, si nulla suponatur ee posita, aut ponenda, quod possimus ponere omnes, alias non possemus ponere totum, sed aliquid totius, l. partem.

Hoc clarius patebit hac argutatione. is non potest ponere totum, qui si ponat, quod potest non ponet totum: sed qui non potest ponere oēs partes non ponet totum, etiam si ponat, quod potest, nisi fiat suppositio, quod aliunde reliquum, quod non potest ponatur: ergo nisi fiat suppositio, quod aliunde ponatur, aut ponenda sit pars, quam non

potest

potest, non poterit ponere absolutè totum, qui non potest ponere oēs partes.

Confirmatur, quia Ut aliquod totum sit absolutè pōssle, non sufficit aliquam partem ēē possēm. Sed requiritur, quod oēs sint possēs; adeò, Ut si v.g. una sit impossib, tantum sit impōsle: ergo Ut aliquod totum sit mihi absolutè possē, non sufficit mihi ēē possēm aliquam partem, sed requiritur, quod oēs mihi sint possēs, nisi aliunde reliquæ supponantur positæ, aut ponendæ.

Præmittendum 2°. et infertur ex proximè dictis, Ut aliquod totum non sit absolutè in nostra potestate satis ēē, quod aliqua illius pars non sit in nostra potestate, si aliunde posita non sit. Patet, quia si Ut sit in nostra potestate aliquod totum, requiritur, quod oēs partes sint in nostra potestate, quando aliunde non supponuntur positæ, quæ in nostra potestate non sunt. ergo Ut non sit in nostra potestate sufficit, quod aliqua pars non sit in nostra potestate, si aliunde reliquæ non sunt positæ.

Præmittendum 3°. Ut aliquod totum dicatur ēē in nostra potestate, satis ēē, quod aliqua illius pars sit in nostra potestate, si aliunde reliquæ supponantur positæ. Patet quia in illius potestate ē totum in cuius potestate ē, quod concurrat, et simul sint oēs illius partes: sed in illius potestate ē, quod concurrat, et simul sint oēs partes; in cuius potestate ē aliqua pars, si reliquæ supponantur positæ: ergo. minor probatur, quia quando reliquæ supponuntur positæ solum deficit, quæ ē in nostra potestate, Ut sint, et simul concurrat oēs: ergo si in nostra potestate ē, quod ponatur illa, quando reliquæ supponuntur positæ; in nostra potestate ē, quod concurrant, et simul sint oēs.

Confirmatur hoc

Confirmatur hoc exemplis, non alia rone dicitur ca 2a producere compositum, nisi quia producit unionem, aut fmam, quamvis non possit producere mam, quia supponit mam positam, et in sua potestate het aliam partem compositi, quæ deficit. item non alia rone, qui addit 3am unitatem supra vinarium, dicitur constituere, et causare ternarium, nisi quia licet non posuerit ols partes, posuit 3am quando aliæ supponebantur positæ. denique non alia rone dicitur voluntas here in sua potestate operationem, nisi quia ex parte dei supponuntur aliqua requisita et ipsa het in sua potestate proprium concursum, qui deficit.

Sectio 2a

Questio deciditur ex propria sententia.

Dico 1o. auxilium eficax in actu 2o. e in nostra potestate. convenio in hac conclusione cum 1a et 3a. sa, sic tamen conclusionem intellige, ut dato auxilio suficienti in nostra potestate sit quod in actu 2o. sit eficax, non autem, quod in nostra potestate sit collatio illius auxilij, quod denoatur eficax in actu 2o. nam cum illud auxilium sit suficiens, et auxilium suficiens det nobis deus, sine nobis, seu independenter a nostra libera cooperatione, fit plane non ee in nostra potestate: dicimus tamen ee in nostra potestate, quod illud auxilium, quod suficiens e, et deus sic nobis confert, sit eficax in actu 2o. quamvis non sit in nostra potestate, quod conferat, sed id ex se præstet.

Pr hæc conclusio, quod auxiliu sit eficax in actu 2o. nil aliud e, quam quod heat operatione, seu, quod ei voluntas cooperetur, sed quod heat operatione, seu quod voluntas ei cooperetur e in nostra potestate: ergo quod auxiliu

auxilium sit eficax in actu 2°. é in nostra potestate. consequentia patet. Pr minor quia si non esset in nostra potestate, quod habeat operationem, seu quod ei voluntas cooperetur, operatio non é nobis libera, sicuti eo ipso, quod sit libera é in nostra potestate, quod sit, aut non sit. Confratur 1° cui é libera operatio est liberum, quod auxilium sit eficax in actu 2°. siquidem constituitur eficax in actu 2°. per operationem; sed nobis é libera operatio, et salva fide negari non potest: ergo é nobis liberum, quod auxilium sit eficax in actu 2°. Confratur. 2°. in illius potestate é consequens, in cuius potestate é antecedens; sed in nostra potestate é antecedens ad auxilium eficax in actu 2°. ergo in nostra potestate é auxilium eficax in actu 2°, quod é consequens. Pr minor, quia hec é bona consequentia, voluntas operatur liberé cum auxilio suficienti: ergo datur auxilium eficax in actu 2°. sed in nostra potestate é liberé operari cum auxilio suficienti: ergo.

Eandem doctrinam confrat Sanctus Augustinus in multis locis, nam in primis lib°. ad Simplicianum quest. 2a hec habet: Ut vellimus, et suum eé voluit (Deus) et nostrum suum vocando, et nostrum sequendo, quod perinde é ac dicere: quod vocemur, a nobis non é, sed á Deo; quod autem vocatio hec sit eficax ex eo, quod illam sequamur a nobis é. item de spiritu, et litera cap. 34. ubi hec habet: in omnibus misericordia eius preveniet nos, consentire autem vocationi Dei (quod é eam facere eficacem in actu 2°) sl. ab ea dissentire proprie voluntatis é. Ecce licet misericordia, que scilicet in colatione auxilii preveniat nos; eficacia per consensum proprium dicit nostre voluntatis. rursus lib°. 83°. quest. 68. sic ait: neque illi debent sibi tribuere, qui venerant, quia vocati venerunt, nec illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum

sibi,

sibi, quia, Ut venirent vocati erant in eorum libera volunta=
te. Vides a Deo ẽẽ vocationem, et a nobis, quod cum voca=
tione veniamus, seu quod efficacem in actu 2° vocationem facia=
mus? Sic ia docet de peccatorum meritis cap. 17. et saepe alibi.
Favetque Tridentinum sessione 6ª. cap. 5. ———

Dico 2° here illud auxilium, quod
denoatur efficax in actu 1° non ẽ in nostra potestate. convenio in hac con=
clusione cum 2ª. et 3ª. sententia. Pr. quia auxilium, quod deno=
atur efficax in actu 1° ẽ auxilium sufficiens, ut ex supra dictis cons=
tat, cui ex non resistentia, seu non tanta advenit efficacia: sed he=
re auxilium sufficiens non ẽ in nostra potestate, cum deus à se
det, et nobis conferat sine nobis: ergo auxilium, quod denoatur
efficax in actu 1° non ẽ in nostra potestate. ———

Dico 3°. supposito, quod nobis confera=
tur auxilium sufficiens in nostra potestate ẽ, quod sit efficax in
actu 1°. Pr, quia auxilium ẽẽ efficax in actu 1°. nil aliud, ut
supra diximus, quam quod dato auxilio sufficienti, non tantum
ei resistamus, quantum ipsum potest: sed in nostra potestate
ẽ, ut supposito, aut dato auxilio sufficienti non ei tantum resis=
tamus, quantum ipsum potest: ergo in nostra potestate ẽ, quod
dato auxilio sufficienti sit efficax in actu 1°. minor pr, quia a nos=
tra libera voluntate provenit, ~~quod ei~~ quod ei resistamus, aut non
resistamus, et etiam, quod tantum, l. minus resistamus, quam
ipsum potest. ———

Dico 4°. si non supponatur collatum,
(aut conferendum) auxilium sufficiens non ẽ absolute, et simplici=
ter in nostra potestate auxilium efficax, sive in actu 1°, sive in
actu 2°. pr ex praesuppositis sectione 1ª., quia quando aliquod
complexum importat inter ceteras partes aliquam, quae in nos=
tra potestate non ẽ, nec supponitur aliunde posita, aut ponenda,

non ẽ

noné in nostra potestate complexum: sed auxilium eficax, sive in actu 1°. sive in actu 2°. e complexum, quod includit partes, quae noné in nostra potestate. (videlicet auxilium sufficiens) ergo nisi supponatur posita, aut ponenda haec pars, noné in nostra potestate auxilium eficax.

Dico 3°. de facto tamen quia supponitur positum, aut ponendum auxilium sufficiens, quod deus oibus dat, et nulli negat, in nostra potestate é heré heré auxilium eficax; quoniam reliquae partes, quae ad eficaciam requiruntur, nempe non tanta resistentia, et cooperatio in nostra potestate sunt, et ex praesuppositis illa sectione 1a. Vt dicatur aliquod complexum ee in nostra potestate sufficit, quod aliqua pars illius sit in nostra potestate, si alia, l. aliae partes, quae in nostra potestate non sunt, supponantur positae, l. ponendae. Confratur, quia si non esset in nostra potestate heré auxilium eficax, supposito sufficienti, operatio non esset nobis libera, quod é absurdum. Pr. quia in nostra potestate non é heré auxilium eficax, ratis, et eo posito noné in nostra potestate suspendere operationem, aut negationem operationis cum illo coniungere.

Addunt aliqui, quod ineficacitas auxilij é in nostra potestate iuxta illud Oseae 13. perditio tua ex te Israel; et illud Augustini de peccatorum meritis cap. 17. Vt non adiuventur (gratia eficaci) in ipsis itidem causa é, non in deo. ac rursus lib. 4. contra Julianum cap. 8. ideo non veniunt, quia ipsi nollunt, et denique iuxta illud Divi Thomae 1a. 25a quaest. articulo 3. defectus gratiae 1a causa é ex nobis: ergo, et eficacitas auxilij é in nostra potestate. Probat consequentiam, quia oppositorum, seu contrariorum eadem é ratio.

Sectio 3a.

Sectio 3.ª

Expediuntur duę dificultates adversus dicata.

§. obijcitur 1.º auxiliũ eficax in actu 1.º ẽ auxiliũ collatũ in circunstantijs congruis; in illis videlicet, in quibus voluntas, l. non resistet, l. non tantũ, quantũ ipsũ potest, quod autem conferatur in circunstantijs congruis, seu in quibus voluntas non tantũ resistet, quantũ auxiliũ potest, non ẽ in nostra potestate: g.º neque ẽ in nostra potestate auxiliũ eficax in actu 1.º. pr minor, quia cũ deus prævideret plures circunstantias, in quibus voluntas totis viribus resistet, optime potuit in illis conferre auxiliũ, neque enĩ ẽ aliquid, quod illũ cogat conferre in alijs.

§. Reitur conferre auxiliũ in illis circunstantijs, in quibus prævisa ẽ non tanta resistentia, duo importare, et quod conferatur auxilium in illis, et quod in illis non sit, l. non futura sit tanta resistentia. Iũ pendet a solo deo, et non ẽ in nostra potestate, 2um pendet a libertate voluntatis, et ẽ in nostra potestate. unde concessa maiori, distinguo minorẽ, non ẽ in nostra potestate, quoad collationẽ auxilij in illis circunstantijs maliter supositis concedo minorẽ, quoad non tantã resistentiã, nego minorẽ; itaque assero non ẽẽ in nostra potestate, quod deus conferat auxiliũ suficiens in aliquibus circunstantijs determinatis; suposito autẽ, quod conferatur in aliquibus, in nostra potestate ẽ, quod in illis non sit tanta resistentia voluntatis, et co[i]nde, quod auxiliũ sit congruũ, et habeat eficaciam.

§. Hoc melius constabit a contrario sensu. adversarij enim fatentur in nostra potestate ẽẽ auxilium ineficax, nec deum ẽẽ cam ineficaciæ, sed nostrã voluntatem: arguitur igitur sic: auxilium ẽẽ ineficax ẽ conferri in circunstantijs incongruis, seu in illis, in quibus voluntas, aut plus, aut saltem tantum resistet, quantum auxiliũ potest: sed quod deus det in illis circunstantijs incongruis non ẽ in nostra potestate: ergo neque auxiliũ ineficax ẽ in nostra potestate. Pr minor, quia potuit deus conferre auxiliũ in circunstantijs congruis, nec aliquid ẽ, quod deum cogat conferre in incongruis. vides tuum argumẽtum æquè probare non ẽẽ in nostra potestate auxilium ineficax.

§. Dices ergo non ẽẽ in nostra potestate, quod deus conferat auxiliũ in illis circunstantijs maliter incongruis, seu quę denoantur incongruę; at in

nostra

nostra potestate ēē, quod in illis sit maior, aut minor resistentia, et volunter a nobis plus resistentibus ēē, quod quando datur sit inefficax, et incongruum. ———

Obijcies 2° non esset maior ratio, quare deus diceretur cā efficaciæ auxilij, quam inefficaciæ, cum æque efficacia, et inefficacia pendeat a nostra libera voluntate pro arbitrio plus, aut minus resistente: hoc autem ē falsum, nam coiter doctores asserunt deum ēē cām efficaciæ, voluntatem vero inefficaciæ, idque Sancti Patres confirmant, præcertim Augustinus, et habent fundamentum in sacra pagina. ———

Resp. 1° posse retorqueri argum in adversarios, nam eatenus deus ē cā efficaciæ, quatenus ē cā, quod detur auxiliu in illis circumstantijs, in quibus conditionate prævisa ē operatio, cum posset in alijs, similiter ē cā, quod conferatur in circunstantijs, in quibus conditionate prævisa ē negatio operationis, cum posset in alijs: ergo æquè esset cā efficaciæ, et inefficaciæ. quod si resp. ēē cām efficaciæ non præcisse, quia ē cā, quod conferatur in circunstantijs, in quibus prævisa ē operatio, sed quia taliter confert, hoc ē speciali affectu, ut heat efficaciam: in circunstantijs, autem, in quibus non ē prævisa operatio, non dat ex affectu, ut non heat efficaciam, sed potius, quantu ē ex se vellet, quod illam heret; atque ideo ē specialis ratio, quare sit causa efficaciæ, et non cā inefficaciæ; similiter dicam, deu eo affectu tribuere auxiliu in circunstantijs, cui voluntas non resistet, et carere affectu inefficaciæ, quando confert in alijs; hanc ēē rone͂m specialem, quare deo tribuatur efficacia, et non tribuatur inefficacia. ———

Sed resp. aliter ex meis principijs, quod licet vincens, et victus concurrant ad victoriam, et ab utroque pendeat, non victo, sed vincenti tribuitur. Unde licet auxilium ēē efficax pendeat ex activitate auxilij, et ex non tanta resistentia voluntatis, quando voluntas non tantu resistit, auxiliu vincit, et hēt efficaciā, voluntas vero vincitur, atque ideò auxiliò, et deo tribuenti virtutē auxilij adscribitur victoria, et efficacia.

E contrariò

& contra vero; licet auxilium esse inefficax pendeat ex activitate auxilij, et ex maiori resistentia voluntatis, quando resistentia é maior, vincitur activitas auxilij et redditur inefficax; atque ideo voluntati ponenti resistentiam victricem adscribitur victoria, et inefficacia auxilij. Sectio 4.a aliæ dificultates enodantur.

Sectio. 4.a

Aliæ dificultates enodantur.

Obiiciunt denuo 1.o ex nostra sententia sequitur auxilium efficax non ēē speciale beneficium, quod Deus faciat ei cui confert. pr, quia non é speciale beneficium, quod conferat auxilium sufficiens, neque etiam, quod illud hēat efficaciam, sicut et 1.y, et quid coloribus. et 2.y ē anobis, qui non tantum resistimus quantum possumus. Contratur quia non é speciale beneficium, quod in nostra potestate é, et a nostra libera voluntate pendet, quod sit: auxilium autem ēē efficax in nostra potestate é, et a nostra libera voluntate pendet quod sit efficax: ergo.

Resp. negando sequelam. ad probationem dic non ēē speciale beneficium quod Deus præcisse conferat auxilium sufficiens: nam ut optime notat obiectio, hoc é beneficium generale ēē tamen speciale beneficium, quod conferat auxilij sufficiens, quando scit voluntatem concensuram, aut non tantum resistituram quantum auxilij potest, cum possit conferre in alijs circunstantijs, in quibus voluntas plus resisteret, et dissentiret.

Ad contrationem distingo maiorem: quod in nostra sola potestate és, et a nostra libera voluntate solum pendet, concedo maiorem; quod simul pendet a potestate

et voluntate

et voluntate aliena nego maiorem: distinguo sub [illegible] minorem: in nostra potestate sola est, et a nostra libera voluntate solum pendet, nego minorem; a nostra, et ab aliena simul concedo minorem. quod detur auxilium eficax a nostra et a divina voluntate pendet; a nostra, ut non resistamus, vel non tantum, et a Deo ut det auxilium in illis circumstantiis in quibus, vel non resistimus vel non tantum, quod autem det in illis in quibus non tantum resistemus, et non in aliis in quibus previdit resistentiam futuram maiorem [illegible], et auxilium [illegible] inefficax speciale beneficium Dei est. unde sanctus Augustinus de dono perseverantiæ cap. 8° ait, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur ut vocantem sequatur? inscrutabilia sunt iudicia Dei; et libro de spiritu et littera cap. 34° cur illi ita suadetur, ut persuadeatur, illi autem non ita? o altitudo divitiarum etc.

Dices non est speciale beneficium in nos, quod Deus det auxilium in quibuscumque circumstantiis det, quia in quibuscumque possumus illud reddere eficax, siquidem possumus non resistere aut non tantum quantum ipsum potest. Refertur negando dictum. licet in quibuscumque circumstantiis sit in nostra potestate quod reddat eficaciam, tamen non in omnibus ponenda est, si auxilium conferatur. ex suppositione autem quod Deus conditionate previdit in his, et non in aliis ponendam eficaciam (quamvis voluntas si vellet posset in singulis) speciale beneficium facit dando in quibus sit ponenda eficacia, et non in aliis in quibus previdit oppositum.

Obiiciunt 2° quod est simpliciter in potestate Dei non est in potestate nostræ voluntatis. sed auxilium

eficax

efficax est simpliciter in potestate Dei, cum Deus possit vel non dare sufficiens, vel dare in circumstantijs, in quibus non sortietur effectum [illegible]. ergo non est in potestate nostrae voluntatis. maior pr. quia quod est simpliciter in potestate Dei potest simpliciter ab illo impediri: quod autem ab illo simpliciter impediri potest non potest voluntas simpliciter facere quod non sit. Ratio aliquo convinci, quod nos volumus conclusione 4a solum enim contendimus, quod in nostra potestate est ut auxilium efficax, non simpliciter, sed ex suppositione quod Deus [illegible], ex suppositione autem auxilij sufficientis salva manet libertas, non [illegible] impedire, ne vel auxilium efficax, aut ne sit efficax. si voluntas vellit quando enim daremus efficaci per ipsam stetit quae plus resistit, cum possit minus.

Obijcitur 3o non minus debet tribui Deo efficacia gratiae quam ipsa gratia: sed ipsa gratia Deo tribuitur omnino tanquam causae adaequatae, ita ut nullo pacto sit in nostra potestate ergo et efficacia. Ratio eodem modo diei posse ab adversarijs non minus tribuendam esse Deo efficientiam gratiae, quam hoc est quod gratia efficiat, quam ipsa gratia tribuitur, sed Deo tribui ipsa gratia ut causae adaequatae. ergo et efficientia; atque ideo efficientia nullo modo tribueretur voluntati. quare nego maiorem quia efficacia involvit usum libertatis, quae non involvit ipsa substantia gratiae.

Obijciunt 4o in nostris assertis consentimus pelagianis cum ponamus gratiam efficacem in potestate hominis. Respondemus id esse falsissimum. non ponimus in potestate voluntatis gratiam efficacem, quoad id, quod dicit gratia, sed quoad id quod efficacia importat ex parte usus liberi voluntatis, videlicet, quod voluntas non tantum resistat,

quantum

quantum auxilium potest.

Questio 17 et ultima.

An possit stare, quod ex duobus hominibus equali auxilio preventis, unus convertatur, altero non converso?

Sectio 1ª

Punctum dificultatis explatur, et sententie referuntur, et non nulla prenotantur.

Hec dificultas gravissima est, et illiusque [illegible] tra cetera que discussa superius sunt solent tractari. sita est in hoc: an si duo homines equali mensura auxilii preveniantur stare possit, seu accidere quod unus convertatur, et agat penitentiam, altero non converso sed in suo peccato obdurato? [illegible]. non sed utrumque convertendum, aut nullum; atque ideo semper in eo qui convertitur debeat precedere maius auxilium, quam in eo qui non convertitur, ita ut hec sit bona consequentia. hic convertitur, et ille non. ergo hic habuit maius auxilium, quam ille, sicut hec, hic non est conversus, et ille sit: ergo hic minori auxilio preventus est quam ille.

Complures sunt, quamvis varie unaqueque explicetur, limitetur aut temperetur a suis autoribus. 1ª negat credens esse impossibile, quod stante eadem mensura auxilii in utroque, unus convertatur, et alius non. ita Alvarez lib. 8º de auxiliis disput. 71ª numero 14º. disput. 97ª numero 10, et disput. 108ª numero 2º. Rispolis tractatu 2º questione 1ª conclusione 4ª Cabe- ... 3ª parte questione 62ª articulo 5º questione sua 2ª conclusione 3ª Navarrete tomo 2º. controversia 74ª. Vanes 1ª parte

questioni

questione 12ª articulo 3º dubio 2º, et questione 14ª articulo 13º et questione 19ª articulo 8º. Medina 1ª 2ae questione 109ª articulo 10. Cabrera 3ª parte tomo 1º questione 19ª articulo 4º dubio 6º, et 9º, Sumel, Ripa, et coeteri Thomistae.

Hijs adiungi solet 1º 2ae Vazquez 1ª parte disputatione 98ª cap. 3º usque ad 4ª. Verum longe distat a Thomistis, quia hi dicunt eum qui convertitur, semper habere auxilium, quod in se et in sua entitate intrinseca maius sit, quam auxilij illius, qui non convertitur, Vazquez vero licet dicat semper eum qui convertitur habere maius auxilium, non dicit esse maius absolute, et in se, sed in ratione gratiae doni et beneficij respective ad subiectum; ut videre est loco citato numero 4º vera sa eadem quoque uo: ...

2ª afirat. ita Pet. Martinus Bresseus lib. 5º de conscientia cap. 13 n. 111. Velasquez lib. 2º Petrus a Sancto Joseph de suavi concordia disputatione 2ª sectione 2ª numero 6º. Mascarenas disputatione 3ª de auxilijs in sua parte disputationis numero 3º. Sesius in opere de gratia efficaci cap. 10 numero 14º. Molina in concordia questione 14ª titulo 13 disputatione 10ª. Ripalda tomo 1º de ente supernali lib. 2º disputatione 30ª sectione 28ª. Suarez lib. 9º de auxilijs cap. 20 numero 4º. Arriaga sive tomo 2º tractatu de gratia disputatione 7ª, sectione 2ª, et 3ª. Tannerus tomo 2º disputatione 6ª, questione 2ª dubio 7º. numero 118º. Valentia tomo 2º disputatione 8ª questione 3ª puncto 4º §. 2º. Verdu nunc sit 6ª prop. ... Faber de predestinatione disputatione 6ª cap. 6. Pennotus in propugnaculo hum. lib. lib. 6 cap. 16 numero 8º. et alij plures.

Observant vero Mascarenas, Suarez, Molina, et alij huius sententiae autores, Thimorem solum esse in hac controversia de auxilio preveniente operationem, et non de illo nostrae voluntatis non de concomitante, aut subsequente,

cum

cum manifestus sit, inquiunt, — Semper reperiri discrimen inter auxilia illius, qui convertitur, et illius, qui non convertitur, si capiatur auxilium non praescindendo secundum, quod praevenit contendis; sed ut illum involvit dici quae solet efficiens, seu efficax in actu 2°. Si enim qui convertitur, operatur, et qui non convertitur, non operatur, in eo qui convertitur involvit operationem; et auxilium est efficax in actu 2°, secus vero in eo qui non convertitur. —

Sed et rursus notat P. Suarez de sermone de auxilio praeveniente per illa prius (quae scilicet sunt inspirationes, illustrationes, et divina omnipotentia, ut praeparata, et prompta ex se ad concurrendum cum voluntate ad operandum) quasi interrogemus; an si duo homines vocationes omnino pari vocentur, eisque dentur illustrationes supernales per omnia aequales (intentione claritate etc.). quae eodem prorsus pacto proponant obiecta. item inspirationes eiusdem energiae, quae uniformiter inclinent, et pellant ad operationem. tandemque divina omnipotentia utrique aequaliter operatur, et adsit; contingat aliquando, aut contingere possit, quod unus respondeat, convertatur, seu operetur, alio non operante, non respondente, nec conversionem exercente. —

Alterum haec aequalitas auxilii in ratione virium, quam ex se habet, stare possit cum inaequalitate in ratione beneficii, doni, et gratiae, ut infra dicemus; et praeterea possit comparari ad subiecta inaequali tentatione pulsata; inaequali complexione constructa; inaequaliter per liberum arbitrium resistentia, et denique in ordine ad subiecta prorsus, et per omnia aequalia videlicet, quia aequaliter tentata, aequaliter disposita aequaliter non resistentia sed omnibus tam intrinsece quam extrinsece antecedentibus ad eum usum libertatis aequaliter se habentibus. haec quinque seorsim a nobis discutienda erunt. Si autem cum

aequali

equali auxilio in rone viriu, inequali vero in rone beneficij, stare possit quod vnus convertatur, altero non converso. Secundum; an cum equali auxilio in rone virium, stare possit quod vnus convertatur altero non converso si inequali tentatione vexentur. esto caetera sint equalia. 3ij. an cum equali auxilio in rone viriu, stare possit quod vnus convertatur altero non converso, si inequaliter sint dispositi, quamvis caetera sint equalia? 4ij. an cum equali auxilio in rone virium, stare possit quod vnus convertatur, altero non converso si detur inequalis resistentia arbitrij, tametsi caetera sint equalia, tandem 5ij, an cum equali auxilio in rone virium stare possit, quod vnus convertatur altero non converso quando oia, que oio precedunt vsum libertatis (excipio rone beneficij) tam intrinsece, quam extrinsece sint equalia? Sectio 2a stare potest quod ex duobus hoibus equali auxilio in rone viriu preventis, vnus convertatur altero non converso, si detur inequalitas in rone beneficij. —

Sectio. 2a.

Stare potest, quod ex duobus hoibus equali auxilio in ratione virium preventis, vnus convertatur altero non converso, si detur inequalitas in ratione beneficij. —

Hec assertio est de mente ... tamen quam illam probemus oportet prius explicare in quo consistat ro maioris beneficij, et que ad ronem beneficij requirantur, atque in primis ut aliquid heat ronem beneficij debet ee vtile ei, cui datur, si enim inutile sit, nullum ei fit beneficium, si consideratur. Deinde debet provenire a

Sciente

sciente utilitatis, et cognoscente eē utile, quod dat; nam in morali, et prudenti extimatione solum dicitur quis dare, quod scienter atque ex scia dat, ideoque ignorans utilitatem non facit beneficium si det, licet res ipsa donata utilissima sit donatario. 3º debet eē liberum donanti; quoniam qui invitus, et non libere dat, non exercet animum liberum, nec in extimatione prudentum censetur quis dare quod non sponte, sed coactus dat.

Unde 1º colligitur rōnem beneficij here duplicem rum, et (ut ita loquar faciem) ad donantem, et donatarium. ad donantem quia in eo exigit sciam, seu notitiam doni, et libertatem in donando (addunt Pᵉˢ Vasques, et alij, animum gratis donandi, et benefaciendi) ad donatarium etiam, quia requirit ut res donata ei sit utilis. 2º colligitur illud eē maius beneficium, quod ē utilius donatario si a donante sciente, et libere cum animo que benefaciendi conferatur. 3º colligitur unam, et eandem rem posse eē maius beneficium ru unius, quam ru alterius, quoniam potest ru unius eē utilior, quam ru alterius. dat enim famelico et extreme indigenti panem maius beneficium ē quam dare non indigenti, aut eidem, quando non indiget.

Pr nunc conclusio 2ª stare potest quod si deus conferat auxilium dei, quando ei parum utile ē, et alteri aliud simile eiusdem que mensurae quando maxime utile ē, unus convertatur, et alter non. sed tunc uterque habebit equale auxilium in rōne virium inequale vero in rōne beneficij. ergo cum equali auxilio in rōne virium, sed inequali in rōne beneficij, potest stare, quod unus convertatur altero non converso. maior pr quia si deus conferat

certam

certam mensuram auxilij, quando, et ubi scit petri voluntatem responsuram eadem mensuram conferat ioanni quando, et ubi scit illius voluntatem resistivam, conferet auxilium uni, quando ei parum utile e, et alteri aliud sille, quando maxime utile e, et unus convertetur alter non. ergo stare potest quod si deus uni conferat auxilij, quando ei parum utile e; et alteri aliud sile eiusdem que mensurę, quando, et ubi maxime utile e, unus convertatur altero non converso. — — ;

Pr 2°. si deus conferat duas mensuras auxilij ęquales, alteram uni urgenter tentati, et alteram ~~alteri~~ ali non tentato stare potest quod non tentatus respondeat, et tentatus non respondeat, sed obduratus resistat at tunc dabitur ęquale auxilium in rone virium, inęquale vero in rone beneficij, cum maius beneficium cęteris pa ribus sit dare eam mensuram auxilij, quando ea facilius ho converteretur, ut contingit non urgente tentatione, quam cum difficilius, ut contingit tempore tentationis. ergo stare potest quod ex duobus ęquali auxilio in rone virium, sed inęquali in rone beneficij unus respondeat, et convertatur, altero non respondente, sed obdurato, et resistente. maiorem probo, quia cum eadem mensura auxilij minus potest ho urgente tentatione cęteris paribus, quam non tentatus, et difficilius e eadem mensura virium converti tentatum, quam non tentatum, quia quo maior e resistentia tentationis vincenda eo opus e robustiori gratia, et auxilio ad operationem. — — ;

Pr 3°. quia stat eandem ōrem uni movere, et non alium, et unum plus alterum minus. ergo stare potest, quod eadem mensura vocationis, et auxilij unum moveat, et convertat, alterum non moveat

sed

sed in suo peccato relinquat. Patet consequentia paritate. ans. praeter quam quod experientia notissimum est atque compertum late probat S.tus Augustinus, inquirens cur S.a alij non sic vocatus fuerit ut vellet obedire, ait: videmus enim alios aliter eisdem rebus demonstratis, vel significatis ad credendum moveri, sicut exempli gratia, Simeon in Dominum nostrum Jesum Christum adhuc infantem parvulum credidit spiritu ei revelante, cognoscens: Natanael ad unam sententiam, quam ab illo audivit, etta. Respondit. —— Rabbi tu es filius Dei, tu es rex israel etta, multos loquendo incitavit ad fidem, multi, nec suscitatis mortuis crediderunt. De cruce, atque morte eius conterriti etiam discipuli, titubarunt et tamen latro tunc credidit, cum eo non praestantiorem (adverte hoc) videret in operibus, sed consortio crucis equalem. Unus etiam de numero discipulorum post resurrectionem non tam vivientibus membris, quam recentibus cicatricibus credidit, multi ex eorum numero a quibus crucifixus est, qui videntes eum miracula facientem contempserunt, discipulis eum praedicantibus, et in nomine eius talia facientibus crediderunt. cum ergo alius sic, alius autem sic moveatur ad fidem, eademque res saepe alio modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, aliumque moveat alium non moveat, quis dicat deesse Deo etta. hic S. Augustinus ex quo adhuc S. Fulgentio ea habimus intelligens. ——

Probatur 4.o ex S.to Cirilo lib. 11.o in Joannem cap.le 21. quod, si proditor, inquit, equaliter alijs discipulis Salvatoris auxilium non habuerat frustra hec a nobis dicerentur; sin autem non minus quam ceteri divina gratia regebatur, sed suo ipsius iudicium in profundum perditionis delapsus sit, quomodo etiam non servavit eum

Christus

christus. En supponit S.tus Sicilus equales fuisse ceteris apostolis in auxilio, et gratia, et tamen alijs non pereuntibus, ipse suo proprio iudicio in profundum perditionis delapsus est.

Probatur 3.o ex Tridentino sessione 6.a de iustificatione capite 5.o ubi docet, eidem gratiæ libere assentiendo etc. quippe qui illam abijcere potest, ex quibus verbis sic arguitur: homo eidem gratiæ auxilio, cui consentit, potuit dissentire, ut conciliquit, ergo a fortiori poterit alius dissentire, si eadem gratia præveniatur; atque ideo provenire poterit, quod ex duobus hominibus, eadem gratia sex æquali mensura auxilij unus possit dissentire, cum alter consentit. Sectio 3.a evenire non potest quod ex duobus æquali auxilio in ratione beneficij prævenientis unus convertatur, altero non converso.

Sectio 3.a

Evenire non potest, quod ex duobus æquali auxilio in ratione beneficij præveniantis unus convertatur altero non converso.

Ita Mascareñas, Vasquez et Suarez sectione 1.a citati; at sine dubio ij qui docent esse maius beneficium auxilium efficax, quam sufficiens. Ut Meratius tomo 1.o tractatu de gratia disp. 6.a sectione 2.o. Tanelus tomo 2.o disp. 6.a de gratia questione 2.a dubio 7.o n.o 114.o et 115.o et 125 Valencia tomo 2.o disp. 8. questione 3.a puncto 4.

§. 2

§. 2 Ulrsu posteriori alio pars, Montens in suis disputationibus Theologis disp. 6a. cap. 5. vlrsu quin etiam, et vlrsu at opponent, alijque non pauci (imo oes doctores Iae sententiae stare debent pro hac conclusione) quamvis Philipus Faver sentiat cum auxilio equali etiam in rone beneficij posse stare, quod unus convertatur alio non converso. Videlum in tractatu de praedestinatione disp. 60a. cap. 6. n. 5.

Pr. I° Stare non potest, quod ex duobus hoibus alter convertatur alio non converso, et quod non fiat speciale beneficium ei, qui convertitur. ergo stare non potest cum auxilio equali in rone beneficij unum converti alio non converso. Patet quia si stare posset, etiam posset stare, quod ei, qui convertitur, non fieret speciale beneficium, ut fieri dicitur in ant; quod ita probo, ei qui convertitur utilius fuit auxilium, siquidem datum fuit quando deus praevidit voluntatem operaturam, et deducit ad gratiam, et amicitiam dei, quam ei, qui non convertitur (quandoquidem illum reliquit in miseria, et pecato anti) et collatum fuit a deo ex scientia maioris illius utilitatis nulloque cogente, sed ex mera sua liberalitate, a libertate, et ex animo, ut prodesset.

Pr. 2°. quia maius beneficium e conferre auxilium, quando deus scit profuturum, quam cum scit non profuturum; sed stare non potest, quod ex duobus unus convertatur, quin ei deus contulerit auxilium quando sciebat profuturum, et alter non convertatur, quin ei contulerit auxilium, quando sciebat non profuturum. ergo stare non potest, quod unus convertatur altero non converso, et quod sit in utroque equale auxilium in rone beneficij.

Pr. 3°.

Pr. 3. illud ē maius, quod a Dēo scienter, et libere datur, quando oibus inspectis pluris stimari debet, quam quod dat ei, qui non convertitur, (quamvis atenta precisse entitate equalia sint, aut forte maius, quod reperitur in non converso) ergo semper in eo, qui convertitur fit maius beneficium in collatiōne auxilij; atque ideo stare non potest, quod cum equali auxilio in rōne beneficij vnus convertatur alio non converso. maior mihi aparet certa, minor pr, quia oibus inspectis pluris estimat qui prudenter pensat res, et iuste ponderat, quod ad salutem prodest, quam quod non prodest, quod nos facit ēē meliores, quam quod nos relinquit in vilitate priori; quod facit ad finam pervenire, quam quod nil tale.

Pr. 4. illud ē maius beneficium in cuius collatiōne deus hominis magis misereretur, atqui deus magis miseretur illius, cui confert auxilium eficax, quam cui ineficax. imo Stus. Augustinus illius solum dicit misereri, cui confert grām eficacem, et non illius, cui confert ineficacem: ergo semper facit maius beneficium ei, cui confert auxilium eficax. ergo cum semper ei, qui converditur conferat eficax, ei vero qui non converditur conferat ineficax, semper facit maius ei, qui convertitur, et consequenter nunquam continget, quod ex duobus, quibus equale beneficium fit in collatiōne auxilij vnus convertatur alio non converso.

Probat 5. Per. Tannenus, quia maius beneficium ē, quod confertur ex maiori amore, et benevolentia, sed grā eficax confertur a Dēo ex maiori amore, et benevolentia, quam ineficax: ergo maius beneficium ē conferre grām eficacem, quę cum detur in eo, qui convertitur, et non in eo, qui non convertitur contingere non potest, quod equales sint in beneficio gratię

qui

qui convertitur, et qui non convertitur.

Sectio. 4ª

Obiectionibus respondetur.

Obijcies I°. si deus æqualem portionem gratiæ duobus conferret, et cætera essent omnia paria ex parte dantis; at unus eorum pro sua libera voluntate operaretur, alter vero non; absque dubio nulli fuit datum maius beneficium ex parte dei, et tamen in uno esset gratia efficax, in altero inefficax. ergo gratia efficax non est maius beneficium, quam inefficax; atque ideo stare potest, quod cum æquali auxilio gratiæ etiam in ratione beneficij unus convertatur alio non converso. Probatur maior, quia si aliquis dives æqualem pecuniæ summam in aliquot pauperes æqualiter distribueret, æquali eos beneficio aficeret, quamvis postea contingeret, quod erogata pecunia, quibusdam cederet in perniciem, et detrimentum, alijs in utilitatem, et commodum maximum, eo quod aliqui male, alij bene illa uterentur.

Respondetur I°. involvi contradictionem in maiori, quia cum sit impossibile, quod aliquis bene usurus sit auxilio, et quod deus id prævideret, quando illud dat, est impossibile, quod ex parte dantis omnia sint æqualia, et unus operaturus sit, alio non operante, cum respectu operaturi præcedat in collatione auxilij scientia conditionata de operatione, quæ non præcedit respectu non operaturi; scientia autem futuræ operationis, et utilitatis in collatione auxilij conducit, ut dixi, ad rationem beneficij: ad exemplum dico prædictum divitem ideo non facere speciale beneficium ijs, quibus futurum est, ut cedat in utilitatem pecunia erogata, quia id ipse ignorabat, quando contulit; faceret autem si id novisset, ut perfectissime novit deus, quando auxilia suæ gratiæ distribuit.

Respondetur 2°. concessa conditionali ~~maioris~~ propositionis

portionis maioris, si enim Deus equaliter se haberet in collatione portionis equalis gratie nulli faceret speciale beneficium, et si tunc unus operaretur altero non operante, daretur auxilium eficax, quod non esset tunc formaliter maius beneficium, sed materialiter. hinc autem non infertur, quod de facto ita contingat, aut contingere possit, quia non potest de facto contingere, quod in maiori afirmatur sub conditione. eo quod non possit contingere, quod ponatur conditio, videlicet, quod Deus equaliter se habeat in omnibus, et quod unus sit operaturus, et alter non, ut ex dictis solutione precedenti constat.

§. Obijcies secundo. Scientia rei non facit ipsam rem, sed illam supponit, neque enim ideo res talis est, ~~scientia rei non facit ipsam rem, sed illam supponit neque enim ideo res talis~~ est quia cognoscitur, sed ideo cognoscitur talis quia talis est: ergo scientia de futuritione eventus in collatione auxilij non facit illud esse maius beneficium, sed supponit aliunde esse maius, et cognoscit esse tale quia independenter a scientia tale est. Respondetur quod licet scientia non faciat rem secundum esse phisicum facit secundum denominationem moralem quam subit: facit esse enim liberam, et faciendo esse liberam facit esse meritoriam et demeritoriam. beneficium autem moraliter ut tale habet moralitatem, et etiam in conferente libertatem, ac proinde scientiam. quocirca hec non supponit rationem beneficij constitutam, sicut neque in bono opere rationem meriti, sed constituit, aut est conditio per se requisita ut detur.

Obijcies 3º: cui daretur maior portio gratie, et robustius auxilium independenter a scientia, et futuritione operationis prescisse que consideratis entitatibus gratie, et auxilijs inequalibus, maius beneficium fieret quam cui daretur minor ergo ad rationem maioris beneficij non requiritur scientia nec futuritio

tuitio. atque ideo, si qui convertitur hēt equalē proportionē auxilij cum illo, qui non convertitur, non hebit maius beneficium, et solum erunt prosterat quod cum equali auxilio in rone beneficij unus convertatur, altero non = converso. —

Rñtur negando ans si loquatur de beneficio tali (quidquid sit de rone mali, seu de beneficio mali sumpto quod accedentibus aliis conditionibus subiret denominationem beneficij, et indueret moralem extimationem talis) imo si Deus conferret minus auxilium, quando scit voluntatem cooperaturam maius beneficium faceret, quam si longe maius conferret, quando sciebat non operaturam. quare neganda ē csequentiā; et quidquid inde subinferebatur.

Obijcit 4º Pr. Lesius maius beneficium fuit vocatio Iude ad apostolatum, in quo damnatus ē, quam vocatio multorum ad matrimonium, in quo salvati sunt. ergo divina beneficia non sunt pensanda ex eventu futuro operationis, qui ex nobis pendet, sed ex ipsa rei prestantia, et magnitudine.

Rñtur concedendo ans si atendamus precisse ipsas vocationes ad statum; negando vero si atendamus oia alia beneficia, seu cumulum beneficiorum qui ad finalem penitentiam, aut impenitentiam concurrit, atque ideo nego cōntiam. sicut enim melius est ēe, quam non ēe, at melius ē non ēē, quam ēē peccatorem, et reprobum ut dixit Christus de proditore, melius erat si natus non fuisset hō ille, ita melius ē et maius beneficium ēē vxoratum iustum, et predestinatum, quam ēē apostolum peccatorem, et reprobum, saltem in extimatione morali. —

Obijes 5º id, quod à mea voluntate oritur, seu ex mea voluntate hēo non ē speciale beneficium: sed quod auxilium equale in me hēat operationem ē ex mea voluntate, et ab ea oritur, sicut a voluntate alterius oritur,

quod non habeat

quod non habeat operationem in illo. ergo quod auxilium habeat in me operationem non est speciale beneficium, atque ideo, quando convertitur cum auxilio equali in ratione virium, etiam convertitur cum equali in ratione beneficij minorem probo, quia ex mea ~~volunt~~ libertate oritur, quod respondeam auxilio.

Aliquis responderet negando maiorem quia gratia facit quod oriatur a mea voluntate illam movendo atque inclinando, atque ideo per gratiam moventi tribuendum est tanquam speciale beneficium, quod oriatur. Ad concessa maiori distingo minorem; quod auxilium equale, si detur, habeat operationem a mea voluntate oritur concedo minorem; quod detur, quando previssum est in me habiturum operationem auxilium gratie a mea voluntate oritur nego minorem, itaque quod detur operatio quando confertur auxilij gratie a voluntate oritur; sed quod detur auxilij gratie in illis circumstantijs in quibus previsum est a voluntate ponendam operationem, potius quam in alijs non oritur a voluntate sed a deo et in hoc stat ratio specialis beneficij. Sectio 5.a stare potest quod ex duobus equali auxilio prevenits unus convertatur alio non converso si inequaliter ambo tententur.

Sectio. 5.a

Stare potest, quod ex duobus equali auxilio preventis, unus convertatur, alio non converso, si inequaliter ambo tententur.

Hanc assertionem docet Aldenda 1.a parte questione 19.a articulo 8.o disp. 58.a sectione 2.a a numero 10, et tenentur docere autore. Re. pr 1.o, quia quando

do conversio uni é facilior, quam alteri stare potest quod is convertatur, cui facilior é conversio, eo non converso, cui é difficilior: sed quando datur æqualis mensura auxilij duobus hoibus ad conversionem ei é facilior, qui minori tentatione vexatur, quam ei, qui maiori: ergo stare potest quod ex his duobus unus convertatur, is videlicet qui minori tentatione pulsatur, alio non converso, qui maiori - maior mihi tamdiu certa erit, quamdiu non ostendatur repugnantia in opposito, que nec apparenter, ut credo potest ostendi: minorem probo, tum experientia, tum rone; quia eo res é difficilior, quo maior ocurrit resistentia vincenda: maior autem ocurrit in urgentius tentato, quam in tentato remissius: ergo huic facilior é conversio, quam illi.

Pr. 2°. ~~qui~~ si duobus darentur inæquales vires auxilij, nulli dubium foret, quin posset stare, quod unus converteretur alio non converso: sed perinde é, dare æquales vires ex parte auxilij, quando duo inæqualiter tentantur, atque eis dare inæquales vires auxilij: ergo quando dantur æquales vires auxilij inæqualiter tentantis stare potest, quod unus convertatur alio non converso. Minorem probo, quia perinde é dare auxilium, ut quatuor urgente tentatione, et resistentia, ut duo, atque dare auxilia, ut duo nulla urgente tentatione, aut resistentia; eo enim minus possumus, quo maior ocurrit resistentia; et eo plus, quo resistentia é minor; atque ideò perinde erit dare æquale auxilium inæqualiter tentantis, atque illis dare inæquale maius scilicet tentato minus; et minus magis tentato.

Pr. 3°. contingere potest, quod cum æqualibus viribus, quis operetur, qui minora habet obstacula, segniusque retrahitur ab operatione, alio non operante, qui

maiora

maioraĥet impedimenta, et fortius retrahitur ab operatione; ẽ enim in uno specialis ro; quare operetur, quæ non ẽ in alio, et plura in uno concurrunt, quæ conducunt, et iuvant ad operationem, quam in alio: sed in eo qui cum æquali auxilio ĥet minorem tentationem, minora ĥet obstacula, tepidiusque retrahitur ab operatione, quam is, qui ĥet maiorem tentationem: ergo contingere potest, quod ex his duobus unus convertatur, et operetur, is videlicet qui minus tentatur, alio non operante, nec ad operationem se astringente.

Pr. 4 concurrente æquali auxilio in duobus inæqualiter tentatis utrque ĥet libertatem ad conversionem, et ad negationem illius. ergo poterit unus pro suo arbitrio converti, et alter tunc pro suo non converti, cum exercitium libertatis unius non dependeat ab exercitio libertatis alterius, sed cuique sit electio conversionis, aut negationis illius. quæ vò si bene ponderetur non solum probat posse stare, quod convertatur minus tentatus, alio non converso; sed quod convertatur vigentius tentatus non converso, qui tentatur minus, nam libertas potest facere quod unus succumbat minori tentationi, quando alter eiusdem auxilii resistit maiori.

Sectio. 6ª

Stare potest, quod ex duobus æquali auxilio præventis, unus convertatur alio non converso, si concurrat in utroque inæqualis complexio, aut dispositio subiecti.

Ita Pr. Tannerus tomo 2°. disp. 6ª. quæst. 2ª dubio 7 n°. 118. Molina in concordia quæst. 14ª. articulo 13°. disp. 12ª. Suarez lib°. 3. de auxiliis cap. 21. n°. 6. et 9. Meratius, et alij, a fortiori quæ docebitur a Sto. Augustino infra referendo, siquidem docet, cum æque qualitate animi, et corporis, cum æquali tentatione, et dispositione, seu affectione corporis stare, et posse evenire, quod unus consentiat, alter resistat, et in castitate perseveret. sed audi eum nunc lib°. 1°. ad Simplicianum quæst. 2ª sic aiente: quamvis multi uno modo vocati sunt, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi solum sequuntur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei.

Pr. 1°, quia complexio, et dispositio naturalis subjecti plurimum conducit, ut supra ostendi, ad efficaciam auxilij: ergo evenire poterit, quod ubi datur melior dispositio, melior complexio, et melior affectio subjecti, reipsa habeat effectum, eâdem mensura auxilij, quæ in alio subjecto deterioris dispositionis, deterioris complexionis, et deterioris affectionis non haberet. Pr. consequentia, quia specialis ratio est, quare in uno habeat effectum, et in alio non, habere in uno plura, quæ conducant, et in alio non.

5. Pr. ~~Stare potest, Pr.~~ 2°, quod idem, aut æquale auxilium habeat effectum, ubi minorem invenit resistentiam, et non ubi majorem, sed in subjecto melius disposito, melius inclinato, et melius affecto minorem invenit resistentiam, quam in deterius disposito deterius inclinato, et affecto: ergo stare potest, quod habeat effectum in melius disposito, et illo careat in deterius disposito etc. atque ideo ex duobus æquali auxilio præventis, sed inæqualiter dispositis poterit evenire, quod unus operetur, et convertatur, altero non converso. Maior ex se

patet,

patet, quia facilius prorrumpit in operationem, ubi est minor resistentia, minor Pr. quia natura rebelis pars inclinationis, et complexionis dificilius trahitur ad bene operandum, ut patet in luxurioso, qui maxime resistit vocationi ad castitatem, et in superbo, qui ægre trahitur ad humilitatem, cum tamen ad priorem virtutem facille trahatur pudicus, et ad posteriorem humilis.

Pr. 3°. Si auxilia essent inæqualia, et complexiones, ac dispositiones æquales posset optime stare, quod unus converteretur, alio non converso, ut nemo negat: ergo si auxilia sint æqualia, et dispositiones inæquales potent stare, quod unus convertatur alio non converso. Pr. coentia, quia perinde est in estimatione morali, et per equivalentiam dare æquales vires, ubi sunt inæquales dificultates, et resistentiæ vincendæ, atque dare inæquales, quando resistentia, et dificultates sunt æquales, siquidem perinde est dare vires, ut quatuor, ubi est resistentia, ut quatuor, atque dare vires, ut duo, quando non datur resistentia, ut duo, et plus possunt vires, ut duo, quando nulla est resistentia, quam vires, ut quatuor quando resistentia est, ut quatuor, l. ut sex. Constat autem eo esse maiorem dificultatem, et resistentiam ad operandum, quo naturalis complexio vocati peior, et ad opositum proclivior est.

Pr. 4°. quia experientia teste, consilium, vocatio, vel verba suasoria, et alia motiva, quæ te nunc non movent, quia es minus bene dispositus, eo quod tristis, l. iratus, l. melancolicus, postea quando es melius dispositus, hilaris, et pacatus: ergo sicutte nunc movent, et antea non te movebant ob inæqualitatem dispositionis, et afectionis potest eadem mensura auxilij, et motivi gratiæ unum movere, alio non moto, si eadem dispositionis, et afectionis inæqualitas reperiatur in utroque.

Pr. 5.

Pr. S. quia stante inæqualitate dispositionis, et affectionis cum æqualitate auxilij, quilibet e dominus suarum actionum, et potest quilibet pro suo libito independenter ab alio eligere operationem, aut negationem operationis: ergo poterit evenire, quod quando unus pro suo libito eligit operari, alter pro suo eligat non operari? alias unius ellectio, et actio penderet ab ellectione, et actione alterius.

Sectio. 7.a

Evenire potest, quod ex duobus æquali auxilio præventis unus convertatur alio non converso, si ex parte vocati sit inæqualis arbitrij resistentia.

Hæc conclusio non habet maiorem dificultates, quam præcedentes, atque ideo pro illa stare debent, qui stant pro reliquis. ne tamen detur confusio, aut ocasio errandi advertet triplicitter, posse considerari inæqualem arbitrij resistentiam in utroque, 1.º ita ut utrique vocatus plus resistat, quam auxilium potest, atque ideo licet una resistentia sit maior alia, non sit minor, sed maior, quam activitas auxilij. 2.º ita ut utrique vocatus minus resistat, quam auxilium potest; atque ideo licet una resistentia respective ad aliam sit maior, comparatione ad activitatem auxilij utraque sit minor, et nulla maior. 3.º denique, ita ut unus vocatus plus resistat, quam alius, et plus quam auxilium potest, alter vero minus, quam alius, et minus, quam auxilium potest, atque ideo resistentia unius non solum sit maior, quam resistentia alterius, sed etiam, quam activitas auxilij; alia vero resistentia sit minor comparatione utriusque.

Hyppremissio

Hypremissis nonhet locum proxima conclusio in meis prinsipijs, quando vtraque resistentia é maior, quam activitas auxilij, nam in meis prinsipijs stare nequit, quod auxilium heát eficaciam, et sortiatur efectum, quando illius activitas é minor, quam resistentia voluntatis: ergo si comparatione vtriusque resistentię activitas é minor comparatione vtriusque debet carere efectu, et eficacia, atque ideo stare non potest, quod in vno sit eficax, et in alio ineficax. Preterquam quod, si vnus converteretur alio non converso, convinceretur resistentiam vnius fuisse victam ab activitate auxilij, et consequenter resistentiam fuisse minorem activitate auxilij, ~~et consequenter~~ contra suppositum.

Loquendo autem, quando vtraque resistentia é minor in vtroque vterque convertendus é, nam cum supponamus auxilium posse de se vincere, et ee maiorem illius activitatem qualibet alia resistentia, quę non provenit a libera voluntate, alias non esset sufisiens iuxta ea, quę supra ostendimus, si resistentia voluntatis in vtroque é minor, in vtroque infalibiliter vincet auxilium, erit eficax, et sortietur operationem quoniã hebit maioris inęqualitatis, atque ideo vterque infalibiliter convertetur.

Restat videamus, quando resistentia vnius é minor, quam activitas auxilij, et alia maior eadem activitate, et dicendum é, tunc posse stare, quod vnus convertatur alio non converso, vt in titulo prę misimus. Probari potest facile ex ante dictis, nam cum infalibile sit hoím convertendum, quando activitas auxilij é maior, quam resistentia voluntatis, et tunc non convertendum, quando activitas auxilij é minor, quam resistentia, si vnius resistentia é minor, quam activitas auxilij, et alterius resistentia é maior, non solum poterit stare, quod vnus convertatur alio non

converso,

converso, sed infallibile erit, quod id eveniat, quoniã infallibile erit converti, qui minorẽ hēt resistentiam, et non converti, qui maiorẽ: ergo consistatur, quia si stare non potest, quod unus ex his convertatur alio non converso, aut utrque erit convertendus, aut utrque non convertendus, neutrum dici potest: ergo. minorem probo, quia si utrque convertatur, convertetur ille, cuius resistentia ẽ maior, quam activitas auxilij; at eo ipso, quod convertatur convincitur resistentiam fuisse minorem (siquidem victa ab auxilio) contra suppositum. ergo dici non potest quod utrque sit convertendus. sed neque dici potest, quod utrque non sit convertendus, quia sic ille non convertetur, cuius resistentia ẽ minor, quam activitas auxilij, at eo ipso, convincitur ẽẽ maiorem (siquidem non illam superat auxilium, sed ab illa superatur, reprimitur, et vincitur) contra suppositum. ergo.

Sectio. 8.ª

Stare potest, quod ex duobus tan in auxilio, quam in reliquis, quę antecedunt usum libertatis oĩo ęqualibus, unus convertatur alio non converso.

Hęc ẽ præcipua huius controversię difficultas, in qua non comprehendo ęqualitatem beneficij; propter supra dicta; existimo enim implicare, quod cum ęqualitate beneficij unus convertatur, alio non converso, quoniam eo ipso, quod operetur, convincitur eum fuisse præventum maiori, et speciali beneficio, quo non fuit præventus, qui non operatur. atque ideo solum fingimus homines per oĩa in reliquis ęquales.

Conclusio ẽ aperte contra 1.am sententiam ex sectione 1.a relatis, sed defenditur a 2.a et pr 1.o, ex Sacra Scriptura Mathei. 11.

11° vè tibi Corosaim, vè tibi Bedsaida, quia si in tyro, et Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in te, utique in cilicio et cinere pœnitentiam egissent. a quibus non longè distant quæ hentur Exequielis cap. 3°. Vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos; non enim ad populum profundi sermonis, nec ignotæ linguæ tu mitteris; neque ad populos multos profundi sermonis, et ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. quæ loca, et verba continent infallibilem, et certam revelationem, ac prædictionem, ut optime expressit Augustinus lib. de dono perseverantiæ cap. 9.

Sed instamus in priori loco Mathæi, ubi Christus ex eo reprehendit duritiam Corosaim, et Bedsaidæ, quod non egerint pœnitentiam cum iis, quæ si Tiro, et Sidoni darentur illam egissent, quod ê has civitates eê convertendas, illis non conveniens, si omnibus eadem, aut æqualia conferrentur. et quidem, ut responsio sit iusta, et exemplum Christi urgeat debuerunt omnia, cum quibus tyro, et Sidon converterentur concurrere in Corosaim, et Bedsaida, si enim plura in illis, quam in istis, aut certe maiora concurrerent, quæ ad conversionem conducerent, et non essent per omnia æquales, careret vi obiurgatio Christi, et illius argumentum ab exemplo elumbe esset, siquidem possent respondere Bedsaida, et Corosaim. quid mirum, si Tiro, et Sidon pœnitentiam agerent, quando plura haberent, quæ ad pœnitentiam conducerent, et quibus nos caremus? fac nos illis æquales, da nobis omnia, quæ in illis tunc concurrerent, et non minus, quam illæ pœnitentiam ageremus.

Mirum ê quantis torserit hæc autoritas adversarios, qui ut vi declinent varias solutiones meditati sunt. 1° enim aliqui dicunt Christum loqui de externa prædicatione associata et stipata miraculis, quæ si eadem fuisset in Tyro, et Sydone

Similiaque

similia quæ signa, et æqualia miracula concurrerent, converterentur, et agerent pœnitentiam; quia licet prædicatio, et miracula essent eadem, seu æqualia, auxilia interna essent inæqualia. 2º alij dicunt, ideo Corosaim, et Bethsaida reprehendi, quia impedierunt, seu impedimentum apposuerunt auxilio efficaci; quod impedimentum non apponerent Tyro, et Sydo, atque ideo non essent per omnia æquales. 3º volunt non futuram eandem dispositionem in omnibus his civitatibus ad recipiendum auxilium efficax, atque Tyro, et Sydo se disponerent: at Corosaim, et Bethsaida non se disposuerunt, et consequenter non erant per omnia æquales. 4º volunt quod licet auxilia in omnibus essent æqualia entitative, circumstantiæ forent inæquales, et ratione diversarum, et inæqualium circumstantiarum auxilia censeri inæqualia, et plus posse eandem voluntatem in his, quam in illis, ut experientia constat; quæ enim movent in his circumstantijs, in alijs non movent.

Verum hæc omnia unica impugnatione truncatur ex quocunque enim capite constituantur prædictæ civitates inæquales, si diversitas contingat in ijs, quæ distinguuntur ab usu libertatis, et independenter ab illo conferuntur, redditur inefficax, et vana Christi obiurgatio. nam 1º si auxilium esset maius, quamvis prædicatio esset eadem, eademque miraculorum ~~copia~~ et signorum copia, respondere possent Corosaim, et Bethsaida: quid mirum domine, quod Tyro, et Sidon converterentur, siquidem haberent maius auxilium a tua liberalitate collatum? da nobis æquale, et tunc si non convertamur iusta erit nostra reprehensio. 2º si se impedierunt Bethsaida, et Corosaim respondere possent eodem modo, domine; ideo nos impedimentum posuimus, quod non apponerent Tyro, et Sydo, quia maius auxilium haberent ad non se impediendum (si enim æquale esset in omnibus ~~iam~~ iam haberemus intentum, quod cum æquali auxilio, ceterisque omnibus impedimentum præcedentibus, se habentibus æqualiter

liter, hę civitates se impedirent, et alio non) da nobis ęquale, et tunc tua erit obiurgatio iusta, et nulla ex parte nostra iusta excusatio, propterea quod non egerimus pœnitentiam, quam illi agerent. 3°. Si dispositiones essent inęquales etiam respondere possent, domine minum non é, quod Tyro, et Sydon convertendę essent cum ęquali auxilio, si herent dispositiones diversas, et inęquales, cũ hę plurimum conducant ad efficaciam vocationis; fac nos ęquales, et tunc locum hebit tua indignatio, et reprehensio. quod si dispositio a nobis, et illis ponenda é, nos illo non ponimus, et illę civitates ponerent, quia ad se disponendum herent maius auxilium, aut aliquid speciale, quo nos caremus (alias cum ęqualitate oium staret, quod hę civitates disponerentur, et alię non, ut contendimus.) Si denique circunstantię conducunt, et sunt inęquales similiter possent dicere mirandum non esset, quod Tyro, et Sydon converterentur, siquidem herent meliores, altiores, et congruentiores circunstantias, quas si herent Bedsaida, et Corosaim converterentur, aut staret, ut volumus, quod cum ęquali auxilio, et ęqualibus circunstantijs etta. alię civitates converterentur alijs non conversis.

Sectio 9ª

Probatur secundo eadem doctrina authoritate Patrum.

Elegantissimus est Augustinus. libro decissimo secundo de civitate capite sexto in hac materia. audi: Si duo ęqualiter affecti animo, et

et corpore (sub quo duplici genere comprehendantur omnia, tam quæ ad auxilia, quam quæ ad tentationes, dispositiones, complexiones et cætera pertinent) videant unius corporis pulcritudinem, qua visa, unus eorum ad illicite perfruendum moveatur, alter in voluntate pudica instabilis perseveret. quid putamus esse causæ, ut in eo fiat voluntas mala? neque enim pulcritudo illa corporis, nam eam non fecit in ambobus, quandoquidem ambobus non dispariliter occurrit affectibus. an caro intuentis in causa est? cur non est illius? an vero animus? cur non utriusque? Ambos enim, et animo, et corpore æqualiter affectos fuisse, prædiximus. An dicendum est alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione tentatum, quam, si non eidem suggestioni, et qualicunque suasioni propria voluntate consenserit. Hanc igitur consensionem, hanc malam, quam male suadenti adhibuit voluntate, quæ in eo vis fuerit quærimus. Nam, ut hoc quoque impedimentum ab ista quæstione tollatur, si eadem tentatione ambo tententur, et unus ei cedat, atque consentiat, alter qui fuerat perseveret, quid aliud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate deficere? Unde, nisi propria voluntate ubi eadem fuerat in utroque corporis, et animæ affectio? Amborum oculis pariter visa est eadem pulcritudo, ambobus pariter institit occulta tentatio. Hæc Augustinus, et quidem valide.

Nec minus fortiter idem (seu, ut alii malunt) s.tus Fulgentius libro de prædestinatione, et gratia cap. 15.° ubi conferens Nabucodonosorem cum Faraone ait: quantum ad

tum ad naturam ambo homines, quantum ad dignitatem ambo reges, quantum ad causam, ambo captivum Dei populum possidentes; quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti: fuit ergo finis eorum haud talis dilectio nisi quod unus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam pietatem pugnavit arbitrio.

Satis etiam ad rem Sanctus Chrisostomus ad Romanos 9º homilia 16ª ita loquitur: Deus admodum bonus cum sit in utrisque eandem ostendit bonitatem (videlicet in prædestinatis, et reprobis) etenim non eos modo, quos servabat miseratus est, sed et Faraonem ipsum, quantum quidem in ipso fuit eandem enim lenitatem, et illi, et hi assequuti sunt, qui si servatus non fuit rei totius culpam ab illius animo accidit, nam Dei partes, et officia nihilominus accepit, quam qui servati sunt.

Consonant quæ dixit Sanctus Cirillus lib. 12º in Joannem cap. 21º agens de discipulo proditore, quod si proditor, inquit, æqualiter aliis discipulis salvatoris auxilium non habuerat, frustra hæc a nobis dicerentur: sint autem non minus, quam cæteri divina gratia recreatus, sed suo ipsius iudicio in profundum perditionis prolapsus sit, quomodo etiam non servavit eum christus qui suum patrocinium ei præstitit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerat, servasset hominem, nisi ultro ille in perditionem insiluisset. ergo gratia in aliis efficax sit, servabit quoscumque cooperantem ei voluntatem tradiderunt. mitto alias autoritates, quia hæ selectiores sunt, et sufficiunt. Sectio 10ª. pr. D. id ipsum rationibus.

Sectio 10ª.

Sectio 10ª

Probatur 3º. id ipsum rationibus.

1ª de sumitur ex Valentia, sicfieri possit, ut ex duobus, qui iam habeant similiter, et equaliter gratiam priorem efficaci, unus reiiciat, ac respuat illam, alter autem illa utatur fatendoque fieri posse, ut unus per illam talem gratiam convertatur, et alter non: sed sic fieri potest ergo et 2ª. maior per se clara est, nam qui gratiam aliquam, postquam illam habet respuit, ac reiicit, utique per eam non convertitur, qui autem ea ad conversionem utitur, utique convertitur. ~ ~

Minorem probant tum ex Sacra scriptura ijs locis in quibus aliqui reprehenduntur, quod cum vocati certo quodam modo potuerint uti tali vocatione, et converti, id non fecerint, sed gratiam vocationis iam habitam reprudiaverint, probe viorum 1º. quia vocavi, et renuistis etc. ad Romanos 10. tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem mihi, Lucæ 14. nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustavit cœnam meam, tum ex tridentina sessione 6ª. de iustificatione, tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem ipsum nihil agere inspirationem illam recipiendo, quippe qui illam, et abiicere potest, item canone 4. siquis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, et excitatum non posse dissentire si velit anathema sit. ~ ~ ~

Hæc ratio sic urgeri debet, quod unus reiiciat illam vocationem, non tollit quod ea alter

utatur

statur. ergo evenire potest quod vnus illam reiiciat, et ea alter statur, quod e vnum converti, et operari, altero non converso, nec operante. consequentia patet, quia si evenire non posset. Sanè, quod vnus reiiciat vocationem dictam tolleret, quod alter illa vteretur cum vno reiiciente, iam non posset evenire quod alter consentiendo statur. ans probo, quia vsus libertatis vnius non impedit vsum libertatis in alio, neque detractio vnius ad hoc extremum tollit libertatem alterius ad oppositum.

Pr 2° adhuc supposito quod vnus ex duobus oio equaliter preventis resistens gratie vocanti ad precepti impletionem, et ad non sucumbendum tentationi, non impleat preceptum, sed sucumbat tenetur sub precepto alter tentationi resistere, et preceptum implere. ergo stare potest quod vno sucumbente, et non implente alter impleat, et non sucumbat. tenet consequentia, quia si stare non posset, 1° sucumbente non teneretur alter implere preceptum, et non sucumbere, cum iam sit impole nec poni possit, impleri preceptum, et tentationi resisti. ans probo; quia si non resistat, nec impleat peccat: at non peccare, si non teneretur. rursus. quod alter sucumbat, aut non sucumbat non e in mea potestate. ergo non peco in eo quod alter sucumbat: et tamen peco in hoc quod alio sucumbente ego etiam sucumbam. ergo quia non obstante lapsu alterius in mea potestate e non subcumbere: ergo possum facere, quod alio sucumbente, ego non sucumbam.

Confratur, et simul urgetur, l. po. e e quod hec hipotetica sit vera ex duobus per oia equaliter preventis, 1us convertitur, et 2us non convertitur. l. non? si 1º. ergo stare potest quod vnus convertatur altero

altero non converso. probo consequentiam quia id stare potest, quod est possibile et non sequitur inconveniens si fiat. si vero non est possibile, ergo uno non converso alteri non superest libertas ad conversionem, sed necesse est non converti quia nequit esse liberum quod est impossibile atque ideo non peccabit, quia nec peccabit omittendo, sed non ponendo rem sibi impossibilem, et praeterea, quia non pecco quando alter non convertitur, siquidem non conversio alterius non est usus meae libertatis, aut mihi libera, nec pecco quando ego non convertor, quia ex suppositione non conversionis alterius omnino non possum meam conversionem. ~

Probatur 3.º si mihi Deus conferret auxilium compatibile cum libertate possem pro meo libito, et arbitrii libertate, cum illo et omnibus, quae antecedunt usum libertatis coniungere operationem, et negationem illius; demus iam me coniunxisse operationes, et postea accedere, aut advenire Petrum, cui Deus det aequale auxilium, et constituat aequalia, quae praecedunt omnino usum libertatis; nunc quid petro non erit similiter omnino liberum coniungere pro suo libito negationem operationis cum auxilio, et omnibus quae praecedunt usum libertatis sicut ego potueram? cum autem ego ita possem coniungere, ut nullum esset absurdum nullumque sequeretur inconveniens si re ipsa coniungerem. poterit, non obstante, quod ego coniunxerim operationem, coniungere re ipsa negationem neque ullum erit inconveniens quod coniungat. ~

Urgetur hoc amplius, ut talis negatio sit mihi libera opus est ut possim coniungere negationem operationis cum iis omnibus, quae in mea potestate non sunt, iuxta ea, quae supra late diximus in eo unanimi praemotionem. sed quod sub aequali auxilio, praeveniente, quia omnia

ūa alteri operetur non ē in mea potestate: ergo ut habeam ~~operationem~~ libertatem circa negationem operationis ē mihi liberum ut eo modo quod ē alterum operari possim coniungere negationem operationis.

Prō 4ō posita conversione unius nil ponitur, ~~aut datur incom~~ aut datur incompatibile cum negatione convulsionis alterius equaliter dispositi: ergo posita convulsione unius adhuc poni et stare potest negatio convulsionis alterius. patet consequentia, quia si non potest maxime propter aliquid incompatibile. ans probo, quia convulsio unius non ē incompatibilis cum convulsione alterius. deinde cum omnibus quae praevie antecedunt usum libertatis ē compatibilis negatio, alias tolleretur libertas. ergo cum nihil aliud esse posset incompatibile nihil revera ē.

Prō 5ō quia si stare non posset quod ex duobus omnino equaliter praeventis (ante exercitum libertatis) unus convulsatur altero non convulso, ipse esset bona consequentia ex illis duobus (sint Petrus, et Paulus) Petrus non convulsitur? ergo neque Paulus: ergo Paulus non potest ponere convulsionem; probo consequentiam, quia ut possit convulsionem ponere, debet posse tollere consequens; sed non potest tollere consequens: cum non possit tollere ans faciendo quod Petrus convulsatur. ergo. Sectio 2ª ad adversariorum obiecta ex autoritate petita.

Sectio IIª

Adversariorum obiecta ex autoritate petita.

Obijcit primo Vasquez Stus Augustinus, qui-

qui lib.º de predestinatione sanctorum cap.º 8.º ita ait, cum igitur evangelium predicatur, quidam credunt, quidam non credunt. Sed qui credunt predicatori forinsecus sonanti, intus a patre audiunt, et discunt; qui autem non credunt, forinsecus audiunt, intus autem non audiunt, neque discunt. Explicans autem quid sit intus audire subiungit, hoc est illis datur ut credant, illis non datur, quia nemo, inquit, venit ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum. ergo quando unus credit, et alius non credit, virtus uni datur ut credat alteri non datur, atque ideo ex parte interne vocationis datur differentia, et diversa vocatio uni, atque alteri adaptatur.

Refertur sanctum Augustinum solum contendere, quod in credente debeat dari auxilium eficax, et vocatio congrua, que non concurrunt in non credente. inequalitas autem eficacis, et ineficacis auxilii congrue et non congrue vocationis non nanio se tenet ex parte eficacis auxilii, aut eorum, que precedunt, ut requisita ad usum libertatis, sed ex parte nostre resistentie, ut supra ostensum est, atque ideo cum equalitate ex parte entitatis auxilii, et reliquorum que precedunt, ut requisita ad usum libertatem, stare potest eficacitas in uno, et ineficacitas in alio, per hoc precise quod unus plus resistat, quam auxilium potest, alter ... non resistat, l. non tantum, quantum potest auxilio.

Obicitur 2.º Gregorius homilia 30.ª in evangelia, ubi post alia dicit, ecce unius loquentis vocem vos pariter audistis nec tamen pariter sensum audite vocis percipitis. cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia,

nisi quia

mihi quia prēter hoc, quod vox loquentis coiter admonet, ē magister, qui de vocis intelligentia quosdam specialiter admonet. vides aliquid esse in audiente speciale, quod intus admoneat de vocis intelligentia. ergo si æqualiter utrique admoneretur, aut uterque perciperet, aut neuter de mente Gregorij.

Rñn speciale, quod sctūs Gregorius agnoscit inhac stare, quod percipientem admoneat deus per auxilium, quando scit auditum esse actum, et quando scit congruere, eo quod prævidet una scia media tunc esse perceptivum, et non vestivum, sed operativum. hoc autem solùm importat specialem rōnem beneficij ex parte antecedentium usum libertatis (siquidem speciale beneficium est dari auxilium, quando scit habiturum effectum et futurum efficax) non vero maiorem entitatem auxilij, aut inæqualitatem vocationis, et inspirationum prævenientis ut supradictum est.

obijtur 3.º Sctūs Prosper lib.º ad capitula Gallorum cap. 8.º ubi respondens ad hanc propositionem quod qui vocati sunt non æqualiter sunt vocati sed alij, ut crederent, alij, ut non crederent (quæ tanquam absurda obijciebant adversarij sancto Augustino.) sic ait. si vocatio in evangelij tantum prædicatione intelligatur, non veraciter dicitur quod alijs atque alijs aliter prædicetur, cum unus sit deus, una fides, una regeneratio, una promissio. si autem ad effectum plantationis, et rigationis aspicitur, aliud actum est cum eis quorum exteriores aures corporali voce pulsatæ sunt aliud in eis, quorum interiorem sensum deus aperuit, et in quorum corde posuit fidei fundamentum.

Rñr tamen non aliud contendere sctūs Prosperus, quam quod deus non eodem mo omnes vocat, sed alios sic alios aliter. hæc tamen diversitas ea est, quam nuper dicebam

dicebam, videlicet quod cum aliquibus agat tempore, opportuno et congruo, quando praevidit eos non restituros, sed secessuros sensum interiorem, si aperirentur aures. haec autem inaequalitas arguit maius beneficium in sic vocatis non maius auxilium secundum vires quae omnino praecedunt usum nostrae libertatis absque condistinguuntur. ——

Obiicitur 4.º Sanctus Thomas 1ª 2ª quaestione 112ª articulo 4.º ubi inquirens an gratia sit maior in uno quam in alio respondet: 1ª causa huius diversitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diversimode gratiae dona dispensat. Respondetur sanctum doctorem loqui de gratia habituali, et solum contendere quod licet diversitas, seu inaequalitas gratiae habitualis sit ut ipse sanctus doctor ait, aliqua ex parte praeparantis se ad gratiam, qui enim magis se ad gratiam praeparat plenioremgratiam accipit, tamen ex hac parte non potest accipi 1ª ratio diversitatis. sed a Deo, qui ut diversa ea dispositio detur, suo auxilio prius elevat praevenit et praeparat voluntatem, ut sic praeparata disponat subiectum ad gratiam inaequalem. quod autem nequeat stare cum aequali auxilio praevenientem omnem usum libertatis, quod unus convertatur, et alter non minime dixit. Sectio 12ª aliae obiectiones ex ratione desumptae. ——

Sectio 12ª

Aliae obiectiones ex ratione desumptae.

Obiicit 1º Vasquez, et ut ipse putat evidenter, si posset stare quod ex duobus hominibus aequali omnino auxilio praeventis unus converteretur altero non converso, nulla differentiae quare is qui convertitur discernatur ab eo, qui non convertitur, non posset

set assignari ex parte Dei, quia ille aequaliter adiuvit utrumque ergo assignanda e ex parte liberi arbitrij, quia unus voluit et illo auxilio alter vero non. clare autem e contra illud Apostoli 1a ad Corinthios 4o quis e qui te discernit? et item adversus illud eiusdem Apostoli in eadem epistola cap. 1o qui gloriatur in Domino glorietur. si enim ita res haberet, posset qui convertitur gloriari in se ipso, ac dicere in die iudicij domine mihi non plus contulisti gratiae, quam illi qui perijt, sed ego per naturae meae vires bene usus sum auxilio tuo et salvum me feci. quod quidem esset intolerabilis blasphemia, atque pelagiana haeresis.

Hanc obiectionem ait libellus ille cui titulus, Calvinismus bestiarum, continere fere eisdem verbis doctrinam Calvini. de quo nihil ego. Rt 1o Pr. Merasius distinguendo duplicem discretionem alteram, quam deus solus facit; alteram, quam ho simul cum Deo. priorem dicit in eo positam quod Deus nullis antibus meritis gratiam conferat in illis circumstantijs in quibus conditionate praevisa operatio, et scit impetraturam consensum. posteriorem in eo quod ho consentiat gratiae praevenienti illique cooperetur sic enim cum adiutorio gratiae se ab hoe non cooperante gratiae discernit. priorem discretionem ait tribuere apostolum soli Deo, posteriorem vero non soli Deo absolute, sed ut causae magis principali.

Quae solutio non ~~Quae~~ ~~solutio~~ longe distat ab haeresi pelagiana ~~non~~ ~~solum~~ (in qua gra, et meritum adscribuntur operibus naturalibus independenter a gratia) sed videtur ee Sti Augustini dum ait, non quia credere, l. non credere non e in arbitrio voluntatis humanae, sed in electis praeparatur voluntas a Domi-

no

no; ideo ad ipsam quoque fidem, quę in voluntate ẽ pertinet, quis enim te discernit? quid autem hes, quod non accepisti. quasi diceret prępara voluntatem dando auxilium in circunstantijs congruis a Deo ẽ; credere autem, quando alter non credit in nostra potestate, et a nobis cum Deo ẽ.

Respondeo 2°. Deo atribui nostram discretionem, non quia nostra discretio a Deo solo sit, sed quia licet sit simul a nobis, facit speciale beneficium ei, qui discernitur, dando illi auxilium, ~~non~~ si non maius, quam alteri ~~tempore~~ qui non convertitur, certe tempore opportuniori, quando scit victurum eo, quod in voluntate non inveniet tunc tantam resistentiam, quantam inveniret in alijs circunstantijs, in quibus si conferretur non vinceret, sed vinceretur, cum autem vincenti tribuatur effectus, et victoria, quamvis victus etiam ad illa concurrat non resistendo, l. non tantum, quantum poterat; Deo qui per auxilium vincit nostram resistentiam tribuitur discretio, quamvis ad illam nos simul concurramus libere non resistendo, imo consentiendo, et cooperando. quę solutio etiam maxime distat ab errore Pelagij, cum non adscribat discretionem viribus nę nudè acceptę, sed simul cum adiutorio gratię.

Respondeo 3°. ex Sanctis Patribus, Deo tribui nostram discretionem, quia ipse inchoavit, dando initium, vocando, illustrando, suadendo, inclinando, et conferendo vires, quibus libere cooperantes ad exitum conversionem perduximus, et continuamus, quando alij deficiunt, l. reluctantur. Unde Gennadius de dogmatibus ecclesiasticis cap. 21°. initium salutis nostrę, Deo miserante, habemus, ut aquiescamus salutiferę inspirationi nostrę, potestatis ẽ.

Deinde

Deinde Hieronimus dialogo 3. contra Pelagium: Dei enim vocare ē, et nostrum credere, quām suam nostro arbitrio dereliquit, ut iusta voluntas premium consequatur. Mitto Augustinum, et alios.

Resp. 4 ex Sto. Thoma 3a parte quēs. 19.a articulo 3o. dupliciter posse aliquid ad scribi alicui, 1o tanquam causē R. seu primariē; 2o tanquam causē secundariē. priori mo non tribuitur nostra discretio nobis, sed Deo, posteriori mo tribuitur nobis cum adiutorio Dei: audi Stum Thomam: hoc dicitur aliquis hēre per se ipsum, cuius ē sibi aliquomo causa, 1a autem causa bonorum nostrorum per auctoritatem ē Deus, et per hunc modum nulla creatura hēt aliquod boni per se ipsam, secundum illud 1ē ad Chorintios 4o. Quid hēs, quod non accepisti? potest tamen aliquis secundario ēē causa sibi alicuius boni habendi, inquantum sit in hoc ipso Deo cooperatur: et hoc pacto dicitur homo, Joelis 2. sibi facere cor novum, seu se convertere, et Exequielis 18o. se mundare a pecatis, et ad Timotheum 2a. perseverare in finem, cur non ē se discernere.

Obijcit 2o. Vanē[?] ex nostra sententia sequi eficaciam auxilij supernatis desumi ex libero arbitrio, quia cum equale auxilium recipiatur in hōe, qui non convertitur nulla potest assignari rō eficaciē conversionis alterius, potius, quam istius, nisi quia ille voluit uti divino auxilio, qui usus non ē effectus infalibiliter consequens ex divino auxilio, atque ideò aliquid potest hō ex propriis viribus, quod non ē effectus ipsius auxilij. hoc etiam incommodum notat Calbines lib. 2o institutionum cap. 3.

Resp. ex supra dictis partialiter quidem sumi

eficaciam

efficaciam divini auxilij ex usu liberi arbitrij, non quoad supernale, quod dicit, sed, quoad liberum, quod ex parte resistentiæ nostræ voluntatis involvit, quod non est absurdum, sed res vera; neque enim usum auxilij, qui non sequitur infallibiliter ex præcissa entitate auxilij diximus esse a nobis independenter ab auxilio, sed simul cum illo, et cum adjutorio eius.

Obijcit 3°. idem Vanel, quoties aliquis convertitur accipit auxilium magis efficax ex dono Dei, quam ille, qui non convertitur, quia ipsum velle converti, et uti gratia Dei est maius donum, et beneficium. Resp. ita esse, quod qui convertitur accipit auxilium magis efficax, si attendatur efficacia non solum secundum quantitatem virium auxilio intrinsecam, sed etiam secundum, quod importat ex parte liberæ resistentiæ voluntatis, secus vero si attendatur præcisse secundum vires intrinsecas, neque ex eo quod sit maius beneficium, et donum, quale est in eo, qui convertitur sequitur quod sit maius auxilium in ratione virium. cum equalibus diximus posse stare inequalem rationem doni, et beneficij. quod si instes, saltem illum qui convertitur habere auxilium efficax, et illum qui non convertitur habere pure sufficiens, seu inefficax; et auxilium; et auxilium efficax esse maius auxilium, quam inefficax. negabo hoc ultimum, quia licet auxilium efficax sit maius doni, et beneficium non est maius in ratione virium, imo aliquando habet pauciores vires, et est minus auxilij, quod est efficax, et sortitur effectum.

Sectio. 13a

Aliæ obiectiones solvuntur.

Obijciunt

Obijciunt denuo 1°. illud auxilium ē maius, pro quo debemus deo agere maiores gratias: sed pro auxilio, quod convertimur debemus deo agere maiores gratias, quam pro eo quo non convertimur: ergo auxilium, quo convertimur ē maius eo, quod non convertimur, atque ideo nunquam erit æquale in eo, qui convertitur, et qui non convertitur. Rñtur distinguendo anˢ ē maius in rõne beneficij, concedo anˢ in rõne virium, nego anˢ. distinguo similiter consequens, et nil convincitur contra nos, siquidem libenter fatemur, nunquam posse stare, quod ex duobus cum æquali auxilio in rõne beneficij unus convertatur, alio non converso: addimus tamen bene posse stare inæqualitatem beneficij cum æqualitate auxilij.

Quod si instes cum Vasquio, grā magis congrua ē maior in rõne vocationis, et auxilij, quam quæ minus congrua ē, seu õio incongrua; atque ideo cum ois accipiens grām eficacem, ut accipit, qui convertitur, accipiat grām magis congruam, et accipiens ineficacem, ut accipit, qui non convertitur, accipiat minus congruam, imo, et incongruam, siquidem congruitas consistit in proportione, et attemperatione cum voluntate, et incongruitas in opposito, qui convertitur, accipiet maiorem vocationem, et auxilium, quam qui non convertitur. negabo grām magis congruam ēē maiorem in rõne vocationis, et auxilij, nam ut dixi æquali vocationi, et auxilio, cui unus resistit, potest alter respondere, et consentire. Scio Meratium respondere concedo, quod grā magis congrua sit maior in rõne vocationis, et auxilij: negandi tamen, gratia eficax sit magis congrua; credit enim non semper ita ēē.

obijciunt

Objiciunt 2°. si liter posset stare, quod ex duobus inequali auxilio preventis, is converteretur, qui minori preventus est, eo non converso, qui maiori; quod videtur satis durum. Sequi posset, quia cum minori potest pro sua libertate unus converti, et cum maiori alter pro sua libertate non converti: ergo nil impedit, quod quando habens maius auxilium non vult converti, velit autem, qui habet minus, et convertatur. neque enim exercitium, et usus libertatis unius dependet ab usu alterius, illum vel impedit. Respondetur ita esse, quod cum minori auxilio aliquando contingit conversio in uno, et non conversio in alio, qui habuit maius. neque hoc est durum, sed valde consonum modo operandi libere.

Objiciunt 3° non potest voluntas unum preponere alteri, nisi distinctius, aut alio modo melius ab intellectu cognoscatur. sed distinctius, aut melius proponi est maius auxilium: ergo quando voluntas operatur preponendo conversionem non conversioni, seu statui pecati, maius auxilium habet, quam is, qui postponit, et obdueratus perseverat in pecato. Respondetur negando maiorem, nam libertas in eo resplendet, quod nulla existente inequalitate, aut diversitate in modo proponendi obiectum, nunc preponat, cum antea non preponeret, et si liter nunc preponat, quod voluntas alterius postponat.

Dices ex Phylosopho 3°, et hic capitulo 1° et ex divo Thoma 1a 2ae questione 77a articulo 2°. defectus in opere voluntatis semper supponere defectum aliquem considerationis: ergo quando unus deficit per voluntatem pecando, habet defectum considerationis, quem non habet, qui non pecat. atque ideo, qui pecat, et qui non

peccat

pecat, heré non possunt equalem considerationem, illus=
trationem, et auxilium, quod videtur confirmare Stus
Augustinus lib.º 2º de pecati meritis cap. 17º et 19. ubi
ait, causam, ob quam hoés deo non consentiunt esse quia
deest illis, aut ex parte cognitionis ea atentio, aut ex
parte voluntatis ea delectatio, quam accipiunt ii, qui
re ipsa consentiunt. Rt Meratius per se loquendo non
requiri talem defectum, ut quis peccet, quamvis re ipsa
semper experiatur, dum quis pecat, et hoc 2um velle A=
ristotelem, et divum Thomam, sed omissa investiga=
tione huius doctrine, quamvis aliquis defectus requireretur
tur ex parte atentionis, ut quis peccet, posset evenire,
re, quod videlicet in utroque concurreret idem, seu equa=
lis defectus, et pro sua libertate unus pecaret, alter vero
pro sua non pecaret, cum talis defectus non cogat ad pec-
candum. (neque enim oē, quod requiritur ad peccandum
cogit, si ponatur ponere pecatum) nec tollat libertatem,
et vires suficientes ad non pecandum. Ad Stum August=
tinum Rt Meratius illud tenere verum equaliter, quia
eaé ordinaria causa, non quia aliter evenire non possit.

§. Obijciunt 4º. ubi cause physice sunt
equales, equales quoque debent esse efectus: sed ubi auxilia sunt
equalia cause physice sunt equales, cum ex parte auxilij detur equa
litas, et etiam ex parte voluntatum, quandoquidem voluntas
unius noné potentior voluntate alterius: ergo equales debent esse
efectus, atque ideo nequit unus prorrumpere in conversionem,
et operationem alterius non prorrumpente, secus efectus eent
inequales, non obstante, quod cause physice fuerint equales.

Respondetur distinguendo maiorem:
ubi

ubi causæ physicæ sunt æquales, et æqualiter aplicant conatum, quem possunt, aut agunt secundum totum posse, concedo maiorem, secus nego maiorem; in casu conclusionis, quam defendo, unius voluntas non ageret secundum totum, quod potest, nec aplicaret in agendum totum, et integrum connatum, sed minorem, quam altera, aut omnino nullum.

Obijciunt 5.º 1. Uterque homo æquali auxilio præventus vocatur a Deo secundum propositum, 2. neuter? 3. alter secundum propositum, et alter non? Si 1.um? Uterque convertetur, quia stare non potest, quod aliquis vocetur a Deo secundum propositum, et non convertatur. Si 2.um neuter convertetur, quia eo ipso, quod aliquis eorum convertatur convincitur fuisse vocatum secundum propositum. Si 3.um ille, qui vocatur secundum propositum habebit maius auxilium, cum maius auxilium sit vocatio secundum propositum, quam quæ non est secundum propositum: Ergo nequit contingere, quod unus convertatur alio non converso, si auxilia sint prorsus æqualia.

Respondeo eligendo casum 3.um, nego tamen, quod vocatio secundum propositum sit maius auxilium, quia licet sit maius beneficium, ut dixi supra non confert plures vires, imo stare potest, quod una conferat minores, et pauciores, adhuc quæ sit secundum propositum, eo quod conferatur in circunstantijs congruis, seu in illis, in quibus voluntas minus resistet, quam auxilium potest.

Obijciunt 6.º nequit stare, quod omnia prævia ad actum externum eleemosinæ sint æqualia in duobus, et quod unus det eleemosinam, alter vero non, quod nequit stare, quod omnia antecedentia usum libertatis sint æqualia, ad conversionem, et unus convertatur, alter vero non. antecedens probatur, quia

is, qui non

is, qui non daret eleemosinam, non haberet seriam volunta=
tem dandi, ut necesse est habeat ille qui dat. Respondetur negan=
do consequentiam, vel discrimine, quia actus externus eleemo=
sinae non est in se liber, sed necessarius, quotiescunque autem
actus non est in se liber, sed necessarius implicat dari aequalia
comprincipia in duobus, et ab altero heri actum, ab altero ve=
ro non. conversio autem est in se libera, et ideo cum omnibus,
quae omnino antecedunt illam potest conversio, et negatio con=
versionis. ——

Objiciunt ultimo: ex nostra sententia sequitur pos=
se evenire, quod ex duobus aequali omnino auxilio praeventis unus
inscius operetur, quam alter. Respondetur ita esse. atque ideo liben=
ter concedo sequelam, et totum hunc tractatum concludo verbis
sancti Augustini, lib.º de dono perseverantiae, ubi fine ait:
qui legunt haec, si intelligunt, agant Deo gratias: qui autem
non intelligunt, orent, ut eorum ille sit doctor interior,
a cuius facie est scientia, et intellectus, qui vero errare me exis=
timant, etiam atque etiam diligenter, quae sunt dicta considerent.
Ego autem, cum per eos, qui meos labores legunt, non solum
doctior, verum etiam emendatior fio, propitium Deum mihi ag=
nosco (cui, et Beatae Virgini sit gloria in secula) haec Augus=
tinus. == Et haec cedant in gloriam Dei omnipotentis. =

Author huius materiae Pater Didacus Lopez so=
cietatis Iesu, Magister cathedrae primae, in col=
legio sancti Hermenegildi, hispalensi,
imposuit finem huic materiae die
28ª mensis Iunij, anni, 1643.

Finis.

Satira

Por ser eminente el zurdo
en leiger de rapiñar
los Señores del Consejo
lo embiaron a bogar

Cumplio el Jaq. su destierro
i otra vez volvio a arañar
q aunque esto estaba en su mano
no lo podia dexar=

En Sevilla por quaresma
le apretaron el torzal
i como era tiempo santo
le fue fuerza Confessar

por el ultimo remedio
le mandaron a horcar
que como hurtaba en el aire
en el aire ha de pagar

el Jaq. tuvo la culpa
en comencar a cantar
porque siempre aquel q canta
es su fin gargantear

por la escalera subio
el Jaq. sin dermañar
no me espanto porq estaba
acostumbrado a escalar

precipitole el Berrugo
Con un gracioso ademan
i como estaba anegado
luego Començo a temblar

La agudeza de la herida
nunca a mi me ha de admirar
porq siempre ~~aquel q planta~~ estas heridas
~~en la garganta~~ Con cordoncillo se dan

entre unos ciertos cofrades
le llevaron a enterrar
q tan bien quiso en la
muerte pez seguirlo la
hermandad+

LOPES